

PATROLOGIÆ CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM
SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTRO-

SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE
PATRUM, ARSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET
IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERBUS,

A PRIMO GENESES USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PÆRPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM ,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA,
JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA
DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET
FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE IN-
TRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE
MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR,
COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUIUSQUE VOLUMINIS AM-
PLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXV.

S. PROCLUS, S. ATTICUS, S. FLAVIANUS CP. SEVERIANUS GABALITANUS,
THEOPHILUS ALEXANDRINUS ; ALII.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM.
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858



9493
7-8

SÆCULUM V.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΠΡΟΚΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. PROCLI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

OPERA OMNIA.

ACCEDUNT

SEVERIANI GABALITANI EPISCOPI, THEOPHILI ALEXANDRINI, PALLADII HELENOPOITANI, PHILO-
STORGH, S. ATTICI, S. FLAVIANI CP., S. MARCI EREMITÆ, B. MARCI DIADŌCHI, MARCI DIACONI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNÉ,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNÉ EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1858

35017

Gray Fund
1887

HARVARD COLLEGE LIBRARY

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXV CONTINENTUR

SEVERIANUS GABALITANUS EPISCOPUS.

Sermones et homiliæ. 15-29

THEOPHILUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Canones. 34
Epistolæ paschales. 47
Epistolæ aliæ et variorum ad ipsum. 61

PALLADIUS HELENOPOLITANUS EPISCOPUS.

Historia Lausiaca (*memoratur tantum, utpote jam edita tomo XXXIV, appendicis vice ad Macarii utriusque Scripta*). 70
Appendix I. Apophthegmata Patrum. 71
Appendix II. Ægyptiorum monachorum Paradisus. 442

PHILOSTORGIUS.

Historia ecclesiastica. 459

S. ATTICUS CP. EPISCOPUS.

Epistolæ. 638

S. PROCLUS CP. EPISCOPUS.

Orationes. 679
Homiliæ. 834
Epistolæ. 851

S. FLAVIANUS CP. EPISCOPUS.

Epistolæ. 890

S. MARCUS EREMITA, B. MARCUS DIADOCHUS ET MARCUS DIACONUS.

Opuscula S. Marci Eremitæ. 906
B. Marci Diadochi homilia de ascensione D. N. Jesu Christi. 1142
Homilia ejusdem contra Arianos. 1149
Ejusdem capita centum de perfectione spirituali. 1167
Marci Diaconi Vita S. Porphyrii episcopi Gazensis. 1211

SEVERIANUS

GABALITANUS EPISCOPUS

NOTITIA

(FABRIC. *Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. X, p. 507.)

Severianus Gabalorum in Syria episcopus, Joannis Chrysostomi amicus primum, mox æmulus et inimicus (a), quo ipso non levem maculam aspersit nomini suo, laudisque haud parum amisit, licet ob eloquentiam et ipse a quibusdam Chrysostomus (b) appelletur. Obiit Theodosii Junioris, quem sacro baptismo tinxerat, temporibus (c), adeoque post A. C. 408. FABR. Conf. G. Cave *Hist. litt. SS. eccles.* tom. I, pag. 575. — L. Ell. du Pin *Nouv. Bibl.* tom. III, pag. 75; Ceillier *Hist. gén. des aut. eccl.* tom. IX, pag. 7, 217, 380 seq; Hamberger. *Zuvert. Nachricht.* tom. III, p. 29 seq. — Savii *Onom. lit.* part. 1, ad A. 402. HARL.

Hujus Severiani homilias 14 in *Genesis* in metas se habere testatus est Alexander Brassicanus Præf. in *Salvianum*. Ex illis sermones 6 *Εἰς κοσμοποιῶντα*, de mundi creatione, Græce edidit Henricus Savilius inter sancti Chrysostomi scripta tom. VII, pag. 587 sqq.; Græce et Latine Franciscus Combefis in *Auctario novissimo Bibl. Patrum*, tom. I, pag. 211, Paris. 1672. [Iidem sermones et homilia *De serpente*, Gr. cum vers. Lat. Bern. de Montfauc. in hujusce edit. Opp. Chrysostomi, tom. VI, p. 459 seqq. HARL.] Ex his desumpta fragmenta observat Caveus, quæ in *Catena Patrum in Pentateuchum*, a Francisco Zephyro vulgata Latine, ad historiam creationis adducuntur. Nam cætera pleraque ad reliquos Moysis libros Severi potius sunt, quam Severiani. FABR. Cfr. Lambec. IV, pag. 62 sqq. de cod. CVII, nr. 4, qui adnotat, primam orat. in ms. cod. CX (apud Lambec. IV, pag. 127), et in ed. Saviliana in principio esse aliquanto auctiorem: add. Kollarii notam, quam conferes, contra Caveum de cod. Brassicano. — Ibid. pag. 262, in cod. CXLVI, nr. 21, sunt excerpta miscellanea ex Eusebii Pamphili, S. Cyrilli Alex. et Severiani nostri expositionibus in *Vetus Testamentum*. — Ibid. pag. 364, in cod. CLXIV, nr. 6, est interpretatio variarum Veteris et Novi Testamenti quæstionum ex Theodoro Cyrensi, Severiano nostro et aliis diversis Patribus. — Ibid. in vol. VI, part. II, pag. 269, in cod. XXV, nr. 7, est inter collectanea medica Græco-barbara fragmentum Severiani nostri de nomine primi hominis, Adami. — Et de hominis appellatione, in cod. Escorial. teste Pluero in *Itin. per Hisp.* pag. 189. — Paris. in *Bibl. publ.* cod. DCCLVI, nr. 2, Severiani homilia *In mundi creationem*. — Ibid. in cod. DCCLVIII, ac DCCLXXVII. 1 (in appendice ad catal. II, p. 615), homiliæ sex (sed in priore mançæ) in eandem. — In cod. CCCXLIII, nr. 4, fragmentum, quo explicatur illud *Genesis*: *Fecitque Deus duo luminaria magna*. — Florentiæ in cod. Laurent. XXVII, nr. 3, plut. 4, sunt Basilii in *Hexaemeron* homiliæ 9, in quod opus nonnulla aspersa sunt scholia marginalia, in his Severiani nostri. *Vid.* Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 550 seqq., qui non solum scholion quoddam ad principium homiliæ 1 de Moyse adfert; sed in nota quoque 2 suspicatur, illa scholia excerpta esse ex ejus homiliis in

(a) Socrates vi, 11 et 24; Sozom viii, 10; Niceph. xiii, 9; Palladius in *Vita Chrysost.* E recentioribus Tillemont. tom. XI *Memor.* pag. 171 seqq.; Gotfridus Hermantius in *Joan. Chrysostomi Vita*, etc.

(b) Rich. Montacutius tom. I *Orig. ecclesiast.*, pag. 112.

(c) Gennadius c. 21 *De script. eccles.* In codice vetustissimo Corbeiensi: *Severianus Gabanæ Ecclesiæ episcopus — moritur Minore Theodosio, filio*

suo in baptisate, imperante. FABR. Severianus a Gennadio l. c. vocatur *vir in divinis Scripturis eruditus, et in homiliis declamator admirabilis*, ei additur, eundem ab Arcadio et sancto Joan. Chrysostomo ad faciendum sermonem frequenter vocatum esse Constantinopolin. At stylum ei parum felicem, jejunum et flaccidum esse, nec Græci sermonis elegantiam attingisse, notat Cave I, p. 375. HARL.

Genesis, quas mstas se habere testatus est Alex. Brassicanus præf. in *Salvianum*. — Ibid. in cod. I, nr. 14, plut. 57, excerptum ex Severiano circa mundi creationem et alia theologica : præterea de xpi litteris Hebræorum Moysi traditis a Deo in monte Sina; de xii magnis montibus; de mensibus apud Judæos, Macedones et Ægyptios; de asse, scilicet de nummis ac de triginta denariis, quibus venditus est Jesus Christus. Vid. Bandin. l. c. tom. II, pag. 433. — Sec. Montfaucon *Bibl. biblioth. mss.* in bibl. Vaticana (pag. 133 et p. 139), in septem codd. — In bibl. Casinensi (pag. 222, ac pag. 225, nr. 305), homiliae. — Mediolani in bibl. Ambrosiana (pag. 323), sermones. HARL.

Homiliae 88 Severiani in homiliario quodam ms. bibl. Ambrosianæ exstare testatur Mabillonius tom. I *Musei Italici*, pag. 13, alias etiam in codice bibl. Casinensis, de quo idem pag. 124. Apud Œcumenium in I ad Corinth. vi, pag. 416 edit. Veronens. citatur *ὁ ἐν ἁγίοις Σεβηριανὸς τεύχει νζ', λόγῳ γ', κεφαλῶν ιθ'*. Idem in cap. vii, p. 423, *ὁ Σεβηριανὸς ἔστιξεν οὕτως*.

Εἰς τὸν ὄφι τὸν χαλκοῦν, In serpentem æneum, homilia incipit : Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀδελφοί, et Græce edita inter tributas Chrysostomo tom. VII Savil. pag. 448. Oratio secunda e decem, quas Chrysostomi nomine in lucem dederat card. Sirletus. Sed Severiano asserunt Joan. Damascenus, Adrianus papa cum synodo Parisiensi, ut notatum Sirmondo ad *Ennodium Ticinensem* pag. 88. [Vid. supra, vol. VIII, pag. 306.]

Εἰς τὰς σφραγίδας τῶν βιβλίων, De sigillis librorum, homilia quæ incipit : Μέγα τῆς ψυχῆς ἐφόδιον, et legitur tom. VI Duçæi pag. 138, cum versione Joan. Jac. Beureri, et Græce tom. V Savil. pag. 689. Severiano vindicatur Theodoretæ et Adriani papæ auctoritate. FABR. Gr. cum Lat. versione Bern. de Montfaucon, in hujus edit. Opp. Chrysost. tom. XII, p. 402.

Sermo *De pace*, in ecclesia Constantinopolitana habitus A. 401, cum a Joan. Chrysostomo susceptus est, tantum Latine exstat tom. VII Savil. pag. 948. Incipit : *In adventu Domini et Salvatoris nostri*.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν, In incarnationem Christi, homilia, quæ incipit : Ἐμνήσθη τὸ Θεοῦ, edita Græce tom. VII, pag. 307, videtur Severianum auctorem habere et sub ejus nomine Latine exhibetur a Combefisio in *Bibl. concionatoria*. Severiano etiam tribuunt viri docti homiliam *De nativitate Christi*, quæ occurrit Græce tom. V edit. Savil., pag. 846, et incipit : Μυστήριον ξένον καὶ παράδοξον. In neutra harum leguntur, quæ ex Severiani homilia in *Nativitatem* affert Theodoritus dialogo secundo.

De cruce homiliam et in illud : *Tu es, qui venturus es*, vulgavit Græce Savilius inter dubia Chrysostomi tom. V, pag. 898. Incipit : Καλῶς ἡμῖν καὶ σοφῶς. Eam ms. Mazariniano usus idem Combefisius ex Damasceni auctoritate Severiano vindicavit et Latine a se versam edidit tom. I *Bibl. concionatoriæ*, pag. 36, qui utraque etiam lingua vulgavit, Paris. 1656, 4, cum aliis quibusdam Chrysostomi (a). Idem testatus est, homiliam in *dedicationem crucis*, ex qua fragmentum produxit Gretserus, integram existitisse in bibl. Scorialensi. Quartum Severiani λόγον εἰς τὸν σταυρὸν citat Damascenus 3 *De imagg.* tom. I, pag. 385, et εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ σταυροῦ pag. 327, 345, 365. FABR. In *encarnia crucis*. Fragm. in cod. Vindobon. CCXLVIII, nr. 40 : Lambec. IV, pag. 291. — Paris. in cod. DCCLI, 9, bibl. publ. Ibid. in cod. CMLXXIX, nr. 15, Severiani homilia in *cæcum a nativitate*. — Ibid. in cod. MCVII, 4, et in cod. August. Vindel. (teste Reiser. in *Ind. mss. August.* pag. 12, nr. 32) it. in cod. Mosquensi X, in 4 (Vid. Matthæi *Notit. mss. Mosquens.* p. 307, nr. 45, ed. in 8); homilia in illud Apostoli : *In eo habitat omnis plenitudo divinitatis*. — Collectanea ex eo aliisque, in cod. August. Vind. pag. 39. Vid. Reiser. l. c., pag. 39. HARL.

[*Εἰς τὰ θεοφάνια*, in cod. Mosquensi synod. CCLXXI, et edita est hæc homilia a cl. Matthæi in *Lectionibus Mosquensib.* vol. II, Lips. 1779, 8, p. 1 sqq.] — [Incipit : Ἀνογέσθω σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν. Repetita est in Append. ad Gallandii *Bibl. PP.* tom. XIV, p. 145 seqq., ibi primum addita Lat. versione. Cf. Prolegg. ad App., p. 8, Beck. In cod. Mosquens. CCXLVII, φύσις καὶ οὐστα κατ' οὐδὲν διαφέρει. Vid. Matthæi not. cit. p. 193. HARL.]

Ex styli similitudine homiliae longe plures Severiano, sed non satis tuta conjectura tribuunt viri docti, ut videre licet apud Eliam du Pin tom. III *Bibl. eccles.*, et Tillemontium tom. XI *Memor.* pag. 587 seqq. Illam vero *De morte innocentium* homiliam, quæ incipit : *Zelus quo tendat, quo prosiliat livor*, et inter sermones Petri Chrysologi legitur CLII, atque inter Patrum homiliae ab Alcuino collectas, neutiquam Severiani esse, sed Latini scriptoris (b), ex ipso filo orationis arguit Combefisius, qui tamen

(a) Inscriptio libri est : *Chrysostomi liber aureus de educandis liberis*. Ejusdem tractatus alii quinque. Severiani, Gabal. episc. liber in *S. cruce*, Basilii, etc. Græce ex vetustis codd. card. Mazarini, cum interpretatione Lat. Franc. Combefis. Paris. Ant. Bertier. 1656, 8. Homilia eadem Lat. in *Bibl. PP. max.* tom. V, p. 1229. HARL.

(b) Atque in *Cat. mss. Angliæ*, etc., tom. I, part. II, p. 63, nr. 2044 de cod. Oxon. Collegii Jesu ci-

tatur Severiani episcopi Caralitani *De innocentia* : sed tom. I, part. I, p. 116, nr. 2213, de cod. Bodlei. V, Severiani *De innocentibus*, et tom. II, part. I, pag. 11, nr. 550, de cod. eccles. Dunelmensis, Severiani sermo in festo Nativitatis *De innocentibus*. Teste Montfaucon in *Bibl. biblioth. mss.* II, p. 1253, in cod. monast. B. M. de Becco. Severiani et aliorum in festo SS. Innocentium. HARL.

homiliam *De SS. Trinitate*, quæ incipit: *ΟΙ κατὰ τῆς ἁγίας* et inter suppositas Chrysostomo exstat tom. I edit. novæ, p. 852 (Savil. tom. VI, p. 955, et Duçæi VI, pag. 160); necnon alias plures tomo sexto Duçæi obvias, Severiano potius, quam Joanni Hierosolymitano tribuendas contendit.

[*Definitiones* Severiani, Florent. in cod. Laurent. XI, 6, plut. 74. Sed cuinam Severiano sint ascribendæ, Bandin. in *Cat. codd. Gr. Laur.* III, pag. 99, sibi compertum non esse, fatetur. HARL.]

Severiani (a) κατὰ τῶν ἀπεριτυχῶν citat Damascenus in *Paralleliis sacris* tom. II, p. 385 seqq. 789. Contra Novatum Gelasius lib. *De duabus Christi naturis*. At Gennadius c. 21 *De script. eccles.*, *Legi*, inquit, *ejus* expositionem *In epistolam ad Galatas*, et *De baptismo et Epiphaniæ solemnitate* libellum *gratissimum*. Citatur etiam Severianus apud Œcumenium in cap. I *Epist. ad Galatas*. Et in Anastasii Sinaitæ *Ilodego* cap. 16, pag. 502, affertur locus Severiani in Coloss. II, 2 (b). Alia ex Catenis in Veteris Testamenti libros fragmenta illius Græce et Latine dedit Combefisius *Auctar. noviss.* pag. 291-297; poteratque longe plura afferre nisi jure metuisset pleraque quæ in Catenis sub Σεβηρ. Ἀντιοχ. nomine exstant, ut in illa ad Jobum, Severi potius esse quam Severiani.

Severiani alii.

Severianus in Africa episcopus et confessor sub Genserico. Vide Prosperi *Chronicon* p. 746, Aetio II et Sigisvulto coss. (A. C. 437.) — Alius Severianus in Africa episcopus, qui interfuit concilio Sardicensi A. 347. — Necnon Ceramussensis itidem Africanus, qui interfuit collationi Carthag. an. 411. **FABR.** Martyrium Severiani, conscriptum a Symeone Metaphraste, in cod. XVI Vindob. nr. 12. *Vid.* Lambec. VIII, pag. 506, seqq. et *Acta sanctor.* ad d. 9 Sept. tom. III, p. 355 et 360. — Et de cod. Vindob. XIX, nr. 6, *Vid.* Lamb. *ibid.* pag. 567, ibique not. Kollar. — In bibl. Bodlei. nr. 285, s. cod. CVI, 10, Cromwell. — Florent. in cod. Laurent. XX, 8, plut. 11, d. 9 Sept. diversum ab edito in *Act. SS.* ad dictum diem. *Vid.* Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, pag. 514. — In cod. Mazariniano. — Vita Mediolani in cod. Ambrosiano; — in cod. Sfortiano, de quibus vid. Montfaucon. *Bibl. biblioth. manuscriptorum*, pag. 504, 702 et 1315. HARL.]

Severianus, Africae proconsul, cujus virtutes impense laudat Apuleius in *Floridis*.

Severianus, Aphrodisiadis in Caria episcopus, qui interfuit concilio Constantinopolitano an. 553.

Severianus, Arethusius in Syria episcopus, qui subscripsit epistolæ missæ ad concilium Constantinopolitanum sub Mena an. 536.

Severianus Damascius, eruditione et critica laude insignis, cujus e Damascio meminit Suidas in Νόμος, et Σεβηριανός. Photius cod. ccxlii; Zeno, imperator, summas ipsi pollicitus est dignitates, si, ethnicorum superstitione relicta, Christianus fieri vellet: quod ille renuit.

[Severianus, episc. Caralitanus, cui in cod. Oxon. (ut paulo ante adnotavimus) sermo *De innocentibus* attribuitur. HARL.]

Severianus Galbalensis in Gallia episcopus, quem aiunt fuisse ante medium sæculi III, et celebrari in quibusdam Martyrologiis 25 Januar. Ei sunt qui tribuant sermonem *De paralytico*, qui est inter Petri Chrysologi sermones quinquagesimus. Incipit: *Christum in humanis artibus*. Alius Severianus in Gallia episcopus subscripsit concilio Regiensi, an. 439.

[Jacobus Severianus de disciplinis variis, Romæ in cod. monasterii Cryptæ-Ferratæ, teste Montfaucon. in *Bibl. bibliothec. manuscriptorum* I, pag. 200. HARL.]

Julius Severianus, rhetor, de quo dixi in *Bibl. Latina med. et inf. æt.* **FABR.** In ed. Mansi tom. IV, p. 203. Add. Julii Severiani *Syntomata rhetorices*, per Lucam Fruterium, Antwerp. 1589, 8, in *cat. biblioth. Leidensis*, pag. 270. — Julii Sever. *De 7 disciplinis libet* ms. in 4 *Perizon. Leidens.* *Vid.* catal. bibl. cit. p. 494, nr. 11, et Oxon. in cod. C. collegii Corporis Christi, sive nr. 1567, *cat. mss. Angliæ*, etc. I, 2, pag. 51. HARL.]

(a) Severiani, a Severo monacho nominati, in hæreticis sæc. vi numerantur. Secundum Montfaucon. *Bibl. biblioth. mssar.* pag. 645. In bibl. Bodlei. excerpta ex Philoponi libro *De dogmate Severianorum*, et *ibid.* pag. 647, Leontii monachi opuscula varia contra *Acephalos*, *Severianos*, etc., ac pag. 777. In cod. card. Radulphi Anastasii Sinaitæ *Syntagma inscriptionum ὀρθῶς*, et contra Severianos aliosque hæreticos. — Vindobon. in cod. LXXVII, Abucaræ confutatio hæresis *Acephalorum*, Severianorum, id est Jacobitarum. *Vid.* Kollar. ad Lambec. VII, p. 292. — De secta Jacobitar. *Vid.* Assenmann. *B. O.* tom. I, p. 424; II, p. 67, et tom. III, pag. 305 sqq., 355, 579, 585 sqq. etc., ac tom. IV multis locis. Item Schroeckh *christl. Kirchengesch.* tom. XVIII, p. 651 seq. — De Severianis add. Assenmann. *Bibl. Orient.* tom. III, pag. 379, 384, 457,

543. Confutantur a Nathanaele et Gabriele Tauratha. *ibid.* p. 224, 457. HARL.

(b) Add. paulo ante de illa aliisque ineditis homiliis adnotata. In Theodoriti dialogis *fragm.* Severiani. *Vid.* supra, vol. VIII, p. 291. — Fragmenta in permultis restant catenis Patrum aliisque collectionibus: sic in cod. CXII Cromwelli, s. nr. 291, *cat. mss. Angliæ*, etc. in codd. August. Vindel. *Vid.* Reiseri *Indic. mss.* p. 9 et 59. In codd. Coislin. *Vid.* Montfaucon. *Bibl. Coisl.* pag. 41, 42, 67, 76, 82, 83, 84, 263, 264, et sapius. — Venet. in cod. Marcian. *Vid.* *Catal. codd. Gr. Marc.* pag. 17, bis et 22, et cel. Morelli in *Bibl. msta. Gr. et Lat.* I, p. 50 et 52. — Florent. in codd. Laurent. *Vid.* Bandin. *Cat. codd. Gr. Laur.* I, p. 102, 254, 303, 545, nr. 1. — in cod. Mazarin. *Vid.* Montf., — *Bibl. biblioth. mss.* — pag. 1309. HARL.

Severianus, Pelagianus episcopus, cujus filius Agricola in Angliam hæresin illam intulit, ut narrat Prosper ad an. 429, Florentio et Dionysio coss.

Omitto Severianum (Servianum aliis), quem paulo antequam moreretur, Adrianus occidi jussit nonagenarium, teste Dione; necnon Severianum, Gallum, temporibus Marci Antonini cæsum omnibus cum copiis ab Othryade, Persarum duce, de quo Lucianus in *Alexandro Pseudomante*, tom. I, p. 764 seqq.

SEVERIANI GABALITANI IN MUNDI CREATIONEM ORATIONES SEX

Vide inter Opera S. Joannis Chrysostomi nostræ editionis, volumine VI, col. 429.

Exstat Opp. Chrysostomi, tom. III, col. 425.

EJUSDEM SERMO DE PACE.

EJUSDEM ORATIO DE SERPENTE ÆNEO.

Vide ibid., col. 499.

MONITUM IN HOMILIAM SEQUEMTEM.

(GALLAND: *vel. Patr. Bibl. XIV, Append., p. 145.*)

Quam hic repræsentamus homiliam, in Epiphania Domini habita est, sive Constantinopoli, sive apud Gabalos, sive etiam alibi. Ostendit Christum omnibus omnia factum, omnes Ecclesiæ gradus suo munere et œconomia condecorasse. Eleganter ex vaticinio Ezechielis Baptistam magnum ostendit ascetam et vatem (a), aliaque multa oratio continet, quæ hominis ingenium et dexteritatem in interpretandis Scripturis commendant. Illud etiam apparet (b), Severiani temporibus in vigilia Epiphaniæ a vespera ad multam jam diem vigilatum fuisse, animi pietate corporis debilitatem vincente. Hanc quoque ex Mosquensibus codd. Græce edidit Matthæius.

(a) Num. 10, 11.

(b) Ex sine num. 11.

ΣΕΒΕΡΙΑΝΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΑΒΑΛΩΝ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΘΕΟΦΑΝΙΑ ⁽¹⁾.

SEVERIANI GABALORUM EPISCOPI ORATIO IN DEI APPARITIONEM.

1. Aperiat hodie omne os ad loquendum de Deo, et laudet omnis oratio eum qui de cælis affulsit Deus Verbum; omne os loquatur, omnis lingua pronuntiet, omnis anima choreas agat, psallat omnis terra. Hodie sermones lucis in die lucis filios lucis illustrant. Consonent cælestibus terrena; hymnum dicant cum virtutibus supra orbem positis ea quæ in orbe visuntur. Apparente enim veritate, id est cælesti rege, oportet universos conspirare in communem Domini universorum confessionem. Christi

Α' Ἀνοίγῃσθε σήμερον πᾶν στόμα πρὸς θεολογίαν, καὶ ἀνυμνεῖτω πᾶς λόγος τὸν ἐξ οὐρανῶν ἐπιλάμψαντα θεὸν Λόγον· πᾶν στόμα λαλεῖτω, πᾶσα γλῶσσα φθεγγέσθω, πᾶσα ψυχὴ χορευέτω, πᾶσα ἡ γῆ ψαλλέτω. Σήμερον λόγοι φωτὸς ἐν ἡμέρᾳ φωτὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς καταλάμπουσιν. Συμφωνεῖτω τοῖς ἐπουρανίοις τὰ ἐπίγεια· ὑμνεῖτω μετὰ τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων τὰ ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενα. Ἄληθείας γὰρ ἐπιφανείσης καὶ βασιλείας ἐπουρανίου, πάντας δεῖ συνδραμεῖν εἰς κοινὴν τοῦ Δεσπότητος τῶν

(1) Ex cod. Mosq. 271, in 4^o Biblioth. SS. synodi. ΜΑΤΤΘΑΙ.

ἀπάντων ὁμολογίαν. Χριστοῦ παρουσία, ἀληθινοῦ φωτός ἐπιδημία. Χριστοῦ παρουσία, τῆς οἰκουμένης πίστεως εὐεργεσία. Χριστοῦ παρουσία, τοῦ παντός κόσμου ἐλευθερία. Χριστός ἀνυμνεῖται, καὶ κόσμος ἀγιάζεται. Χριστός κηρύττεται, καὶ ἡ οἰκουμένη φωτίζεται. Χριστός περιαιγέλλεται, καὶ πᾶσα ψυχὴ τὸν οὐράνιον πόθον ἐνδέχεται. Ἐγγυαταί μου τὸν λόγον ἡ πείρα τῶν πραγμάτων.

Β. Ὅρα γὰρ μοι τὴν θεοπρεπῆ ταύτην τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν, ὅρα τοῦ οὐρανοῦ πόθου τὴν ἀσβεστον λαμπάδα· ὅρα τοῦ σώματος τὴν φύσιν συναμύσσαν τῇ τῶν ἀγγέλων λειτουργίᾳ. Ἄνθρωποι ἀπὸ γῆς ὄντες, καὶ γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἀποστρεφόμενοι, τοῖς οὐρανοῖς συναμιλλῶνται νόμοις. Ἦρῆσαντο τοῦ σώματος τὴν φύσιν, ἐδέξαντο τῶν ἀγγέλων τὴν λειτουργίαν· τοιαύτη γὰρ ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ. Πολιτεύεται μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, τάξιν δὲ ἔχει οὐρανίων πραγμάτων (2). Τί ἔργον τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλων; τὸ τῷ Θεῷ λειτουργεῖν. Τί ἔργον τῶν ἐπὶ γῆς ὁσίων; τὸ τὸν Θεὸν ἀνυμνεῖν. Ὡν τοίνυν ὁμότιμος ἡ λειτουργία, ὁμότιμος καὶ ἡ ἀξία. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Δαβὶδ τὴν πνευματικὴν ἀνακρουόμενος λύραν, καὶ τὸν σωτήριον τῆς θεολογίας ἀνακηρύττων ὕμνον ἔλεγεν, ὡς ἀρτίως ὑπεψάλλομεν· Ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ἐξίσπερψον ἡμᾶς, καὶ ἐπίσανον τὸ πρόσωπόν σου, καὶ σωθησόμεθα.

Γ. Οὐδέπω ἀπήνησεν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, καὶ οἱ πρόδρομοι τῆς βασιλείας ἐκέρυττον λέγοντες· Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχερς. Εἰπέ, ὦ Προφήτα, τηλαυγῶς, ὃ λέγεις· σαφήνισον, ὃ κηρύττεις. Ὅποιον ποιμένα λέγεις; πολλοὶ γὰρ ἐποίμαινον. Μωϋσῆς ποιμὴν ἦν, Ἀαρὼν ποιμὴν ἦν. Ἐποίμανες γὰρ, φησὶ, τὸν λαόν σου ἐν χειρὶ Μωϋσῆ καὶ Ἀαρὼν. Ποιμὴν ἦν καὶ ὁ Δαβὶδ· Ἐξελέξατο γὰρ, φησὶν, τὸν δοῦλον αὐτοῦ ποιμαίνειν Ἰακώβ τὸν δοῦλον αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Τί τοίνυν τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ποιμένου κρύπτεις τὴν ἀξίαν τοῦ καταγγελλομένου; διόρισαι σαφῶς, ὃ λέγεις· εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτως χρῆσαι τῇ φωνῇ τοῦ κηρύγματος. Λέγεις· Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ, πρόσχερς· ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ· ὃ δὲ ποιμὴν οὐδέπω κηρύττει τοῦ μνησμένου τὴν ἀξίαν διὰ τὴν πρὸς ἄλλους ποιμένας ὁμωνυμίαν.

Δ. Τί οὖν; οὐδέπω ἐνόησας τὴν ἀξίαν, φησὶν; σαφηνίτω σοι τὴν ἀλήθειαν. Ὁ καθημέρος ἐπὶ τῶν χειροῦσι, ἐμφάρηθι, ἐξέχειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθέ εἰς τὸ σώσαι ἡμᾶς. Ὅρᾳς πῶς ἅπασαν ἐθύμνωσεν τοῦ προφητευσομένου τὴν ἀξίαν; Ὅρᾳς, πῶς τῷ βασιλικῷ καὶ ὑπερκοσμικῷ θρόνῳ τὸν βασιλέα τῆς δόξης ἀπήγγειλεν ἐποχεῖσθαι τὸ νῦν; Ὅθεν καὶ ὁ Σωτὴρ ἐπιθεβαιῶν τοῦ Προφήτου τὴν πρόβῃσιν, βοᾷ διὰ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος· Ἐγὼ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἄνθρωποι, φησὶν, λογικοὶ τὸν Θεὸν οὐκ ἐπέγνωτε, καὶ ὡς ἄλογα πρόβατα τὸν ποιμένα γνωρίσατε.

¹ Psal. LXXIX, 4. ² ibid. 2. ³ Psal. LXXVI, 21. ⁴ Joan. x, 11.

(2) Forte ταγμάτων.

A est adventus, veri luminis est praesentia. Christi adventus, orbis totius beneficium. Christi praesentia, totius et mundi liberatio. Christus laudatur, et mundus sanctificatur: Christus praedicatur, et totus orbis illuminatur. Christus circumnuntiator, et omnis anima caeleste desiderium induit. Vadem mei sermonis sese rerum praebet experientia.

II. Attende, tu, mihi enim hanc Deo utique dignam Ecclesiae constitutionem; attende caelestis desiderii inextinguibilem lampadem; attende corporis naturam cum angelico ministerio una clarescentem. Homines qui de terra sunt, et terram incolunt, morosi caeteroquin, jam cum caelestibus certant institutis; abnegarunt corporis naturam, susceperunt angelicum ministerium: hujusmodi est enim Ecclesia Dei. Municipatum quidem habet in terra, sed ordinem servat caelestium operum. Quodnam opus est in caelis angelorum? Deo ministrare. Et quodnam opus sanctorum in terra? Deum laudibus efferre. Quorum ergo pari dignitate censetur ministerium, pari etiam dignitate censendum est meritum. Propterea beatus David spiritualem pulsans lyram, et salutarem evulgans divinitatis hymnum, dicebat, sicut nuper psallebamus: *Deus virtutum, converte nos, et ostende faciem tuam, et salvabimur*¹.

III. Nondum occurrerat rex gloriae, et praecursores regni praedicabant, dicentes: *Qui pascis Israel, attende*². Dic, o Propheta, dilucide quod ais; declara quod praedicas. Quem pastorem dicis? multi enim pascebant. Moyses pastor erat, Aaron pastor erat. *Pavisti enim*, inquit, *populum tuum in manu Moysis et Aaron*³. Pastor quoque erat David: *Elegit enim*, inquit, *servum suum pascere Jacob servum suum, et Israel hereditatem suam*⁴. Cur ergo appellatione pastoris occultas dignitatem enuntiat? Desini manifeste, quod ais. Clara et inconfusa utere praeconii voce. Dicis: *Qui pascis Israel, attende qui ducis velut ovem Joseph*⁵. At pastor necdum manifestam facit ejus qui innuitur dignitatem, propter communionem nominis cum caeteris pastoribus.

IV. Quid ergo? necdum intellexisti, inquit, dignitatem? manifesto tibi veritatem. *Qui sedes super cherubim, appare: excita potentatum tuum, et veni ad salvandum nos*⁶. Viden' quomodo universam explicaverit prophetati dignitatem? Viden' quomodo regio et mundanis rebus sublimiori throno gloriae regem nunc invectum nuntiaverit? Quapropter Salvator quoque confirmans Prophetiae praedictionem, clamat per evangelicam gratiam: *Ego sum pastor bonus*⁷. Quia enim, inquit, tanquam homines ratione praediti Deum non agnovistis, saltem tanquam irracionales oves pastorem agnoscite.

¹ Psal. LXXVII, 71. ² Psal. LXXIX, 2. ³ ibid.

V. Volens autem Propheta etiam fructum ostendere adventus hujus pastoris : *Excita, dixit, potentatum tuum, et veni ad salvandum nos*⁹. Apparitio enim Salvatoris, fons totius est beneficii. Apparuit itaque Redemptor orbis universi, omnia suscipiens in se, propter congruentem sibi bonitatem. Cum enim vidisset omnia quæ in hominibus sunt corruisse, et sacerdotium quod dederat Israeli, et prophetiam, et omnes prerogativas : ipse renovat per se ipsum dona sua. Quomodo vero? Audi.

VI. Factus est propheta, postquam adulterata est prophetia ab indignis, juxta quod scriptum est : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster ex fratribus vestris, sicut me*⁹. Effectus est apostolus, secundum quod dictum est : *Considerate pontificem et apostolum vocationis nostræ Jesum*¹⁰. Effectus est etiam sacerdos sicut ait Hymnographus : *Tu es sacerdos in sæculum secundum ordinem Melchisedec*¹¹. Effectus est quoque diaconus, ut inquit generosus Paulus : *Dico enim Christum diaconum factum fuisse circumcisionis pro veritate Dei, ad complendas promissiones patrum*¹². Per omnem igitur transit ordinem. Effectus est pariter etiam lector. *Accipiens enim Isaiam legebat*¹³, sicut declarat Evangelium, quo etiam prophetæ confirmaret voces, et honoraret gradus ecclesiasticos. Fuit et rex, *Rex regum*¹⁴; ut inquit Nathanael : *Tu es Filius Dei; tu es rex Israel*¹⁵.

VII. Sed dicet fortasse quispiam circumstantium : Quid igitur ad me hominem sæcularem, si prophetiam et apostolatam et pontificatum Christus induit? quid ad me in sæculari statu positum? Maxime vero propter omnes homines factus est homo humanissimus ille. Ac si vis videre illum laicalem statum obeuntem propter te, reputa tecum et considera quæ jam dicenda sunt. Sine controversia qui baptizat nonne in ordine est sacerdotali; qui vero baptizatur, nonne in laicali gradu constitutus est? Attende igitur Joannem in gradu sacerdotis baptizantem, et Christum in laicali statu baptizatum. Hodie namque, fratres, hodie dispensationem subivit aquarum : non ex aquis sanctificatus, sed aquis sanctificationem indens. Joannes vicem gerebat sacerdotis; accedit Redemptor orbis ad baptizantem, is qui illustrat in Spiritu, rex ipse ad præcurso-rem, Deus ipse ad prophetam. Joannes, fratres, non ignorabat dignitatem propter dispensationem; non fefellit eum habitus corporis; non decepit eum apparens caro; quin potius illustravit eum occulta virtus, quam ignorantibus quoque prædicabat. Lucerna quippe sancta erat vir ille admirandus : lucerna de qua : *Paravi lucernam Christo meo*¹⁶, per Prophetam prædictum fuerat. Lucerna vero Joannes prænomi-

E'. Βουλόμενος δὲ ὁ Προφήτης καὶ τὸν καρπὸν ἐπιδειξάι τῆς τοῦ ποιμένος ἐπιδημίας· Ἐξέγειρον, φησιν, τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. Ἡ γὰρ τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνεια πηγὴ πάσης εὐεργεσίας. Ἐπεφάνη τοίνυν ὁ λυτρωτῆς πάσης τῆς οἰκουμένης, πάντα ἀναλαβὼν εἰς ἑαυτὸν διὰ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἀγαθότητα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδεν πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις διαπεσόντα, καὶ τὴν ἱερωσύνην, ἣν δέδωκεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τὴν προφητείαν, καὶ πάντα τὰ ἐξαιρέτα, αὐτὸς ἀνακαινίζει· δι' ἑαυτοῦ τὰ ἑαυτοῦ δῶρα· καὶ πῶς; Ἄκουε.

Γ'. Ἐγένετο προφήτης, ἐπειδὴ ἐνοθεύθη ἡ προφητεία παρὰ τῶν ἀναξίων, καθὼς γέγραπται· Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ. Γίνεται ἀπόστολος κατὰ τὸ ἐρημιζόμενον· Καταροήσατε τὸν ἀρχιερέα καὶ ἀπόστολον τῆς κλήσεως ἡμῶν Ἰησοῦν. Γίνεται καὶ ἱερεὺς, καθὰ φησιν ὁ Ὑμνογράφος· Σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Γίνεται καὶ διάκονος, ὡς φησιν ὁ γενναῖος Παῦλος· Λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ, εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων. Διὰ πάσης οὖν ὁδοῦ τὰς τάξεως. Γίνεται πάλιν καὶ ἀναγνώστης. Λαβὼν γὰρ τὸν Ἑσαίαν ἀνεγίνωσκεν, ὡς δείκνυσι τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα καὶ τοῦ προφήτου τὰς φωνὰς βεβαιώσῃ, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοὺς βαθμοὺς τιμήσῃ. Ἐγένετο καὶ βασιλεὺς, Ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων· ὡς φησιν ὁ Ναθαναήλ· Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραὴλ.

Ζ'. Ἄλλ' ἔρει τις ἴσως τῶν περιεσιῶτων· Τί οὖν πρὸς ἐμὲ τὸν λαϊκὸν, εἰ προφητεῖαν καὶ ἀποστολήν καὶ ἀρχιερωσύνην ἐνεδύσατο; τί πρὸς ἐμὲ τὸν ἐν λαϊκῇ τάξει κατηλεγμένον; Μάλιστα μὲν διὰ πάντας ἀνθρώπους γέγονεν ἀνθρωπος ὁ φιλόανθρωπος. Εἰ δὲ βούλει αὐτὸν καὶ λαϊκοῦ τῆς ὑπερχόμενον ἰδεῖν διὰ σὲ, ἀνάκρινον παρὰ σὲ (3) αὐτῷ καὶ σκόπησον τὰ βηθησόμενα. Ὁμολογουμένως ὁ βαπτίζων οὐκ ἐν χώρᾳ ἐστίν τοῦ ἱερέως, ὁ δὲ βαπτιζόμενος, οὐκ ἐν τάξει τοῦ λαϊκοῦ καθέστηκεν; Ὅρα οὖν Ἰωάννην ἐν τάξει ἱερέως βαπτίζοντα, καὶ τὸν Χριστὸν ἐν λαϊκῷ τάγματι βαπτιζόμενον. Σήμερον γὰρ, ἀδελφοί, σήμερον τὴν διὰ τῶν ὑδάτων ὑπῆλθεν οἰκονομίαν. Οὐκ ἐκ τῶν ὑδάτων ἀγιαζόμενος, ἀλλὰ τοῖς ὕδασι τὸν ἀγιασμὸν παρεχόμενος. Ἰωάννης ἐπλήρου τὸ σχῆμα τὸ ἱερατικὸν, προσέρχεται ὁ λυτρωτῆς τῆς οἰκουμένης τῷ βαπτίζοντι, ὁ φωτίζων ἐν Πνεύματι, ὁ βασιλεὺς τῷ προδρόμῳ, ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ. Ἰωάννης, ἀδελφοί, οὐκ ἠγνόησεν τὴν ἀξίαν διὰ τὴν οἰκονομίαν· οὐκ ἔσφαλεν αὐτὸν τὸ σχῆμα τοῦ σώματος· οὐκ ἠπάτησεν αὐτὸν ἡ φαινόμενη σὰρξ, ἀλλὰ περιέλαμπεν αὐτὸν ἡ κρυπτομένη δύναμις, ἣν καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐκήρυττεν. Λύχνος γὰρ ἦν ἅγιος ὁ θαυμασιος· λύχνος, περὶ οὗ· Ἠτοίμασα λύχνον τῷ Χριστῷ μου, διὰ τοῦ Προφήτου προεῖρηται. Λύχνος δὲ ὁ Ἰωάννης προσηγο-

⁹ Psal. lxxix, 2. ⁹ Deut. xviii, 15. ¹⁰ Hebr. iii, 4. ¹¹ Psal. cix, 4. ¹² Rom. xv, 8. ¹³ Luc. iv, 17. ¹⁴ I Tim. vi, 15. ¹⁵ Joan. i, 49. ¹⁶ Psal. cxxx, 17.

(3) Forte σοί, ex errore typogr.

ρευται, οὐκ ἐπειδὴ τῷ Θεῷ Λόγῳ, τῷ φωτὶ τῆς ἀλη-
θειας, χρεία ἦν τῆς ἀπὸ τοῦ λύχνου προσθήκης·
ἥλιος γὰρ ἦν δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ἐν σαρκὶ
κρυπτόμενον Κύριον ἐγνώριζεν, ὡς ἐν νυκτὶ, τῇ Ἰου-
δαϊκῇ καταστάσει, τὸν λύχνον ἀπαστράπτων τοῦ θείου
Λόγου. Καλεῖται οὖν λύχνος εἰκότως.

Η'. Καὶ ὁρᾶτε τὸ θαυμαστὸν, ἀδελφοί. Ὅτε παρῆλ-
θεν ἐπὶ τὴν Ἐσαρκον οἰκονομίαν ὁ πρὸς ἡμᾶς ἐπιδη-
μίας Δεσπότης, ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενό-
μενος, καὶ ἦν ξένον θαῦμα, ὅτι Θεὸς ἐν ἀνθρώποις,
ἐν δούλοις ὁ Δεσπότης, μετὰ τῶν ποιημάτων ὁ ποιη-
τῆς, ὁ ἀγιάζων μετὰ τῶν ἀγιαζομένων· τότε ὁ Ἰωάν-
νης κρῦπτει τὴν ἀξίαν, καὶ ἦν ἰδεῖν ξένον θαῦμα· ἦν
ἰδεῖν τὸν λύχνον δεχόμενον τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης
Ἰησοῦν. Τὸν γὰρ ἀπάντων Λυτρωτὴν Κύριον ὁ λυ-
τρώσεως δεόμενος ἄνθρωπος ἐβάπτιζεν, οὐ τὴν
προσαχθεὶς, ἀλλὰ προστάγματι δουλωθεὶς. Τότε δὴ
τότε συνέδραμον δύο προφητικαὶ φωναί· *Φωνὴ βοῶν-
τος ἐν τῇ ἐρήμῳ*· καὶ, *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὕδα-
των*. Ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας ἐβόα, καὶ Ὁ Θεὸς τῆς
δόξης ἐβρόντα. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἡ προσκυνητὴ Τριάς
τὴν αὐτῆς δόξαν ἀστράπτουσα. Πατὴρ ἄνωθεν τὸν
Υἱὸν κρῦπτων, Υἱὸς κάτωθεν τὴν οἰκονομίαν πλη-
ρῶν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισφραγίζων τὴν θεοπρεπῆ
μυσταγωγίαν. Καὶ φωνὴ τὸσαύτη γίνεταί· μαρτυροῦν-
τος ἄνωθεν τοῦ Πατρὸς τῷ ἑαυτοῦ Μονογενεῖ, ὡς
σχισθῆναι ἄνωθεν τοὺς οὐρανοὺς. *Ἀναβαίνοντος*
γὰρ, *φρσι, τοῦ Ἰησοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἐσχίσθη-
σαν οἱ οὐρανοί*. Οὐ γὰρ ἤνεγκαν τὴν φωνὴν τῆς τσο-
αύτης μαρτυρίας, φρίζαντες τὴν ἔνθεον οἰκονομίαν.

Θ'. Ἄλλ' ὄρα τὸ θαυμαστὸν. Ἡ φωνὴ αὕτη τοὺς
οὐρανοὺς ἐσχισεν, καὶ αἱρετικούς οὐκ ἐφόβησεν· *Οὐ-
τός ἐστιν ὁ Υἱός μου, ὁ ἀγαπητός, αὐτοῦ ἀκούετε*.
Ἐπειδὴ προέλαβεν νόμος κηρύττων, καὶ προφηταὶ
εὐαγγελιζόμενοι, ἵνα μή τις τῇ προτέρῃ καταστάσει
τῆς Ἰουδαϊκῆς λατρίας ἐπίμενος, ἀπόσῃται τὸν
ζυγὸν τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος, ἡ θεία φωνὴ διέκρι-
νεν τὸ οἰκετικὸν ἀπὸ τῶν δεσποτικῶν ἀξιωμάτων.
Αὐτοῦ ἀκούετε, δηλονότι τοῦ Χριστοῦ. *Πλήρωμα*
γὰρ *νόμου Χριστός*, πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν Χριστός.
Εἰ γὰρ καὶ προέλαβον ἐν τῷ νόμῳ τῷ Μωσαϊκῷ αἱ
εὐλογίαι, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐντελεῖς, ἐκδεχόμεναι τὸν
Κύριον ἡμῶν, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· *Πλήρωμα*
νόμου Χριστός. Καὶ θέλεις, ἐκ πράγματος ἐναργοῦς
παραστήσω σοι τὴν ἀλήθειαν ἐγγυον τῶν εἰρημένων;
Πρόσεχε ἀκριδῶς. Κελεύει Μωϋσῆς ὁ νομοθέτης με-
ρισθῆναι τὰς δώδεκα φυλάς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τὰς μὲν
ἕξ φυλάς ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνάγει τὸ Γηβὰλ, τὰς δὲ ἐτέ-
ρας ἕξ εἰς τὸ ὄρος τὸ Γαρίζειν, καὶ κελεύει τὰς μὲν
εὐλογεῖν, τὰς δὲ καταρᾶσθαι. Εὐλογεῖν μὲν τοὺς κατ-
ορθοῦντας τὸν νόμον, καταρᾶσθαι δὲ τοὺς παραβαί-
ωντας. Τί οὖν; Ἐπὶ μὲν τῶν καταρῶν ἀπασῶν ἦν
ἐπαγόμενον ἐπισφράγισμα· *Ἐροῦσι γὰρ οἱ Λευῖται·*
Ἐπικατάρατος ὁ ἐγκαταλιμπάνων τὸν νόμον, καὶ
ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός· Ἀμήν. Ἐπικατάρατος ὁ δου-

natus est; non quia Deo Verbo, lumini, Inquam,
veritatis, opus esset accessione lucernæ, sol enim
erat iustitiæ; at quia occultatum in carne Domi-
num, cognitum faciebat, tanquam in nocte, Judai-
cæ reipublicæ, lucernam illuminans Verbi divini.
Vocatur igitur lucerna merito.

VIII. Videte porro rem mirabilem, fratres. Quan-
do processit ad incarnationis dispensationem Do-
minus qui nobiscum conversatus est, homo propter
benignissimam humanitatem factus, eratque stu-
pendum miraculum, Deum versari inter homines,
cum servis Dominum, cum creaturis creatorem,
sanctificatorem cum sanctificatis: tunc Joannes
prædicat illius dignitatem, licebatque videre prodigium
supra omnem opinionem; licebat, inquam,
videre lucernam suscipientem solem iustitiæ Jesum.
Universorum enim redemptorem Dominum, qui
redemptione indigebat homo baptizabat, non teme-
rario ausu rem aggressus, sed mandato subserviens.
Tunc enim vero, tunc concurrerunt duæ prophe-
ticæ voces: *Vox clamantis in deserto* ¹⁷, et, *Vox Do-
mini super aquas* ¹⁸. Præco veritatis clamabat, et
Deus majestatis intonuit ¹⁹. Eratque ibi adoranda
Trinitas, quæ gloriam suam adfulgere faciebat. Pa-
ter supra Filium prædicans, Filius infra dispensa-
tionem implens, Spiritus sanctus, quasi sigillo suo
confirmans Deo dignam institutionem. Et usque
adeo magna facta est vox, Patre desuper Unigenito
suo testimonium perhibente, ut aperti fuerint cæli
desuper. *Ascendente enim, ait, Jesu de aqua, scissi
sunt cæli* ²⁰. Non enim tulerunt vocem tanti testi-
monii, horrentes divinam dispensationem.

IX. Sed advertite prodigium. Ea vox cælos scidit,
et hæreticos non perculit: *Hic est Filius meus dile-
ctus* ²¹, *ipsi auscultate* ²². Quia præoccupaverat lex
edicens, et prophetae evangelizantes, ne quis se-
cutus priorem Judaici cultus institutionem, repel-
leret evangelicæ gratiæ jugum, divina vox distinxit
herilem a famuli dignitatibus. *Ipsi auscultate*, Chri-
sto videlicet. *Plenitudo enim legis Christus* ²³, pleni-
tudo bonorum Christus. Etsi enim præcesserunt in
lege Mosaica benedictiones, at non erant perfectæ,
expectantes Dominum nostrum: de quo Paulus
ait: *Plenitudo legis Christus*. Vin' ex re manifesta
exhibeam tibi veritatem vadem dictorum? Attende
diligenter. Jubet Moyses legislator dividi duodecim
tribus Israel, et sex quidem tribus in montem du-
cit Gebal, reliquas vero sex, in Garizin montem,
mandatque ut aliæ benedicant, aliæ maledicant. Be-
nedicant legis observatores, transgressores maledi-
cant. Quid ergo? In omnibus maledictionibus in-
dutum erat veluti quoddam sigillum: *Dicent enim
Levitæ: Maledictus qui deseruerit legem; et dicet
omnis populus, Amen. Maledictus qui colit deos alio-
nos; et dicet omnis populus, Amen* ²⁴. Atque in quo-
que præcepto impendet Amen transgressoribus. In
benedictionibus vero ait, dicent Levitæ: *Benedictus*

¹⁷ Isai. xl, 3. ¹⁸ Psal. xxviii, 3. ¹⁹ ibid. ²⁰ Matth. iii, 16. ²¹ ibid. 18. ²² Matth. xvii, 5 | Petr.,
i, 17. ²³ Rom. xiii, 10. ²⁴ Deut. xxvii, 26, 15.

qui custodit legem Domini; benedictus in agro, benedictus in civitate ²⁵, et nusquam in ulla benedictione Amen comparet. Cur igitur maledictiones sigillum suscipiunt, benedictiones vero non item? Quid sibi vult hoc symbolum, quid innuit hoc ænigma? Lex sententias executioni mandabat, benedictionum autem confirmator est Christus. Et quia oportebat quæ legis sunt propria legi asserere, et quod proprium est evangelicæ gratiæ, gratiæ reservari, propterea remanserunt benedictiones deinceps expectantes Amen.

Ἰδια δοθῆναι τῷ νόμῳ, τὸ δὲ τῆς εὐαγγελικῆς χάριτος ἁμῶν προσθήκην τὸ λοιπὸν ἐπιζητεῖν.

X. Ac ne cui coactus videatur sermo noster, quin potius ex ipsamet veritate testimonium haberet, audi Paulum dicentem: *Dominus autem noster Jesus Christus non fuit utique et minime, sed utique in ipso fuit. Quotquot enim sunt pollicitationes Dei in illo, ipsum utique; et per illum, ipsum Amen; ad gloriam Deo* ²⁶. Hinc licet intelligere iterum quod dictum ab Apostolo fuit: *Quia cum mortui essemus peccatis et preputio carnis nostræ, convivificavit in illo, indulgens nobis omnia peccata nostra, obliterans contrariam nobis chirographum, quod adversabatur nobis* ²⁷. Cujusmodi chirographum? Hinc habes rei demonstrationem. Quando enim recensuit lex maledictiones, ipsum populi Amen, subscriptio quædam erat audientium. Jesus quippe erat plenitudo benedictionum, qui in Jordane apparuit, qui prophetiam Isaïæ in seipso complevit. Dixit enim Isaïas: *Exsultent deserta Jordanis, quia gloria Libani data est ei, et honor Carmeli* ²⁸. Dictum quidem obscurum, quod tamen per gratiam declaratur.

XI. Libanum vocat Scriptura illius temporis Jerusalem. Neque existimes coactam esse hanc sententiam. Ezechiel testatur de Nabuchodonosor rege. Dixit enim: *Aquila magna magnarum alarum, quæ alas expansas habet et plena est unquium, venit in Libanum, et accepit electa cedrorum Libani, et adduxit in Babylonem* ²⁹. Quid vero electa sunt? Quandoquidem vinctum Sedeciam regem abduxit, et Joachim et pontifices: hæc erant electa Libani, quæ Babylonem adduxit. Quid est ergo illud: *Et gloria Libani data est ei, et honor Carmeli*. Quis vero honor? Audi veluti in transitu. Elias propheta erat honor Carmeli. Erat quippe in Carmelo Elias. Quia igitur prodiit Joannes in spiritu et virtute Eliæ ³⁰: propterea dicit datum eremo honorem Carmeli, de quo inquit Salvator: *Et si vultis suscipere, ipse est Elias qui venturus est* ³¹. Quia igitur aliquando Elias

λεῶν θεοῖς ἀλλοτριῶς, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός. Ἄμην. Καὶ ἐφ' ἐκάστη ἐντολῇ ἐπίκειται τὸ Ἄμην τοῖς παραβαίνουσι. Ἐπὶ δὲ ταῖς εὐλογίαις ἐροῦσι, φησὶν, οἱ Λευῖται· *Εὐλογημένος ὁ φυλάσσων τὸν νόμον Κυρίου, εὐλογημένος ἐν ἀγρῷ, εὐλογημένος ἐν πόλει, καὶ οὐδαμῶς τὸ Ἄμην ἐν οὐδεμιᾷ τῶν εὐλογιῶν. Τί οὖν αἱ κατάραι λαμβάνουσι τὸ ἐπισφράγισμα, αἱ δὲ εὐλογίαι οὐ δέχονται τὴν σφραγίδα; Τί βούλεται τὸ σύνθημα; τί ἐρμηνεύει τὸ αἶνιγμα; τῶν ἀποβάσεων πληρωτὴς ἦν ὁ νόμος, τῶν δὲ εὐλογιῶν βεβαιωτὴς Ἰησοῦς. Ἐπειδὴ δὲ εἶδε τὰ μὲν τοῦ νόμου φυλαχθῆναι τῇ χάριτι, ἔμειναν αἱ εὐλογίαι, τὴν τοῦ*

Γ. Ἦνα δὲ μὴ δόξῃ τις βεβιασμένον εἶναι τὸν λόγον ἀλλὰ μάλλον ἐξ αὐτῆς τῆς ἀληθείας μεμαρτυρημένον, ἀκούε Παύλου λέγοντος· *Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὐ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ ἐν αὐτῷ, τὸ ναὶ καὶ δι' αὐτοῦ, τὸ Ἄμην πρὸς δόξαν τῷ Θεῷ. Ἐνεσθῆεν ἔστιν νοῆσαι πάλιν τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου· Ὅτι νεκροὺς ἡμᾶς διὰ τὰς τοῖς παραπτώμασιν καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, συνεξωπολιοῦσεν ἐν αὐτῷ, χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα ἡμῶν, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ὃ ἦν ἡμῖν ὑπερασπίον. Ποῖον χειρόγραφον; ἔχεις τοῦτο τὴν ἀπόδειξιν. Ὅτι γὰρ ὑπηγόρευσε τὰς κατάρας ὁ νόμος, τὸ Ἄμην τοῦ λαοῦ ὑπογραφή ἦν τῶν ἀκούοντων. Ἰησοῦς γὰρ ἦν τὸ πλήρωμα τῶν εὐλογιῶν, ὃ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου φωνεῖς, ὃ τὴν προφητείαν Ἡσαίου εἰς ἑαυτὸν πληρώσας. Ἐλεγε γὰρ Ἡσαίας· Ἀγαλλιάσθω τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου, δεῖ ἡ δόξα Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Τὸ βῆμα ἀσάφες, σαφηνίζεται διὰ τῆς χάριτος.*

ΙΑ. Λιβανον καλεῖ ἡ Γραφή τὴν Ἱερουσαλήμ τὸ τνηχῆντα. Καὶ μὴ νομίσης βεβιασμένον εἶναι τὸν λόγον. Ἰεζεκιὴλ μαρτυρεῖ περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσωρ τοῦ βασιλέως. *Ἐλεγε γὰρ· Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας, ὁ μεγαλοπτερότερος, ὁ ἐκτεταμένος ταῖς πτέρυξιν, καὶ πλήρης δυνάμων, ἦλθεν εἰς τὸν Λιβανον, καὶ ἔλαβεν τὰ ἐκλεκτὰ τῆς κέδρου τοῦ Λιβάνου, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Τὰ δὲ ἐκλεκτὰ τίνα ἦν; Ἐπειδὴ Σεδεκίαν δῆσας ἀπήγαγεν τὸν βασιλέα καὶ τὸν Ἰωακείμ καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς, ταῦτα ἦν τὰ ἐκλεκτὰ τοῦ Λιβάνου, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Βαβυλῶνα. Τί οὖν ἔστιν τὸ· Καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ; Ἐπειδὴ ἡ ἱερωσύνη τῆς Ἱερουσαλήμ καὶ ἡ προφητεία πᾶσα μετέβη εἰς τὸν Ἰωάννην, καὶ πᾶσα ἡ Ἱεροσόλυμα, καταλιπούσα τὸ θυσιαστήριον, ἐξήρχετο ἐπὶ τὸ λαβεῖν τὸ βάπτισμα Ἰωάννου, προλαβὼν ὁ προφήτης λέγει περὶ τῆς ἐρήμου τοῦ Ἰορδάνου· Ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Καὶ τίς ἡ τιμὴ; Ἄκουε, ὡς ἐν παραδρομῇ. Ἥλιος ἦν ὁ προφήτης ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου. Ἥλιος γὰρ ἦν ἐν τῷ Καρμῆλῳ. Ἐπεὶ οὖν προῆλθεν Ἰωάννης ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἥλου, διὰ τοῦτο φησὶν·*

²⁵ Deut. xxviii, 1, 3. ²⁶ II Cor. 1, 19, 20. ²⁷ Coloss. ii, 13, 14. ²⁸ Isai. xxxv, 1, 2. ²⁹ Ezech. vii, 3, 4. ³⁰ Luc. 1, 17. ³¹ Matth. xi, 14.

Ἐδόθη ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου τῇ ἐρήμῳ, περὶ οὗ φησὶν ὁ Σωτὴρ· Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτὸς ἐστὶν Ἡλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Ἐπεὶ οὖν ποτὲ μὲν Ἡλίας ᾤκει τὸν Κάρμηλον, νῦν δὲ Ἰωάννης τὴν ἔρημον, εἰκότως φησὶν· Ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἡ τιμὴ τοῦ Καρμήλου.

IB. Nūn δὲ, ἀδελφοί, ἡ δόξα ἐκεῖνη οὐ τὴν ἔρημον μόνην ἐπλήρωσεν, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκουμένην ᾤκασαν. Σήμερον γὰρ πανταχοῦ τῆς γῆς ὕμνοι καὶ θεολογίαι· ἀπὸ ἐσπέρας μέχρι τῆς δεῦρο ἐστήκασιν ἄνθρωποι, καὶ ὕμνοις τὸν ὕπνον ἐνίκησαν· καὶ ἡ χάρις ἐδείκνυτο, καὶ ἡ φύσις οὐκ ἠλέγχετο. Καὶ μάλα εἰκότως. Ὡσπερ γὰρ σίδηρος, περὶ προσομιλήσας, ὃ μὲν ἦν, οὐκέτι φαίνεται, ὃ δὲ οὐκ ἦν, ἐπενδύεται, οὐ τὴν φύσιν ἀποτιθέμενος, ἀλλ' ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λαμπρότητα δεξιόμενος· οὕτως καὶ ἡμεῖς καταξιοθίντες τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἡρνησάμεθα τοῦ σώματος τὴν ἀσθένειαν, καὶ ἐνεδυσάμεθα τοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ἔστηκεν ἡ Ἐκκλησία διόλου λάμπουσα, καὶ πληροῦται ἐπ' αὐτῇ τό· Ἐγένετο ἐσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωὶ ἡμέρα μία. Οὐκ εἶχεν ἡ νύξ σκότος, τῇ θεολογίᾳ φωτιζόμενος (4). Οὐκ εἶχεν ἡ νύξ σκότος· τῷ γὰρ θεῷ Λόγῳ κατελάμπετο κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ· Καὶ νῦν φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μου, ὅτι σκότος οὐ σκοτισθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ νῦν ὡς ἡμέρα φωτισθήσεται. Τοσοῦτον φῶς, τοσοῦτον κάλλος περιαστρέπτει τὴν Ἐκκλησίαν. Γένοιο δὲ ἡμεῖς, ἀδελφοί, θεῷ χάριτι πάντοτε καταλαμπομένους τῷ παναγίῳ Θεῷ δόξαν ἀναπέμπειν· ᾧ πρέπει δόξα καὶ τιμὴ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

⁴ Gen. 1, 5. ⁵ Psal. cxxviii, 11, 12.

(4) Φωτιζομένην puto legendum, vel φωτιζόμενον.

(5) Videntur vigilasse a vespere ad inultam jam diem veteres in festo Epiphaniæ.

DE SEQUENTI HOMILIA MONITUM.

(M^{AI} Spicil. Rom. X, p. 221.)

In codice prisco Sessoriano, observante P. Amatore, nec non in alio exemplari homilia exstat De Kalendis Januarii, cui sancti Severiani nomen inscriptum est. Hunc ego sermonem, facta collatione, diversum esse comperiebam a sermonibus per easdem Kalendas dictis 1. S. Augustini serm. XCVII, et XCVIII; 2. S. Petri Chrysologi serm. CLV; 3. S. Ambrosii serm. VII; 4. S. Asterii Amaseni apud Combesium Nov. auct. t. I, p. 65 (Patrol. Gr. t. XL); 5. S. Maximi Taurin. serm. XVI; 6. Attonis Vercell. serm. III, apud me Scrip. vet. t. VI, part. II, p. 13. Quid agerem? Satisne quævisisse me de hoc scripto crederem, an ipsum adhuc suspicarer alicubi editum, sive sub Severiani sive sub cujuscumque alterius nomine? Certe de Gabalitano episcopo Sezeriano vix cogitandum putabam, etenim Latina elocutio talis est, quæ de Græco fonte manare non videtur. Num Severini potius nomen sub Severiano latere arbitrarer, quæ reapse commutatio in nonnullis codicibus fit, ubi aliquot S. Petri Chrysologi sermones, modo Severino inscribuntur modo Severiano? Verumtamen ne Severini quidem episcopi ullus quod sciam sermo exstat. Nam Severini sententiæ illæ a Sirmundo Opp. t. II, editæ, et a Pezio Thesaur. anecd. t. IV, ceu ineditæ repetitæ (quanquam is postea errorem suum agnovit) nihil habent quod ad hunc referri sermonem queat. Verumtamen ne pretiosum fugientis vitæ tempus in hac meditatione diutius tererem, hic velut in libri angulo eruditum hunc sermonculum collocare decrevi, de quo otiosiores et curiosiores homines pro sua industria disquirent et judicabunt.

SEVERIANI EPISCOPI HOMILIA DE PYTHONIBUS ET MALEFICIIS.

Evangelica modo claudenda nobis tuba (6) est, A modo tacendi nobis sunt apostolici sensus, ut illa tantum lamentationis propheticæ resonet cantilena, quæ dicit : *Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est* ²⁶. Renovatur dolor pontificis Christiani, quando gentilium error nec veterescit tempore, nec tanto fidei fulgore dispergitur. Ecce veniunt dies, ecce Kalendæ veniunt, et tota dæmonum pompa procedit, idolorum tota producit officina, et sacrilegio vetusto anni novitas consecratur. Figurant Saturnum, faciunt Jovem, formant Herculem, exponunt cum venantibus (7) suis Dianam, circumducunt Vulcanum verbis anhelantem turpitudines suas, et plura quorum quia portenta sunt, nomina sunt tacenda; quorum deformitates quia natura non habet, creatura nescit, fingere ars laborat. Præterea vestiuntur homines in pecudes, et in feminas viros vertunt, honestatem rident, violant iudicia, censuram publicam rident, illudunt sæculo teste, et dicunt se facientes ista joculari. Non sunt joca, sed sunt crimina. In idolum transfiguratur homo. Et si ire ad idola crimen est, esse idolum quid videtur? Ad Dei imaginem factus est homo. Quidquid in te impie propria deformitate intuleris, ad Dei pertendit injuriam. Plane non sunt hæc usquequaque tua vota, sed ex parte maxima sunt iudicia Dei, ut eorum, quorum per Deum perit cultus, per te sæculorum pertendantur et maneat turpido.

Namque talium deorum facies ut pernigrari possint, carbo deficit; et ut eorum habitus pleno cumuletur horrore, palææ, pelles, panni, stercora, toto sæculo perquiruntur; et quidquid est confusionis humanæ, in eorum facie collocatur. Et pejus operantur qui gyrant bestiola sua ubi ignem accen-

dunt, et in tali insania confidunt; putant bonum opus facere sibi, et sic incurrunt grave delictum. Quia ille inter tales deos magnificentior creditur, qui inter turpes turpior invenitur. Et ille magnificus habetur, quem pro deformitate singulari potuerint ipsa monstra mirari. Impletum est in illis propheticum maledictum : *Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis* ²⁸. Et hoc Christiani vident, Christiani expectant (8), admittunt in domos suas, Christiani in domibus suis recipiunt? immemores illius apostolici dicti : *Quoniam qui talia agunt, digni sunt morte* ²⁸.

Sed dicis : Qui faciunt ea, moriantur. Non te excusat sermo quem voluntas accusat, nec separat officium quem constringit et adjungit assensus. Audi quid sequitur : *Non solum qui faciunt ea, sed et qui consentiunt facientibus* ²⁷. Rogo vos, vel inter mala cessate mala. Credite, credite, deficerent, si ea Christianorum simulatio non transiret (9). Fugite ista, o Christiani, fugite; claudite vos ut non videatis talia insanientes; claudite vos vestrasque domos, quia Deus qui in occulto videt, circumveniri non potest in aperto. *Exite, exite, sicut dixit propheta, de medio eorum, et separamini ab eis, et ne immundum tetigeritis* ²⁹ : ut tandem nostro respiciant studio, qui hactenus nostro colludio sunt decepti. Fugite ergo dæmonica ista, si divina desideratis audire.

Exin continuatur in uno e codicibus, tanquam pars prædicti sermonis sic : Quamquam non dubitem vos, charissimi, per paternam sollicitudinem, etc., qui videlicet est S. Maximi sermo decimus sextus in Romana Bruni editione, perperam in codice cum Severiano contextus.

²⁶ Psal. xxxviii, 3. ²⁷ Psal. cxiii, 8. ²⁸ Rom. i, 32. ²⁹ ibid. ³⁰ Isa. lxi, 41; II Cor. vi, 17.

(6) In alio codice lectio pro tuba.

(7) Codd. vernantibus.

(8) Ita codd. pro spectant, ut alibi.

(9) Nempe toleraret.

SEVERIANI HOMILIA

De sigillis librorum, et quomodo Filius Patri, Pater Filio offerat, ac de Servatoris incarnatione.

Vide inter Opera S. Joannis Chrysostomi nostræ editionis, tom. XII, col. 539.

EJUSDEM HOMILIA CONTRA JUDEOS.

Vide ubi supra, tom. X, col. 793.

EJUSDEM SERMONES XV

Ex Armenicis codicibus Venetiis anno 1827, curante Auchero, editi.

Vide ad annum supra positum hujusce Patrologiæ seriem mere Orientalem.

ANNO DOMINI CDXII

THEOPHILUS

ALEXANDRINUS EPISCOPUS

NOTITIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. VII, Proleg., p. xxvii.)

I. Longum esset ire per singula, quæ de Theophilo Ecclesiæ Alexandrinæ antistite veteres litteris tradidere. Neque nostri demum instituti ratio id patitur, quin et ab ejusmodi munere pensoque absolvendo nos prohibet omnino, cum nostra tantummodo intersit, ea summam attingere, quæ temporis notationem præcipue respiciunt. Anno itaque 585 Arcadio Augusto primum et Bautone coss., teste Socrate (a), sublato ex hac luce Timotheo de quo superius verba fecimus, mense Julio desinente, Theophilus sacerdotii administrationem suscepit. Eo instante atque admittente funditus excisum celeberrimum Serapidis templum: quod contigisse anno 391 pluribus ostendit Pagi (b). Rem fuse describunt præ cæteris Theodoritus (c), Socrates (d) et Sozomenus (e): neque de hujusmodi facinore siluit Eunapius (f). Exinde vero profani cultus idolorum reliquias per Ægyptum delevit.

A Anno circiter 392 synodus Capuana ob sedis Alexandrinæ præcipuam in Oriente auctoritatem ipsum delegit ad componendum dissidium inter Flavianum et Evagrium, Paulino demortuo in episcopatu Antiocheno suffectum: ejus tamen iudicium Flavianus admittere noluit. Qua de re sanctus Ambrosius ad eundem Theophilum scribens (g): *Non habet, inquit, quod urgeat Evagrius; habet quod metuat Flavianus, ideoque refugit examen. Dent fratres veniam dolori justo, quia propter ipsos universus orbis concutitur; et illi tamen nostro non compatiuntur dolori.* Plura item legas apud Socratem (h) et Sozomenum (i). Interfuit præterea concilio Constantinopolitano, desinente anno 394 coacto, ubi Agapii et Bagadii controversia de Bostresi episcopatu agitata. Videsis Zonaram (j) et Balsamonem (k). Quatuor post annos Constantinopolium remeavit ad inaugurandum sanctum Joannem Chry-

(a) Socrat. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 12.

(b) Pagi ad ann. 389, § 12 seq.

(c) Theodor. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 22.

(d) Socrat. lib. v, cap. 16.

(e) Sozom. lib. vii, cap. 15.

(f) Eunap. *Vit. philos.* cap. 4, pag. 64 seq.

(g) Ambr. epist. 56, § 1, Opp. tom. II, pag. 1006.

(h) Socrat. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 15.

(i) Sozom. lib. vii, cap. 15.

(j) Zonar. in Can., pag. 525.

(k) Balsam. in Can., pag. 761.

nostomum in illius regiæ urbis præsullem recens electum : quem tamen deinceps acriter est insectatus, et in synodo Quercensi anno 403 exauctorandum curavit. Denique lethargia correptus supremum diem clausit anno 412, Idibus Octobris, Honorio IX et Theodosio V coss., ut scribit Socrates (a) : adeoque totos xxvii annos tresque menses haud completos Ecclesiam rexit Alexandrinam.

II. Complura litteris consignasse Theophilum, tum ex iis quæ hodiernum integra superant, tum vero ex eorum fragmentis quæ interciderunt, apud veteres servatis, intelligimus. Horum autem præcipua tantum breviter hic recensere; reliqua vero prætermittimus, internoscenda ex inscriptionibus quæ fontes aperiuere unde illa potissimum hausimus. Itaque inter Theophili scripta principem locum obtinet ejus *Cyclus paschalis quadringentorum octodecim annorum*, ut ait Cyrillus; auctoris nepos et successor (b). Quam quidem periodum paschalem Theodosii Magni rogatu contexit, cum nondum esset episcopus, eidemque Augusto dicavit. At vero *ne forte tot annorum congeries aut fastidium cognoscendi, aut pigritiam describendi quibusdam afferret*, laterculum centum annorum composuit a primo anno consulatus ejusdem Theodosii, Christi vulgari 380, initium ducens, ut ex eodem Cyrillo erudimur (c). De hujusmodi autem Theophili cyclo et laterculo, præter Bucherium (d) et Tillemontium (e), plura erudite observat Joannes Van der Haagen in peculiari dissertatione, quam hoc de argumento conscripsit. Superest etiamnum Prologus quem auctor sive suo cyclo sive laterculo præfixit : ejusque Græca ex Petavio (f), veterem vero versionem ex laudato Bucherio (g) descripsimus.

III. Theophili epistolis superstitis *Edicta canonica X et responsa III*, cum Balsamonis commentariis præmisimus, ex Pandectis canonum Beveregii desumpta (h). Inter epistolas vero statim subjectas illa eminet, quam auctor Palæstinis et Cypriis inscripsit; ubi plura de Origenis erroribus disserit. Hanc autem epistolam magni sane ducendam, ex pervetusto Mediolanensis ms. bibliothecæ Ambrosianæ primus e tenebris eruit eruditissimus Vallarsius : eique præterea ex eodem codice tres alias attexit, ad eandem causam pertinentes; nimirum ad præcedentem Theophili epistolam synodi Hierosolymitanæ responsum, Dionysiique Lidden-

(a) Socrat. *Hist. eccl.* lib. vii, cap. 7.

(b) Cyrill. Alex. in *Proleg.* num. 2, apud Bucher. *De doctr. temp.*, pag. 482.

(c) Id. *ibid.* numm. 2 et 6.

(d) Bucher. *De doctr. temp.* pag. 429 seqq.

(e) Tillem. *Mém. eccl.* tom. XI, pagg. 469 et 639, not. V sur *Théophile*.

(f) Petav. *De doctr. temp.* tom. II, pag. 501.

(g) Bucher. l. c. pag. 471-475.

(h) Bever. *Pand. Can.* tom. II, pagg. 470-475.

(i) Hieron. lib. I *Apolog. contr. Rufin.* § 12, *Opp.* tom. II, pag. 468.

(j) Vallars. edit. Hieron. tom. I, pagg. 531-552.

sis seu Diospolitani ad eundem *Theophilum*, neque non Anastasii papæ ad *Simplicianum* epistolas : quas omnes cum sanctus Hieronymus Latio reddiderit, ut ipsemet innuere videtur (i), laudatus Vallarsius in suam Doctoris maximi Operum editionem invexit (j). Exinde vero tres priores epistolas prelo consignandas accepimus, quarta Anastasiana prætermissa quam alibi postea exhibebimus; iisque notas Vallarsianas textus litteram respicientes subjecimus, pauculis nostris intextis.

Hic porro haud est omittendum, existimasse et editorem (k) ejusmodi Theophili epistolam esse ipsam illam synodicam, quam ab se fuisse Latine redditam scribit sanctus Hieronymus, ubi ait (l) : *Duas, synodicam et paschalem ejus (Theophili) epistolas contra Origenem illiusque discipulos— per hoc ferme biennium interpretatus sum, et in ædificationem Ecclesiæ legendas nostræ lingue hominibus dedi.* Verum ejus sententiam aliis minus probatam comperimus. Noster certe Hieronymus de Prato pluribus nec levibus argumentis eam infirmasse novimus (m) : eique deinceps adhæsisse virum doctum Joan. Franc. Bernardum de Rubeis intelligimus (n). Quam quidem disceptationem aliis dijudicandam relinquimus.

IV. Hujusmodi autem Theophilensem epistolam, *encycliam* potius quam *synodicam* fortasse appellandam, tres excipiunt *paschales epistolæ* annorum 401, 402 et 404. Constat enim antistites Alexandrinos de more illius Ecclesiæ quotannis, *peracto Epiphaniarum die*, ut inquit Cassianus (o), epistolas promulgasse ad solemne Paschatis tempus indicendum, *paschales* propterea, sive etiam quandoque *festales* dictæ. Has vero Theophili epistolas Latinis auribus donavit sanctus Hieronymus, atque inter ejus opera plerumque circumferuntur; sed in omnibus editis, si Vallarsianum excipias, ordine præpostero fuere dispositæ. Inversionem primus detexit eminentissimus Norisius (p), qui proinde singulas suis annis accurate restituit.

Prima itaque, cujus est exordium, *Christum Jesum Dominum*, sub finem Pascha indicit celebrandum die xix mensis Pharmuthi juxta cyclos Ægyptios, nempe apud Latinos juxta supputationem Julianam die xiv Aprilis : qua sane die in Ecclesia Romana celebratum est festum paschale anno 401, cyclo solis xviii, lunæ iii, litt. Dom. F. Hæc autem

(k) Id. præfat. ad tom. I, pag. 29, num. 5 : et pag. 537. in not. et tom. XI ; in *Vit. S. Hier.* pagg. 183-188.

(l) Hieron. lib. III *contr. Rufin.* § 16, tom. II, p. 545.

(m) H. de Prato *Dissert. vi ad Sulpic. Sev.* tom. I, pagg. 277 seqq.

(n) B. de Rub. *Dissert. de Rufin.* cap. 15, pagg. 100 seqq.

(o) Cassian. *Collat.* 10, cap. 2.

(p) Noris. *Hist. Pelag.* lib. I, cap. 2. et *Dissert. de sanct. Siric.* Pp. *Opp.* tom. I, pagg. 20 seqq., et tom. IV, pagg. 726 seqq. edit. Veron.

Theophili epistola in vulgatis editionibus *secunda* A perperam signatur.

Secunda porro quæ incipit : *Primum solemnitatis augustæ servo divinus*, quæque antea male in editis tanquam *prima* habebatur, Pascha futurum denuntiat die xi mensis Pharmuthi, id est juxta epocham Julianam die vi Aprilis : qua quidem die a Latinis anno 402, paschalia festa peracta sunt, cyclo solis xix, lunæ iv, litt. Dom. E.

Tertia denique incipiens : *Nunc quoque Dei viva sapientia*, Pascha designat peragendum die xxii ejusdem mensis Pharmuthi : eaque die anno bissextili 404 celebratum fuit cyclo solis xxi, lunæ vi, litteris Dom. C, B.

Atque ita quidem trium Theophili epistolarum

paschalium ordinem a Norisio viro doctissimo restitutum secuti sumus post Vallarsium, ex cujus recensita editione Hieronymiana eas protulimus. Adjecimus præterea earundem epistolarum fragmenta Græca, non solum ex Cyrillo Alexandrino ac Theodorito, verum etiam ex Cosma Indico-pleuste desumpta : quod nemini hactenus animadversum. Adhæc ex actis concilii Ephesini duo alia Græca fragmenta ex ejusdem Theophili epistolis paschalibus v et vi excerpta subdidimus.

Quæ vero pone subsequuntur epistolæ, alique ex auctoris nostri operibus deperditis simul collecta fragmenta, nec non ipsius apophthegmata : hæc, inquam, omnia unde sint demum hausta, loca ubique singillatim præmonstrata docebunt.

ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΘΕΟΦΑΝΙΩΝ ΕΠΙΣΤΑΝΤΩΝ ΕΝ ΚΥΡΙΑΚῃ.

EDICTUM THEOPHILI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI,

CUM SANCTA THEOPHANIA IN DIE DOMINICO INSTARENT.

Καὶ τὸ ἔθος (1) καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ B πᾶσαν Κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ παρηγορι-
ζειν, ἐπειδὴ περ ἐν ταύτῃ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς
Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῶν ἐπρυ-
τάνευσε. Διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, καὶ
πρώτῃ κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῶν ὑπάρχουσα,
καὶ ὀρθόθ, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων
σαββατισμὸν. Ἐπεὶ οὖν συνέβη τὴν τῶν ἀγίων
Θεοφανίων ρησισμὸν ἡμέραν εἶναι ταύτην, οἰκο-
νομήσωμεν, καὶ πρὸς ἐκατέρων ἐπιστημόνως
χωρήσωμεν, ἵνα μεταλαμβάνοντες ὀμμάτων φοιτή-
κων, ἐκκλητῶμεν ἅμα καὶ τὰς αἰρέσεις τὰς μὴ
τιμώσας τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰη-
σοῦ Χριστοῦ ἡμέραν, καὶ τὸ ὀφειλόμενον τῇ
ρησισμῷ ἡμέρᾳ ἀποδώμεν, περιμέροντες τὴν
ἐσπερίην σύναξιν, ἥτις ἐνταῦθα, Θεοῦ θέλοντος, τελεῖται. Συραχθῶμεν τοίνυν ἀπὸ ὥρας ἐν-
νάτης ἐνταῦθα.

Et mos et honestas a nobis exigit, ut omnem diem
Dominicum honoremus, eumque celebremus; quo-
niam Dominus noster Jesus Christus præclarum in
ea suæ resurrectionis munus obiit. Et ideo in sacris
Scripturis ipse, et primus appellatus est, ut qui sit
nobis vitæ principium, et octavus, ut qui Judæorum
sabbatismum exsuperaverit. Quia ergo accidit, ut
sanctorum Theophaniorum hic esset dies jejuni-
o peragendus, dispensemus, et ad utrumque scientes
procedamus, ut paucos dactylos sumentes, simul et
hæreses vitemus, quæ Domini nostri Jesu Christi
resurrectionis diem non honorant, et diei jejunii
quod debetur reddamus, vespertinam congregationem
expectantes, quæ hic, Deo dante, peragitur. Congre-
gamur ergo hic ab hora nona.

(1) Hæc descripsimus ex *Pandect. canon.* Bever-
sæii, tom. II, pagg. 170-175. Exstant præterea in

Conciliorum collectione, tom. II, pag. 1576 seqq.
edit. Veneto-Labb.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ

Ἔπερ Ἐλαβε Ἀμμῶν, διὰ τὴν Λυκώ.

EJUSDEM COMMONITORIUM QUOD ACCEPIT AMMON PROPTER LYCO.

CANON I.

De iis qui Arianis communicaverunt, et Ecclesias huc usque delinent, ut se habet consuetudo, fiat : ita tamen ut alii constituantur, qui in orthodoxia testificentur, et illi permaneant. His quoque ita dispensatis, ut aliis urbibus orthodoxi in Thebaide episcopi fecerunt, qui ab episcopo Apolline constituti, et qui cum Arianis Ecclesias habentibus communicantes, puniantur ; si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt ; sin autem proprio episcopo obedierunt, permanerent, etsi quod justum est non noverint. Et si omnes quidem populi eos cum aliis rejiciant, alii ordinentur ; sin autem eos retinent cum illis quibus communicaverunt, ii quoque eam consuetudinem experiantur, qua usi sunt omnes orthodoxi in Thebaide episcopi.

Ἐν ὧν ὁς κεκοινωνήκασι ταῦτα, καὶ οὗτοι ἀποπειράσθωσαν τῆς συνηθείας, ἢ ἐχρήσαντο οἱ ἐν Θηβαίδι πάντες ἐπίσκοποι ὀρθόδοξοι.

CANON II.

De Bisto, qui in Ereba constitutus est presbyter, quærendum est ; et si alicui quidem mulieri separatæ, vivente marito, vim attulit, non sinatur esse presbyter ; nam ne ut laicus quidem debet communicare, cum eos qui tales sunt separare consueverit Ecclesia. Hoc autem nullum affert episcopo Apollini præjudicium, si eum per ignorantiam constituit ; cum sancta synodus jusserit eos, qui post ordinationem propter crimen indigni esse convincuntur, expelli.

BALS. Bistu ab Apolline episcopo presbyter constitutus fuerat in Ereba ; est autem ea regio Ægypti sicut et Lyco. Is vero dicebatur ante ordinationem mulieri separatæ vim attulisse, vivo marito. De eo igitur interrogatus Theophilus, inquit : Quærat an sit verum eum mulieri vim attulisse, et si ita sit, ne ei esse presbyterum permittatur. Quomodo enim fuerit is presbyter, cui nec laico in ecclesiam quidem permittitur ingredi, cum sit propter peccatum segregatus ? Eos enim, qui sunt ejusmodi, extrudit Ecclesia et separat a fidelibus. Hoc autem a Theophilo nequaquam canonicè dictum est : quandoquidem sanctorum apostolorum xxv canon, et magni Basilii tertius et xxxii, et Carthagin. syn. xxii, clericos, qui peccarunt, et depositi fuerunt, a communione non arcent. Quod

A

KANON A'.

Περὶ τῶν κοινωρησάντων τοῖς Ἀρειανοῖς καὶ μέχρι τῶν τὰς Ἐκκλησίας κατεχόντων, ὡς ἔθος γινέσθω, οὕτω μέντοι ἑτέροισι καταστήναι μαρτυρουμένους ἐν ὀρθοδοξίᾳ, κἀκείνους ἀυλιέσθαι. Οὕτως οἰκονομουμένων καὶ τούτων, ὡς περ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι πεποιθήκασιν οἱ ἐν τῇ Θηβαίδι ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι, οἱ καταστάσαντες παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπισκόπου, καὶ κοινωρησάντες τοῖς ἔχουσιν τὰς Ἐκκλησίας Ἀρειανοῖς, ἐπιτιμώσθωσαν, εἴη γνώμη αὐτῶν πεποιθήκασιν τοῦτο· εἰ δὲ ὑπήκοοι γέγονασιν τῷ οἰκείῳ ἐπισκόπῳ, ἀυλιέσθωσαν, καὶ μὴ ἐπεγνώκατες τὸ εὐλογον. Καὶ εἰ μὲν πάντες οἱ λαοὶ τούτους ἀποποιούνται μετὰ τῶν ἄλλων, ἔστω χειροτονήσθωσαν· εἰ δὲ ἀρτιποιούνται αὐτῶν μετ' ἐκεί-

B

ἔστωσαν· εἰ δὲ ἀρτιποιούνται αὐτῶν μετ' ἐκεί-

KANON B'.

Περὶ Βίστου καταστάσαντος ἐν Ἐρέβῃ πρεσβυτέρου ζητητέον· καὶ εἰ μὲν ἀποταξαμένην τινὰ ζῶντος τοῦ ἀνδρός ἐδιάσατο, μὴ συγχωρεῖσθω εἶναι πρεσβύτερος, ὅπου γε οὐδὲ ὡς λαϊκὸς ὀφείλει συνάγεσθαι, τῆς Ἐκκλησίας εὐθυίας τοῦς τοιοῦτους χωρίζει. Οὐ φέροι δὲ τοῦτο πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν κατέστησε, τῆς ἀγίας συνόδου κλευσάσης τοῦς ἀναξίλους μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλεγχόμενους ἐπὶ ἐγκλήματι ἐκβαλέσθαι.

C

ΒΑΣΣ. Ὁ Βίστος παρὰ Ἀπόλλωνος ἐπισκόπου κατέστη πρεσβύτερος ἐν Ἐρέβῃ· χώρα δὲ αὕτη Αἰγυπτίων ἐστίν, ὡς περ καὶ ἡ Λυκώ. Ἐλέγετο δὲ περὶ ἐκείνου, ὅτι πρὸ τῆς χειροτονίας γυναῖκα ἐδιάσατο ἀποταξαμένην ζῶντος τοῦ ἀνδρός. Περὶ τούτου οὖν ἐρωτηθεὶς ὁ Θεόφιλος, εἶπε, ὅτι ἐρευνηθήτω, καὶ εἰ ἀληθὲς ἐστὶ τὸ βιάσασθαι αὐτὸν τὴν γυναῖκα, μὴ συγχωρεῖσθω εἶναι πρεσβύτερος. Πῶς γὰρ εἴη πρεσβύτερος, ὅς οὐδὲ λαϊκὸς συγχωρεῖται εἰσεῖναι εἰς ἐκκλησίαν, ἀφοριζόμενος διὰ τὸ ἀμάρτημα ; ἐξῴθει γὰρ τοῦς τοιοῦτους ἡ Ἐκκλησία καὶ χωρίζει ἀπὸ τῶν πιστῶν. Τοῦτο δὲ οὐ κανονικῶς τῷ Θεοφίλῳ εἰρηται· ὅ τε γὰρ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ κανῶν, καὶ ὁ τοῦ μεγάλου Βασιλείου τρίτος καὶ ὁ λβ', καὶ ὁ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κβ' τοῦς κληρικοὺς ἀμαρτησάντας, καὶ καθαιρεθέντας, τῆς κοινωνίας οὐκ ἀπέργουσι. Τὸ δὲ χειροτονηθῆναι αὐτὸν οὐ φέροι βλάβην τῷ χειροτονήσαντι αὐτὸν ἐπισκόπῳ ἐξ ἀγνοίας τοῦ ἀμαρτήματος· ἡ γὰρ σύνοδος ὥρισε τοῦς ἐλεγχόμενους ἐπὶ ἐγκλήματι καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐκβάλλεσθαι. Τοῦτο δὲ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρῶτης ἐστὶ κανὼν ἕννατος. Τὸ δὲ, ἀποταξαμένην

ἄλλοτος τοῦ ἀνδρός, τοῦ φάκτου ἐστὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ, τινὰ, πρόσκειται, ὡσπερ καὶ τὸ ἐδύσατο. Ἐὰν γὰρ ἀπλῶς ἄλλη συνεφθάρη γυναικὶ μὴ ἀποταξαμένη, καὶ οὕτως ἡ καθαίρεσις αὐτῆ ἐπήγγο, καὶ μὴ ἐδύσατο αὐτήν.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Περὶ δὲ Σούρ, ἐπειδὴ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διαβεβαίωσατο καὶ ἀπεσταλκέναι τοῦτον καὶ ἀλλότριον τῆς Ἐκκλησίας πεποιηκέναι, ἐστὼ οὕτως ὡς ἀπεφήνατο ὁ ἐπίσκοπος, χρωμένου ἐκείνου ταῖς οικείαις δικαιολογίαις, εἴγε βούλεται, καὶ μέμψεται τὴν ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου.

ΒΑΣ. Κληρικὸς ἦν ὁ Σούρ τοῦ ἐπισκόπου Ἀπόλλωνος· ὃς ἐπίσκοπος αὐτὸν ἀπεσταλκέναι τοῦ κλήρου διαβεβαίωσατο, ἀντὶ τοῦ ἐκβεληκέναι. Ἔστω οὖν, φησὶ, κατὰ τὴν ἐπ' αὐτῶ χρίσιν τοῦ ἐπισκόπου, τοῦ κλήρου ἀλλότριος. Εἰ δὲ αἰτιάται τὴν τοῦ ἐπισκόπου ἀπόφασιν, χάσθω ταῖς οικείαις δικαιολογίαις παρὰ τῆ συνόδῳ, ἐξ ἧς ἦν πάντως καὶ ὁ ἐπίσκοπος.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Περὶ Πανούφ τοῦ καταστάτος διακόνου ἐν τῇ Ἀνκῳ, δεῖ ζητῆσαι. Καὶ εἰ μὲν εὐρεθῆι οὗτος, κατηχούμενος τυγχάνων, τὴν ἀδελφιθῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωρίαν δεξάμενος, μετὰ δὲ τὸ βάπτισμα εἰς κλῆρον δεχθεὶς, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· εἴγε κεκοιμηται ἐκείνη καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐκοινώρησεν αὐτῇ. Εἰ δὲ πιστὸς τυγχάνων τὴν αὐτῆν ἀδελφιθῆν ἑαυτοῦ πρὸς γάμου κοινωρίαν ἐδέξατο, ἐστὼ τοῦ κλήρου ἀλλότριος. Οὐ γὰρ πρόκριμα τῷ ἐπισκόπῳ Ἀπόλλωνι, εἰ ἐξ ἀγνοίας κατέστησεν αὐτόν.

ΒΑΣ. Ὁ Πανούφ ἐλέγετο πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι τὴν οικεῖαν ἀδελφιθῆν εἰς γυναῖκα λαβεῖν· βαπτισθεὶς δὲ χειροτόνητος διάκονος. Λέγει οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐὰν ἡ γυνὴ ἐτελεύτησε, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἐχρήσατο αὐτῇ, μενέτω διάκονος, ὡς τοῦ ἁγίου βαπτισματος τὰ πρὸ τούτου καθάραντος ἁμαρτήματα. Εἰ δὲ πιστὸς ὢν μετὰ τὸ βάπτισμα ἔχεν αὐτήν, ἐκδηθῆτω τοῦ κλήρου. Τῷ δὲ ἐξ ἀγνοίας αὐτὸν χειροτόνησαντι ἐκ τούτου βλάβη οὐ προσγενησεται. Τὸ δὲ, εἰ κεκοιμηται ἡ γυνή, εἴπεν, ὡς οὕτω συμβεθεκέναι λεγόμενον· ἐπειτοίγε καὶ ζῶσα ἦν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκ ἔργω αὐτῆν ὁ Πανούφ, ἀλλὰ καὶ ἀπεπέμψατο αὐτήν, ἰδύνατο καὶ οὕτως εἶναι διάκονος.

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Περὶ Ἰακώβ χρητὴ ζητῆσαι. Εἰ ἀναγνώστης ἦν, καὶ ἐγκλήματι πορνείας ὑπεύθυνος ἐδείχθη, καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐξεβλήθη, εἴτα χειροτόνηται οὗτος, ἐκβαλλέσθω, ἀκριβοῦς ἐξετάσεως γενομένης, καὶ μὴ μόνον ἐκ ψιθυρισμῶν ἢ κακολογιῶν ὑποψίας εἰς αὐτὸν γενομένης. Εἰ δὲ μὴ, εὐρεθῆι ὑπεύθυνος, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· οὐ γὰρ δεῖ ταῖς ματαιαῖς διαβολαῖς προσέχειν.

ΒΑΣ. Ἰακώβ τις ἀναγνώστης ἐλέγετο εἶναι, καὶ ἐπὶ πορνείᾳ διαβληθῆναι, καὶ ἐκβληθῆναι τοῦ κλήρου, εἴτα εἰς μείζονα χειροτονηθῆναι βαθμόν. Γράφει

A est : Alicui, sicut et illud, vim attulit. Licet enim simpliciter cum muliere aliqua, non separata, rem habuerit; sic quoque in eum depositio introducta est, etsi ei vim non attulerit.

CANON III.

De Sur autem, quia Apollo episcopus affirmavit se et eum amandavisse, et ab Ecclesia alienum fecisse, ita sit ut pronuntiavit episcopus; utente illo suis defensionibus, si vult, et de episcopi sententia conqueritur.

BALS. Erat quidem Sur clericus episcopi Apollinis, qui episcopus se eum a clero amandasse, id est, expulisse, affirmavit. Sit ergo, inquit, secundum episcopi iudicium, quod in ipsum prolatum est, a clero alienus. Sin autem episcopi sententiam accusat, utatur suis defensionibus, apud synodum scilicet, ex qua est etiam episcopus.

CANON IV.

De Panuph, qui in Lyco diaconus constitutus est, quærere oportet; et si is quidem inventus fuerit, cum esset catechumenus, fratris sui filiam in matrimonii societatem accepisse, post baptismum in clerum promotus, in clero maneat, si illa ex vita migrarit, et post baptismum cum ea rem non habuerit. Sin autem cum esset fidelis eandem fratris sui filiam in matrimonii societatem duxit, sit a clero alienus. Non est enim episcopo Apollini præiudicium si eum per ignorantiam constituit.

BALS. Dicebatur Panuph antequam esset baptizatus fratris sui filiam uxorem duxisse. Baptizatus autem diaconus ordinatus fuerat. Dicit ergo Theophilus, quod si mulier e vita excesserit, et post baptismum ea non usus sit, maneat diaconus; nempe cum sanctus baptismus omnia peccata præcedentia delet. Sin autem, cum esset fidelis, seu post baptismum, eam habuit, clero ejiciatur. Ei autem, qui eum insciens ordinavit, præiudicium non afferetur. Illud autem: Si mulier e vita migrarit, dicit, utpote quoniam ita evenisse dicitur. Nam etsi etiam post baptismum vixisset, nec eam Panuph cognovisset, sed ipsam etiam amandasset; potuisset sic quoque esse diaconus.

CANON V.

De Jacob quærere oportet. Si enim lector erat, et crimini fornicationis fuisse eum obnoxium, ostensum sit, et a presbyteris sit ejectus, deinde is est ordinatus, ejiciatur; accurata examinatione facta; non autem ex susurris vel maledictis orta in eum suspicionem. Sin autem non fuerit inventus crimini obnoxius, maneat in clero. Neque enim vanis calumniis animum adhibere oportet.

BALS. Jacob quidam lector fuisse dicebatur, et propter fornicationem clero esse ejectus, et deinde ad majorem gradum fuisse ordinatus. Scribit ergo

Theophilus diligenti examinatione facta, si eum peccasse compertum fuerit, clero ejiciatur. Non enim oportet ex susurris seu clandestinis sermonibus, vel maledictis seu apertis conviciis orta suspicione, condemnari aliquem. Quod si causa examinata insons compertus fuerit, maneat in clero.

CANON VI.

De iis qui ordinandi sunt hæc erit forma: Ut quidquid est sacerdotalis ordinis consentiat et eligat, et tunc episcopus examinet, vel ei etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet, præsentem populo, et episcopo alloquente, an etiam possit ei populus ferre testimonium. Ordinatio autem non fiat clanculum. Ecclesia enim pacem habente decet præsentibus sanctis ordinationes fieri in ecclesiis. In regione autem si qui sint, qui communicantium animis communicaverint; non aliter ordinentur, quam iis, qui sunt vere orthodoxi clerici, examinantibus, præsentem rursus episcopo, et præsentem populum alloquente, ne intercedat aliqua circumventio.

δοκιμαζόντων, παρόντος πάλιν τοῦ ἐπισκόπου καὶ περιδρομῆ τις γένηται

BALS. De iis qui in clero ordinandi sunt dat typum, et dicit quod oportet eum qui est ordinandus a toto ordine sacerdotali eligi, hoc est, unanimi consensu approbari et præferri; et cum ejusmodi delectus de eo factus fuerit, tunc ipsum ab episcopo examinari, et quando illi quoque homo visus fuerit aptus ut ordinetur, tunc eum ordinari consensu sacerdotalis ordinis, præsentem etiam populo. Cur autem dixit, eum ordinandum consensu sacerdotalis ordinis? Nam cum a sacerdotali ordine electus est, ad ordinationem consensus non videtur esse necessarius. Sed est verisimile posse post electionem aliquid temporis præterisse, et eos interim qui ordinandum præjudicant rescivisse aliquid, quod ejus ordinationem prohibeat. Et ideo dicit ipsos consentire, et dum ordinatur populum quoque ab episcopo interrogari, an dignus sit, cui testimonium ferant ad ordinationem. Dissuadet autem, ne fiant ordinationes clandestinæ. Cum enim, inquit, pax est in Ecclesia, scilicet cum nunc non est divisus populus cessantibus hæresibus, sed sunt omnes orthodoxæ partis; omnes unius erunt sententiæ, et oportet in præsentia sanctorum seu fidelium ordinationes fieri in ecclesia. Sanctos autem fideles appellavit, ex sancto hoc Paulo assumens. Ille enim sic fideles in suis Epistolis appellat. Hæc itaque de iis, qui in urbibus habitant, videtur dicere. De iis autem, qui sunt in regione, seu in vicis, dicit, quod quoniam multi etiam inviti communicabant hæreticis; eorum autem multi fidelium animis communicabant sive conveniebant et assentiebantur: Si quis eorum sit ordinandus in clero, eum non alias ordinandum, quam cum approbatione clericorum, quos constat esse orthodoxos, præsentem etiam episcopo, et alloquente populum, ut superius dictum est. Hæc autem dicit fieri, ne intercedat aliqua cir-

οὐν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετάστωσ ἀκριβοῦς γενομένης, ἐὰν εὐρεθῆ ἡμαρτηκῶς, ἐκκληθῆτω τοῦ κλήρου· ὁ δὲ γὰρ ἐκ ψιθυρισμῶν ἦτοι καταλαλιᾶς λαθραίας, ἢ κακολογιῶν ἦτοι λοιδοριῶν φανερῶν ὑποψίας γινομένης κατακρίνεσθαι τινα. Εἰ δὲ τῆς ὑποθέσεως ἐξεταζομένης ἀνεύθυνος εὐρεθῆι, μενεῖτω ἐν τῷ κλήρῳ.

ΚΑΝΟΝ Γ'.

Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι οὗτος ἔσται τύπος· Ὅστε πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἰρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συναίνουντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνούντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. Χειροτονία δὲ λαθραίως καὶ γινέσθω. Τῆς γὰρ Ἐκκλησίας εἰρηγήν ἐχούσης πρέπει παρόντων τῶν ἁγίων τὰς χειροτονίας ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις γίνεσθαι. Ἐν δὲ τῇ ἐνορίᾳ, εἰ μὲν κοιωνησάντες εἰσὶ τινες ταῖς τῶν κοιωνησάντων γνώμαις, μὴ ἄλλως χειροτονέσθωσαν, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ὀρθοδόξων κληρικῶν προσφωνούντος παρόντι τῷ λαῷ, ἵνα μὴ μέσον

BAAS. Περὶ τῶν μελλόντων χειροτονεῖσθαι ἐν κλήρῳ δίδωσι τύπον, καὶ φησιν ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι παρὰ παντὸς ἱερατείου αἰρεῖσθαι, ἀντὶ τοῦ προκρίνεσθαι συμφώνως, οὕτω δὲ προκρίθέντα, τότε δοκιμάζεσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὅτε κάκεινψ δόξει ὁ ἄνθρωπος ἐπιτήδειος εἰς χειροτονίαν, τότε χειροτονεῖσθαι συναίνεσει τοῦ ἱερατείου, παρόντος καὶ τοῦ λαοῦ. Διατί δ' εἶπε, χειροτονεῖν αὐτὸν συναίνεσει τοῦ ἱερατείου; Ἐπεὶ γὰρ ἐξελέγη παρὰ τοῦ ἱερατείου, ἢ ἐπὶ χειροτονίᾳ συναίνεσις δοκεῖ μὴ ἀναγκαῖα εἶναι. Ἄλλ' εἰκόσ καιρόν τινα μετὰ τὴν ἐκλογὴν παρελθεῖν, καὶ ἐν τῷ μέσῳ γινώσκει τὸς προκρίνοντας τὸν μέλλοντα χειροτονηθῆναι κωλύον αὐτῷ τὴν χειροτονίαν. Διὰ τοῦτο οὐκ συναίνεῖν αὐτοῦσ χειροτονημένον αὐτοῦ εἶπε, καὶ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τότε προσφωνεῖν τῷ λαῷ, ἐρωτῶντα εἰ μαρτυρεῖ αὐτὸν πρὸς χειροτονίαν ἄξιον. Λαθραίας δὲ χειροτονίας γίνεσθαι ἀποτρέπει. Ἐπεὶ γὰρ, φησὶν, εἰρήνη ἔστι παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἦγουν ἐπεὶ νῦν οὐ μεμέριται ὁ λαὸς παυθεῖς τῶν αἰρέσεων, ἀλλὰ πάντες τῆς ὀρθοδόξου μοίρας εἰσὶ, πάντες μιᾶς ἔσονται γνώμης, καὶ δεῖ παρουσίᾳ τῶν ἁγίων ἦτοι τῶν πιστῶν τὰς χειροτονίας γίνεσθαι ἐπ' ἐκκλησίας. Ἄγιους δὲ τοὺς πιστοὺς ἐκάλεσεν, ἐκ τοῦ θεσπεσίου Παύλου τοῦτο παραλαβών· οὕτω γὰρ κάκεινος ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς αὐτοῦ τοὺς πιστοὺς ὀνομάζει. Ταῦτα μὲν οὐκ περὶ τῶν ἐν πόλεσιν ὄντων ἔοικε λέγειν. Περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ ἐνορίᾳ, ἦτοι τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, φησὶν, ὅτι ἐπεὶ πολλοὶ τοῖς αἰρετικαῖς ἐκοινωνοῦν καὶ ἄκοντες, τῶν τοιούτων δὲ πολλοὶ τῶν πιστῶν ἐκοινωνοῦνταὶ τὰς γνώμαις, ἦγουν συγκατέβαινον καὶ συνήγουν· Εἰ ἐκ τούτων μέλλει τις χειροτονεῖσθαι ἐν τῷ κλήρῳ, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ δοκιμασίας τῶν ὀμολογουμένως ὀρθοδόξων κληρικῶν, παρόντος καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ προσφωνούντος τῷ λαῷ, ὡς ἄνωθεν εἰρηται. Ταῦτα δὲ λέγει γίνεσθαι, ἵνα μὴ μέσον γένηται τις περιδρομῆ, ἦνουν

ἀπάτη καὶ συναρπαγή, καὶ χειροτονηθῆ τις μὴ ὕγιως A
ἔχων περὶ τὴν πίστιν.

KANON Z'.

Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀνα-
λισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κλη-
ρικοί διατριμάρθωσαν, καὶ μήτε κατηχούμενος
ἐκ τούτων ἐσθίειω ἢ πιπέτω, ἀλλὰ μᾶλλον οἱ
κληρικοί καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς πιστοὶ ἀδελφοί.

BΑΣΣ. Εἴ τινα περιτεύουσι τῶν εἰς θυσίαν προσ-
αγομένων παρὰ τῶν πιστῶν, μετὰ τὰ δαπανώμενα
εἰς τὰ θεῖα μυστήρια, τοῖς κληρικοῖς δεῖν ταῦτα,
ψησι, διανέμεσθαι, ὥστε παρ' αὐτοῖς ἐσθίεσθαι καὶ
πινεσθαι, καὶ παρὰ τῶν πιστῶν λαϊκῶν· τοῖς δὲ κατη-
χούμενοις μὴδὲν ἐξ αὐτῶν δίδοσθαι. Ἐπεὶ γὰρ προσ-
ήχθησαν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ ἐξ αὐτῶν μερίδες
ἐλήφθησαν εἰς τὰ θεῖα δῶρα, κάκεινα ἡγιασθησαν, B
πῶς ἐκ τούτων τοῖς ἀτελεστέροις δοθήσονται δαπανη-
θησόμενα; Τὰ δὲ εἰς θυσίαν προσαγομένα ἄρτος καὶ
οἶνός εἰσιν· ἕτερον γὰρ τι προσάγεσθαι εἰς θυσια-
στήριον οὐκ ἐφεῖται. Ἀνάγνωθι τὸν γ' ἀποστολικὸν
κανόνα, καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου τῆς λεγο-
μένης ζ' κανόνα κτ'.

KANON H'.

Ἐπειδὴ Ἰέραξ τόνδε, ὡσαυτεῖ ἐπὶ πορνείᾳ δια-
καλλόμενος, οὐκ ὀφείλειν λέγει ἐν τῷ κλήρῳ εἶ-
ναι, ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων διόσχυριζοτο τηρι-
κοῦτα, μηδένα κατήγορον ἐν μέσῳ ἐληλυθέναι
κατ' αὐτοῦ, ἐξεταζέσθω καὶ οὗτος· καὶ εἰ μὲν κα-
τήγορος τις ἀναρύεται πίστεως ἄξιος, καὶ τὸ
ἔργλημα ἀποδείκνυται, φερομένων ἀξιόπιστων C
μαρτύρων, τῆς Ἐκκλησίας ἐκβαλλέσθω· εἰ δὲ
τὸν κλήρου ἄξιός ἐστι, καὶ ἐπὶ σωφροσύνῃ μαρ-
τυρεῖται, μενέτω ἐν τούτῳ.

BΑΣΣ. Ἐχειροτονηθῆ τις κληρικὸς, εἴτα διεβλήθη
ὡς πορνεύσας. Ἐλεγεν οὖν Ἰέραξ τις, μὴ δεῖν αὐτὸν
ἐν κλήρῳ εἶναι· ὁ δὲ χειροτονήσας αὐτὸν διόσχυρι-
ζοτο, ἦτοι ἐνίστατο, μὴ κατηγορηθῆναι αὐτὸν παρὰ
τινος. Ἐφη οὖν ὁ Θεόφιλος, ὅτι ἐξετασθήτω ὁ ἄν-
θρωπος, καὶ εἰ μὲν εὐρίσκειται τις κατήγορος πίστεως
ἄξιος ἦγουν δεκτός εἰς κατηγορίαν (οὐ γὰρ παντὶ
ἐφεῖται κατηγορεῖν ἱερωμένων, κατὰ τὸν ζ' κανόνα
τῆς δευτέρας οἰκουμένης συνόδου, καὶ τὸν κανόνα
κα' τῆς ὁμοιωμένης συνόδου), ἐκβληθήτω τῆς
Ἐκκλησίας μετὰ ἀπόδειξιν· εἰ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀπο-
δείκνυται, μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. D

KANON Θ'.

Ὅστε γνῶμη πυντὸς ἱερατείου οἰκονόμον ἀπο-
δειχθῆναι ἕτερον, ἐφ' ᾧ συντέθειται καὶ ὁ ἐπίσκοπος
Ἀπόλλων ἐπὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας εἰς
θεὸν ἀναλλασκεσθαι.

BΑΣΣ. Ὁ αὐτὸς γνῶμην ἔδωκε κρίσει παντὸς τοῦ
ἱερατείου τὸν οἰκονόμον τῆς ἐπισκοπῆς γίνεσθαι, εἰ
καὶ ὁ ἐπίσκοπος συγκατατίθεται τῇ κρίσει τοῦ κλήρου·
γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον, ἵνα τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς
θεὸν διαπαινῶνται φροντίδι ἐκείνου. Τὴν δὲ εἰς θεὸν
δαπάνην, τὸ ἐξῆς δηλοῖ κεφάλαιον, ἧς ἐστὶ, τὰ εἰς
χήρας καὶ ξένους καὶ πένοντας ἀναλώματα. Ἰδιοποιεῖ-
σθαι γὰρ τὰ τῆς Ἐκκλησίας τινὶ οὐκ ἐφεῖται, ὅτι ἀφι-

A cumventio, sem̄ fraus et abreptio, et ordinetur ali-
quis qui non recte sentit de fide.

CANON VII.

Quæ in sacrificii rationem offeruntur, post ea quæ
in mysteriorum usum consumuntur, clerici dividant,
et nec catechumenus ex iis comedat vel bibat, sed
solum clerici, et qui cum eis sunt fideles fratres.

BALS. Si qua eorum quæ a fidelibus ad sacrifici-
cium offeruntur, superabundant, post ea quæ in
divina mysteria consumuntur, clericis, inquit, oportet
ea dividere, ut ab ipsis comedantur ac bibantur,
et etiam a fidelibus laicis; catechumenis autem
nihil ab eis detur. Quia enim altari oblata sunt,
et ad divina dona ex illis partes quædam sumptæ
B atque sanctificatæ fuerunt; quomodo iis qui sunt im-
perfectiores dabuntur consumenda? Quæ autem ad
sacrificium offeruntur, sunt panis et vinum; nihil
enim aliud ad altare offerri permittitur. Lege in
canon. Apost. et synod. in Trullo, quæ dicitur
sexta, canon. xxviii.

CANON VIII.

Quoniam Hierax dicit quemdam non debere esse
in clero, ut qui sit fornicationis delatus; Apollo au-
tem episcopus tunc affirmavit nullum accusatorem
adversus eum in medium processisse, hic quoque
examinetur: et si aliquis quidem accusator fide di-
gnus exoritur, et crimen probatur productis fide
dignis testibus, Ecclesia ejiciatur; sin autem dignus
est clero, et de ejus continentia testimonium feratur,
in eo maneat.

BALS. Quidam ordinatus est clericus, deinde
tanquam qui fornicatus esset, accusatus est. Dice-
bat ergo quidam Hierax, non oportere eum in clero
esse; is autem qui eum ordinaverat, affirmabat,
seu instabat, eum non esse ab aliquo accusatum.
Dicit ergo Theophilus: Homo examinetur, et si in-
venitur quidem aliquis accusator fide dignus, seu
qui sit ad accusandum admittendus (non enim cui-
vis permittitur accusare eos qui sunt in sacris, ut
vult vi can. II syn. œcumenicæ, et xxi, IV univer-
salis syn.), Ecclesia ejiciatur post probationem; sin
autem nihil tale probetur, maneat in clero.

CANON IX.

Ut totius sacerdotalis ordinis sententia alius re-
nuntiaret œconomus, in quo Apollo quoque episcopus
consensit, ut bona Ecclesiæ in ea quæ oportet impen-
dantur.

BALS. Idem tulit sententiam, totius sacerdotalis
ordinis iudicio fieri debere episcopatus œconomum,
si etiam episcopus assentiatur cleri iudicio. Fieri
autem œconomum, ut bona Ecclesiæ illius cura in
ea quæ oportet impendere sequens docet capit, quod
est impendere in viduas, hospites et pauperes. Ne-
mini enim permittitur bona Ecclesiæ in proprios

usus transferre; quippe quod oportet Dei ministrum esse ab avaritia alienum; et nec ad usum proprium uti rebus episcopatus episcopo conceditur; nisi ad ea quæ sunt omnino necessaria, et tunc demum quando ei domi desunt facultates; secundum **xxi** can. sanctorum apostolorum. Quære quæ in eo scripta sunt, et **xxiv** can. syn. Antiochenæ.

CANON X.

Viduae et pauperes et peregrinantes hospites omnique fruantur, et nemo ea quæ sunt Ecclesiæ, ut sua usurpet.

A λάργυρον δεῖ εἶναι τὸν λειτουργὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐδὲ εἰς οἰκίαν χρῆσιν τοῖς τῆς ἐπισκοπῆς πράγμασι χρῆσθαι τῷ ἐπισκόπῳ συγκεχώρηται, εἰ μὴ εἰς τὰ πάνυ ἀναγκαῖα, καὶ τότε ὅτε οἰκοθεν οὐκ εὐπορεῖ τούτων ὁ ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν μα' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ζῆτει τὰ ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένα, καὶ τὸν κβ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

KANON I.

Χῆραι καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ παρεπιδημοῦντες ξένοι πάσης ἀναπαύσεως ἀπολανέτωσαν, καὶ μή τις τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἰδιοποιεῖσθω.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΦΗΓΗΣΙΣ

Περὶ τῶν λεγομένων Καθαρῶν.

EJUSDEM NARRATIO DE HIS QUI DICUNTUR CATHARI.

Declaravit mihi tua pietas, quod quidam horum qui se Catharos nominant, volunt ad Ecclesiam accedere. Quoniam ergo magna synodus, quæ Nicææ habita est a sanctis Patribus nostris, statuit, ut ordinentur qui accedunt, velis juxta hanc formam eos qui ad Ecclesiam accedere volunt ordinare, si quidem vita eorum recta est, et nihil eis adversatur.

BALS. De Novatianis interrogatus est (hi enim sunt qui etiam Cathari dicuntur), et responsum est, quod si ad Dei Ecclesiam accedunt, quia magna et prima Nicæna synodus statuit, ut ii ordinentur, fac tu quoque secundum hanc formam sive secundum istum canonem, et ordina eos qui accedunt; nisi aliquod impedimentum ex vita eorum adverte-

B Δεδήλωκέ μοι ἡ σὴ εὐλάβεια, ὡς τινὲς τῶν ὀνομαζόντων ἑαυτοὺς Καθαροῦς, προσελθεῖν βούλονται τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ γενομένη ἐν Νικαίᾳ παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων ἡμῶν, ὤρισεν, ὥστε χειροτονεῖσθαι τοὺς προσερχομένους, θέλησον κατὰ τὸν τύπον τοῦτον τοὺς ἐθέλοντας προσέρχεσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ χειροτονεῖν, εἴ γε ὁ βίος αὐτῶν ὀρθός ἐστι καὶ μηδὲν τούτοις ἀντίκειται.

BAAS. Περὶ Ναυατιανῶν ἠρωτήθη (τούτοι γὰρ εἰσιν οἱ λεγόμενοι Καθαροί), καὶ ἀπεκρίθη, ὅτι εἰ προσέρχονται τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπεὶ ἡ μεγάλη σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ, ἤγουν ἡ πρώτη, ὤρισε χειροτονεῖσθαι αὐτούς, ποιεῖ καὶ σὺ κατὰ τὸν τύπον, ἦτοι κατὰ τὸν κανόνα τοῦτον, καὶ χειροτόνει τοὺς προσερχομένους, εἰ μὴ τι κώλυμα ἀπὸ τοῦ βίου αὐτῶν αὐτοῖς ἐναντιοῦται. Ὁ δὲ περὶ τῶν Ναυατιανῶν κανὼν ἑγδοὸς ἐστὶ τῆς πρώτης συνόδου.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΑΘΩΝΙ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

EJUSDEM

AGATHONI EPISCOPO.

Maximus asseruit se Ecclesiæ leges ignorantem illicito matrimonio junctum esse, et quia hoc eum male habet quod non recte et ex ordine agit, affirmavit, qui contra leges fecit per ignorantiam, se ab illicita vitæ societate ex consensu abstenturum, illa etiam hoc volente. Si ergo probaveris, quod hoc ex consensu faciant, et non fallant, quia est tempus decennale; si consideres eos debere versari cum catechumenis, nunc eos sic dispensa. Sin autem vides quod decipere velit, et acerbitate adhuc in eo opus sit; fac id quod Deus tibi suggesserit; id semper sevens

D Ἀγρωῶν τοὺς τῆς Ἐκκλησίας νόμους Μάξιμος, διτοχυρίσατο παρανόμως συμβιώσει συνιῆσθαι· καὶ ἐπειδὴ θορυβεῖ αὐτὸν τὸ ἄσύντακτον εἶναι, διεβεβαίωσατο, ἐπειδὴ ἀγνοῖα τὸ παράνομον ἔδρασαν, ἕκ συμφώνου ἀπέχεσθαι τῆς παρανόμου συμβιώσεως, κἀκείνης ἀγαπῶσθαι τοῦτο. Ἐὰν δὲ τοίνυν δοκιμάσης, ὅτι τοῦτο ποιοῦσιν ἐκ συμφώνου καὶ μὴ ἀπατῶσιν, ἐπειδὴ δεκαετής ἐστὶν ὁ χρόνος, εἰ σκοπεῖς μετὰ τῶν κατηγουμένων αὐτοὺς συνάγεσθαι, ἕως οὕτω διελίξῃσιν. Εἰ δὲ συνορῆς, δεῖ ἀπατῆσαι βούλεται, καὶ δέεται τὰ

κατ' αὐτοὺς ἐπιστόφως, ὅπερ ὁ Θεὸς ὑποβάλλῃ σοι, τοῦτο ποίησον, παραταχῶ πρὸς τὸ ἐπέχον ὀδητούμενος. Ἐπι γὰρ τῶν τόπων τυγχάνων τῆς γλώσσης αὐτῶν μάλλον εἰδέναι δύνασαι.

ΒΑΣΣ. Μάξιμός τις, ὡς παρανόμῳ γάμῳ συναφθεὶς γυναικί, ἀφωρίσθη καὶ τῆς συνάξεως τῆς μετὰ τῶν πιστῶν εἴργετο. Ὁ δὲ ἔλεγεν, ὅτι ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησε τὸ παράνομον, καὶ ἑτοιμός ἐστιν ἀποστῆναι τοῦ γάμου, τοῦτο καὶ τῆς γυναικὸς βουλομένης· καὶ ἐξήτει ἀφιστάμενος δεχθῆναι. Πρὸς ταῦτα οὖν ἔφη ὁ Θεόφιλος, ὡς ἂν ἐξετάσας εὐρήσεις, ὅτι ἐκ συμφώνου, ἀντὶ τοῦ ἐκ κοινῆς βουλῆς, ἀφίστανται τοῦ γάμου, καὶ οὐκ ἀπατῶσι, δεκαετίαν συνοικῆσαντες ἀλλήλοις, δυσχερὲς ἴσως ἂν λογίζοιτο αὐτοῖς ἡ διάζευξις, καὶ μήποτε ἀπατῶσιν. Εἰ σκοπεῖς, ἀντὶ τοῦ εἰ κρίνεις μετὰ τῶν κατηγουμένων αὐτοὺς ἴστασθαι ἢ εἰ κρίνεις μετὰ τῶν παρὸν, οὕτως αὐτὸν οἰκονόμησον. Εἰ δὲ νοεῖς, φησὶν, ὅτι κατὰ ἀπάτην λέγουσι ταῦτα, καὶ ὅτι ἐτι δέονται στυφῶς, ἤτοι αὐστηροτέρων ἐπιτιμίων, ποίησον ὅπερ ἂν ὁ Θεὸς ὑποβάλλῃ σοι, ἀντὶ τοῦ ἐνηχίση τῷ λογισμῷ σου, ὅπερ ὁ Θεὸς ἐνθυμήσει σε, πανταχοῦ πρὸς τὸ ἐπέχον ὀδητούμενος, ἤτοι πρὸς τὸ ἐπικρατοῦν ἢ τὸ κατεπεῖγον.

A quod in usu est vimque obtinet. Nam cum iis sis in locis, eorum mentes melius nosse potes.

BALS. Maximus quidam, ut illicito matrimonio mulieri conjunctus segregatus fuerat, et a congregatione cum fidelibus prohibebatur. Is vero dicebat se per ignorantiam fecisse contra leges, et paratum esse ab hoc matrimonio recedere, muliere etiam volente; et petebat, ut ab ea abscedens admitteretur. Ad hæc ergo dicit Theophilus, quod si inquirens inveneris eos ex consensu, hoc est, communi consilio, a matrimonio abstinere, et non fallere, cum decem annis simul cohabitarint, difficilis forsitan iis existimari posset a se invicem disjunctio, et ne fallant. Si consideras, hoc est, si judicas eos stare debere cum catechumenis, nunc, id est in præsentia, sic eos dispensa. Quod si intellexeris, inquit, quod per fraudem hæc dicunt, et quod adhuc acerbitate indigent, seu acerbioribus pœnis, fac quod Deus tibi suggererit, hoc est, tuæ menti inspiraverit, quod in animum immiserit Deus, semper id quod est in usu et quod vires obtinet sequens, id est, quod magis est ratum ac validum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΗΝΑ ΕΠΙΣΚΟΠΩ.

EJUSDEM

MENÆ EPISCOPO.

Νόμιμον πρᾶγμα πεποιήμασιν οἱ πρεσβύτεροι ἐν Γεμίνῳ τῇ κώμῃ, εἰ ἀληθεύει ἡ κομιζουσα τὸ πρᾶγμα Εὐσταθοῦς. Φάσκει γάρ, ὅτι Κυράδιον ἀδικούσαν καὶ μὴ βουλομένην ἀναστεῖλαι τὴν ἀδικίαν, ἐχώρισαν τῆς συνάξεως. Ἐπειδὴ τολμῶν εὐρον, ὡς τὸ ἐκείνης κακὴν θεραπεύουσα βούλεται συναχθῆναι, θέλησον παρασκευάσαι αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, καὶ κείσαι μετανοῆσαι, ἴσ' οὕτως, εἰ συνίδης ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται τῆς συνάξεως ὀρεγομένη. ἐπιτρέψῃς αὐτὴν μετὰ τῶν λαῶν συναγεσθαι.

ΒΑΣΣ. Γυναῖκά τινα Κυράδιον λεγομένην καὶ ἀδικούσαν οἱ ἐν Γεμίνῳ πρεσβύτεροι ἀφώρισαν τῆς Ἐκκλησίας, μὴ ἀπεχομένην τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ, διὰ τὸν ἀφορισμὸν, ὑπισχνεῖτο θεραπεῦσαι τὴν ἀδικίαν, καὶ ἤθελε δεχθῆναι. Γράφει οὖν ὁ Θεόφιλος πρὸς τὸν τῆς χώρας ἐπίσκοπον, ὅτι Παρασκευάσον αὐτὴν ἀποθέσθαι πρῶτον τὴν ἀδικίαν, ἣ γουν ἀποδοῦναι ἃ ἀδίκως ἐκτήσατο, καὶ μετανοῆσαι, ἀντὶ τοῦ ἐπι τῇ ἀμαρτίᾳ τῆς ἀδικίας μεταμεληθῆναι, καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ ἀμάρτημα. Καὶ ταῦτα ποιησάσης αὐτῆς, εἰ συνίδης, τουτέστι, γνῶς ὅτι νόμῳ Θεοῦ προσέρχεται, ἣ γουν συνειδῆσει ἀγαθὴ μὴ ἀνεχομένη χειρωρίσθαι τῆς τῶν πιστῶν συνάξεως, διὰ τὸν Θεὸν καὶ μὴ δι' αἰσχύνην ἀνθρώπων, τότε ἐπίτρεψον αὐτῇ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν λαῶν σύναξιν καὶ σύστασιν ἐν τοῖς ἡμίνοις.

Rem justam fecerant presbyteri in Gemino pago, si verum dicit, quæ defert litteras Eustathii. Dicit enim, quod Cyradium facientem injuriam, nec ab ea desistere volentem, a communione separaverunt. Quia ergo inveni, quod suo malo curam adhibens vult communicare, fac ea ita se comparet, ut injuriam primum deponat, et penitentiam agere in animum inducat, ut si sic intellexeris, quod accedit, communionem desiderans, permittas ei ut cum populis communicet.

BALS. Mulierem quamdam, quæ Cyradium appellabatur, et injuriam ante faciebat, qui erant in Gemino presbyteri ab Ecclesia separaverant, cum ab injuria non abstineret. Illa vero propter segregationem pollicebatur se injuriæ remedium allaturam, et ad communionem admitti volebat. Scribit ergo Theophilus ad episcopum regionis: Fac ut ea primum deponat injuriam, hoc est, reddat ea quæ injuste acquisivit, et penitentiam agat, id est, se injuriam fecisse ægre ferat, et Deum oret ut sibi peccata condonentur. Et cum hæc fecerit, si intellexeris, hoc est, si cognoveris, quod lege Dei accedit, seu bona conscientia, quæ non fert se a fidelium communione esse separatam, propter Deum, et non propter hominum pudorem, tunc ei permitteas cum fidelibus populis communicare et in hymnis consistere.

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI
EPISTOLA SYNODICA

Ad episcopos Palæstinos et ad Cyprios, de Origenianæ hæreseos damnatione

Ex interpretatione S. Hieronymi.

Exstat Patrologiæ Latinæ tom. XXII, Opp. S. Hieronymi tom. I, col. 753.

RESPONSUM HIERSOLYMITANÆ SYNODI AD SUPERIOREM EPISTOLAM

Eodem, ut videtur, interprete. — Vide ubi supra, col. 769.

DIONYSII LIDDENSIS EPISCOPI

EPISTOLA AD THEOPHILUM

A sancto Hieronymo, ut videtur, Latine reddita.

(Vide *ibid.*, col. 771)

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

EPISTOLÆ PASCHALES.

PRÆMITTITUR PROLOGUS EJUSDEM AUCTORIS DE SANCTO PASCHATE.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΘΕΙΟΝ ΝΟΜΟΝ, ΓΙΝΟΜΕΝΟΥ ΚΑΤ' ΕΝΙΑΥΤΟΝ,

ΑΓΙΟΥ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙΩΔΟΥΣ ΠΑΣΧΑ,

και τῶν τούτου ζητημάτων σύντομος μετά ἀποδείξεως ἀπόλυσις.

THEOPHILI ALEXANDRINI EPISCOPI

AD THEODOSIUM IMPERATOREM

PROLOGUS DE SANCTO AC SALUTARI PASCHATE,

Quod, secundum legem divinam, annis singulis facimus : et de ejus quæstionibus brevis et cum dilucida expositione dissertatio.

I. Sanctum quidem et beatum Pascha apte lex divina distinguit, simul et mensem ejus, in quo debeat fieri, significans, et diem cum accuratione maxima observari jubens. Hæc enim Dei vox est, in eadem lege proposita ¹: *Observa mensem nov-*

¹ Exod. xii, 13; Deut. xvi, 1.

(1) Deest vox φωνή.

A Α'. Τὸ μὲν ἅγιον και μακάριον Πάσχα τοῦ Θεοῦ διαβήδην ὑπογράφει ὁ νόμος, ὁμοῦ και τὸν μῆνα δηλῶν καθ' ὃν δεῖ τοῦτο ποιεῖν, και τὴν ἡμέραν κελεύων διατηρεῖσθαι μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας. Θεοῦ γὰρ ἐστὶν (1) ἐν αὐτῷ φερομένη τῷ νόμῳ· φῶ.

λαβει τον μηνα των νεων, και ποιησεις το Πά-
 σχα Κυριω τῷ Θεῷ σου τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ
 ἡμέρᾳ τοῦ πρώτου μηνός. Μῆνα δὲ νέον λέγει, ὃν
 καὶ πρῶτον καλεῖ, ἐν ᾧ τεθλιότες οἱ καρποὶ τὴν γε-
 νομένην τῶν παλαιῶν προσημαίνουσι κατάπαυσιν.
 Ἐν δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός τοῦ
 πρώτου ἐπιτηρεῖσθαι τὸ Πάσχα συνέταξεν, οὐκ ἄλλου
 τοῦτο χάριν, ἢ ἵνα κατὰ μίμησιν τοῦ τῆς σελήνης
 φωδὸς πλήρη τὸν ἴδιον κύκλον ἐχούσης, τὸν μὲν τῆς
 διανοίας φωστῆρα ἡμεῖς τέλειον ἔχοντες, ἐν σκότῳ
 ἀμαρτίας μὴ διατριβωμεν, θάλλοντες δὲ που παντο-
 ἁπέσιον ἀρεταῖς, καὶ τοῖς τούτων πετάλοις οἷα τερ-
 πνὰ φυτὰ σκεπόμενοι, ληῖων δίκην φαιδροὶ διαμεινω-
 μεν. Τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ τοῦ μηνός λέγει, οὐ
 κατὰ τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ἀλλὰ κατὰ τὴν σελήνην.
 Ἑβραίων γὰρ παῖδες, οὐκ ἐκ τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου,
 ἀλλ' ἐκ τοῦ τῆς σελήνης κύκλου τὸν μῆνα ποιεῖν
 ἐπαιδεύθησαν· ἐπειδὴ καὶ ὁ μὴν κατὰ τὸ ὄνομα τῆς
 σελήνης λέγεται. Μῆνη γὰρ αὕτη ὀνομάζεται Ἑλλάδι
 τῇ φωνῇ. Αἰγύπτιοι γοῦν πρῶτον διὰ τὸ τὸν τῆς σε-
 λήνης δρόμον ὀξύτατον εἶναι, καὶ ἐκ τούτου συμβαί-
 νειν πλάνην τῶν ἡμερῶν παρά τισι γενέσθαι, ἐξ
 ἡλίου τὰς τοῦ μηνός ἡμέρας ἐπενόησαν ψηφίσεσθαι,
 βραδύτερον τοῦ τῆς σελήνης κατὰ τὸν ἑαυτοῦ δρόμον
 κινουμένου, ὡς καὶ δυναμένου τοῦτον (3) ῥῆον κατα-
 λαμβάνεσθαι.

Β. Τούτων τοίνυν οὕτως ὄντων, πολλοὶ καὶ τὸν
 πρῶτον μῆνα τοῦ ἑνιαυτοῦ συντέλειαν ὄντα τῆς χει-
 μερινῆς τροπῆς, ὡς πρῶτον δὲ ὅλου τάττουσιν. Τοῦτο
 δὲ ποιοῦσιν ἀγνοοῦντες (4) ὁ τῆς ἐαρινῆς τροπῆς
 ἄρχομένης, ἧτις ἀπὸ τῆς πρὸ β' καλανῶν Ἀπρι-
 λίου τυγχάνει· ὁ ἐστὶν (5) Φαμνωθ κ', Μαρτίου
 κα' (κατὰ δὲ Σύρου, Ἀντιοχείας, καὶ Μακεδόνας
 Μαρτίου κα', Δύστρου μῆα καὶ εἰκάδι) κατὰ τὸν ἡλια-
 κὸν δρόμον· ἢ ἐπιτηρεῖν προσήκει μάλιστα, ἢ ἡρω
 ταύτης κατωτέρω πεπλανημένους τις, τὴν τεσσαρεσ-
 καιδεκαταίαν κατὰ σελήνην τάξας διαμάρτη τοῦ
 Πάσχα, ὡς τοῦ πρώτου μηνός νομίζων εἶναι ταύτην.
 Οὐ γὰρ ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ χειμερινῆς τροπῆς,
 ὡς προεῖπον, ὄσης ὁ τῶν νέων τάττεται μῆν, οὐπω
 τῶν καρπῶν τῶν νέων πεπονημένων, οὐδὲ δυναμένου
 ἔρεπένου ἐν ἀμνητῷ πέμπεσθαι· τοῦτο γὰρ μάλιστα
 σημεῖον τοῦ πρώτου μηνός ὁ θεὸς ἔταξε νόμος.

Γ. Ἄλλ' ἐπεὶ συμβαίνει προφάσει τῆς τεσσαρεσ-
 καιδεκαταίας κατὰ σελήνην τοῦ αὐτοῦ πρώτου μηνός
 εἰς πλάνην ἐμπέπτοντάς τινας ἀπαντώσης αὐτῆς ἐν
 Κυριακῇ, ἢ ἐν Σαββάτῳ, περιλύειν τὰς νηστείας,
 τρισκαιδεκάτης εὐρισκομένης τότε κατὰ σελήνην, ὡς
 ξένα τοῦ νόμου πράττειν· τοῦτο σκοπεῖν προσήκει,
 οἷοι περ εἰ συμβῆ τὴν αὐτὴν τεσσαρεσκαιδεκαταίαν
 τῆς σελήνης ἐν Κυριακῇ εὐρίσκεισθαι, εἰς τὴν ἐξῆς
 ἔδοξμάδα ἀμεινον ὑπερτίθεσθαι, δύο τούτων ἕνεκα·
 πρῶτον μὲν ἵνα μὴ τρισκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην,
 Σαββάτου τότε εὐρισκομένου, περιλύσωμεν τὰς νη-
 στείας· ὅπερ οὐκ ἀκόλουθον, τοῦ νόμου τοῦτο μὴ

(2) Vertendum erat factam.
 (3) Forte διὰ τοῦτο.

rum; et facies Pascha Domino Deo tuo decima quarta
 die mensis primi. Mensem autem Novum dixit,
 quem et primum vocat, in quo adulti fructus (2)
 adventum suum prænuntiant, veterum cessationem.
 In decima quarta autem die istius primi mensis ob-
 servari Pascha præcepit, non propter aliam causam,
 nisi propter similitudinem lunæ, quæ tunc in sul-
 gore plenum habet globum proprium, ut nos quo-
 que perfectum splendorem fidei et sensus gerentes,
 a peccati tenebris segregemur, et ut vegetati diver-
 sarum varietate virtutum, earumque foliis, veluti
 amœnæ arboris adumbratione velati, tanquam lætæ
 atque fructiferæ segetes pullulemus. Decimum
 quartum autem diem mensis appellat, non secun-
 dum solis cursum, sed secundum lunam. Hebræi
 enim non ex solis cursu, sed ex lunæ cyclo mensem
 fieri debere dixerunt, quoniam et mensis secundum
 lunam dicitur, nomenque Achiva lingua Mene vo-
 catur. Ægyptii enim primi, propter lunæ celerita-
 tem, ex qua apud quosdam dierum error nasci so-
 lebat, ex solis cursu menses ac dies supputandos
 facilius crediderunt, eo quod sol tardius cælum
 quam luna circumeat, atque ideo possit facilius
 comprehendi.

II. His igitur ita se habentibus, multi et primum,
 mensem, et in eo Paschæ decimum quartum diem
 nesciunt, quia frequenter, secundum Hebræos, duo-
 decimum anni mensem, hiberni temporis mutationi
 consuem atque contiguum, ut per omnia primum,
 statuunt. Hoc autem faciunt, quia vernæ immuta-
 tionisignorant initium, quod duodecimum Kalendas
 Aprilis diem, juxta solis cursum, semper incurrit,
 quod ante omnia observare nos convenit, ne, si
 forte in hac ipsa mutatione inferius adhuc et lon-
 gius constituta, per errorem quis decimam quar-
 tam computet lunam, in Paschalis calculi ratione
 fallatur, quasi primi eam æstimans mensis. Neque
 enim in duodecimo mense, tempore adhuc hiemis
 existente, ut prius dixi, novorum fructuum poni-
 tur mensis, nec dum fructibus novis maturescenti-
 bus, quandoquidem nec falces supponi messibus
 possunt, hoc enim maxime signum primi mensis
 lex divina constituit.

III. Sed quia accidere interdum solet, ut occa-
 sione decimæ quartæ lunæ primi mensis, nonnulli
 in errorem cadant, si decima quarta ipsa luna in
 Dominicum diem veniat (quo facto necesse est jam
 jejunium solvi Sabbati die, quando decima tertia
 luna invenitur, et incipimus legi contraria facere),
 convenit hoc diligenter attendere, ut quoties de-
 cima quarta luna in Dominicum incurrit diem, in
 sequentem septimanam Paschalem diem potius dif-
 feramus. Duplici hæc causa: Primum quidem, ne,
 decima tertia luna inventa, in Sabbati die solvamus
 jejunium: quod consequens non est, quod nec ipsa

(4) Mutila sunt hic Græca.

(5) Quæ clauduntur parenthesi, omittit interpres.

lex præcipit; maxime cum et lumen ipsius lunæ imperfectum adhuc in proprio globo esse videatur. Deinde, ne, Dominica luna decima quarta existente, jejunare cogamur; indecentem rem illicitamque facientes: hoc enim Manichæorum recte consuetudo possidet. Quoniam igitur decima quarta luna veniente in Dominicam diem, jejunare non debemus, neque consequens est, ut si in Sabbati die decima quarta luna veniat, solvamus jejunium: necessario asserimus hoc in septimanam sequentem debere differri, sicuti paulo superius dixi; non tamen ex hac dilatione, prævaricatione aliqua circa Paschalem circulum perpetrata. Quemadmodum enim decimus numerus complectitur nonum, sic et quoties decima quarta luna in Dominicam incurrit diem, eo quod in ea jejunare non liceat, in proximam septimanam differri necesse est diem Paschæ; nulla enim ex hoc imminutio fieri Paschæ videtur, quia sex sequentes dies complectuntur et reliquos.

IV. Aliter autem, quod et Salvator noster decima quarta quidem est traditus luna, hoc est quinta post Sabbatum; decima quinta autem crucifixus, die tertio resurrexerit, hoc est, decima septima luna, quæ tunc in Dominica die inventa est; sicut et ex Evangeliorum notatione comperimus. Habemus ergo solatium, quo recte facere Pascha possimus, etiamsi dilatio fuerit consecuta, propter incurrentem necessitatem, ut si decima quarta primi mensis Sabbatho evenerit luna, aut si ante Sabbatum in aliis septimanæ sequentis diebus acciderit, sine dubitatione Pascha celebremus. Si vero in Dominicum inciderit, omnimodo in septimanam sequentem, ut sæpius dictum est, conferamus, quia Dominica hebdomadis prima dies est, ut prius dixi.

ædificandis ecclesiis impenderent. Hujus porro legationis princeps erat Theophilus Indus. Qui olim quidem Constantino imperium administrante admodum juvenis, obses a Divæis missus fuerat ad Romanos : horum regio Divus insula est. Incolæ vero ipsi quoque Indi cognominantur. Porro hunc Theophilum, cum diu inter Romanos vixisset, mores suos ad summam virtutis perfectionem formasse, et veram de Deo opinionem amplexum esse scribit ; sed et monasticam vitam eum elegisse, et ad gradum diaconi promotum esse testatur, Eusebio sacras ei manus imponente. Sed hæc quidem prius. Postea vero cum legationem hanc obeundam suscepisset, a suæ communionis hominibus episcopali dignitate eum ornatum esse. Cæterum Constantius, cum legationem magnificam et valde gratiosam esse vellet, ducentos equos ex Cappadocia generosissimos navibus impositos, multaque alia dona, partim ad conciliandam admirationem, partim ad alliciendos animos misit. Theophilus igitur cum ad Sabæos venisset, gentis principi persuadere conatus est, ut Christum coleret, et a gentilium errore recederet. Et Judæorum quidem solita fraus ac malitia in profundissimum silentium sese abdere coacta est, cum Theophilus admirandis operibus editis fidem Christi victam esse semel atque iterum ostendisset. Legatio vero felicem exitum sortita est, cum princeps gentis illius sincero animo ad veram pietatem transisset, et tres ecclesias in ea regione ædificasset, non tamen ex ea pecunia quam legati ab imperatore secum attulerant, verum ex iis sumptibus quos ipse alacri animo ex privata pecunia suppeditavit, admirandis Theophili operibus æqualem animi sui magnitudinem exhibere contendens. Ex illis autem ecclesiis unam quidem in metropoli totius

τῆς οἰκοδομῆς τὸ ἀνάλωμα. Ταύτης δὲ τῆς πρεσβείας ἐν τοῖς πρώτοις ἦν καὶ Θεόφιλος ὁ Ἰνδός. Ὁς πάλαι μὲν Κωνσταντίνου τοῦ πάλαι βασιλεύοντος, ἔτι τὴν ἡλικίαν νεώτατος, καθ' ὁμηρίαν παρὰ τῶν Διθηγῶν καλουμένων (42) εἰς Ῥωμαίους ἐστάλη· Διθούς γ' ἐστὶν αὐτοῖς ἡ νῆσος χώρα. Τῶν Ἰνδῶν δὲ καὶ οὗτοι φέρουσι τὸ ἐπώνυμον· τὸν μόντο Θεόφιλον, οὐκ ὀλίγον Ῥωμαίοις ἐνδιατρίψαντα χρόνον, τὰ τε εἶθι εἰς τὸ ἀκρότατον πρὸς ἀρετὴν ῥυθμίσει, καὶ τὴν ἐξέαν πρὸς εὐσέβειαν, καὶ τὸν μοναυλίον ἀνελέσθαι βίον· καὶ δὴ καὶ εἰς βαθὺν διακόνων παραγγεῖλαι, Εὐσεβίου τὰς ἱερουργίας αὐτῷ χεῖρας ἐπιθεμένου (ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον), τὴν δὲ πρεσβειαν ὑπελθόντα καὶ ἐξ ὄρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα (43). Ὁ μόντο Κωνσταντίος μεγαλοπρεπῶς καὶ εἰς τὸ μάλιστα (44) κεχαρισμένον τὴν πρεσβειαν στέλλων, καὶ ἵππους εἰς διακοσίους τῶν ἐκ Καππαδοκίας εὐγενεστάτων ἵππαγωγῶς πλοίοις κομιζομένους, καὶ πολλὰς ἄλλας δωρεὰς εἰς τὸ πολυτελέστατον θαῦμα παρασχέιν, καὶ θελκτριούς συνεξέπεμψε. Καταλαβὼν δὲ τοὺς Σαβαίους ὁ Θεόφιλος, πείθειν ἐπεχειρεῖ τὸν ἐθνάρχην, Χριστὸν τε σέβειν εἰδέναι, καὶ τῆς Ἐλληνικῆς πλάνης ἀποστήναι. Ἡ δὲ τῶν Ἰουδαίων οἰκεία ἐπίνοια, τοῦ Θεοφίλου παραδόξους ἔργοις καὶ ἀπαξ καὶ δις τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἀμαχον ἐπιδειξάμενου, εἰς σιγὴν μὲν βαθεῖαν, καὶ ἄκρον τὸ ἀντιπνέον (45) κατέδου. Τὰ δὲ τῆς πρεσβείας τὸ πέρας ἐδέχτο, καθαρῶς γνῶμης τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τοῦ ἔθνους πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀποκλίναντος, καὶ τρεῖς οὐ μίαν ἐκκλησίαν ἀνά τὴν χώραν ἀναστήσαντος, οὐκ ἐξ ὧν οἱ πρέσβεις ἐφερον βασιλικῶν ἀναλωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος προθύμως οἰκοθεῖν ἐχορήγει· καὶ τῷ θαύματι τῶν Θεοφίλου ἔργων, ἐνάμιλλον παρέχειν ἐφιλοτιμεῖτο τὸ πρόθυμον. Τῶν δὲ ἐκκλησιῶν μίαν μὲν ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει τοῦ πάντος ἔθνους

VALESII ANNOTATIONES.

(42) Πρὸς τοὺς Διθηγῶν καλουμένους. Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui cod. adnotavit legendum sibi videri, παρὰ τῶν Διθηγῶν καλουμένων. Quanquam πρὸς retineri etiam potest eodem sensu. Porro ab his Divæis ait Philostorgius obsidem missum esse ad Constantinum Magnum, Theophilum Indum, dum adhuc esset adolescens. Erat igitur hic Theophilus Divæus, ortus ex Diva insula maris Indici. Hujus nationis ludicæ meminit Ammianus Marcellinus, in libro xxii, pag. 211, editionis nostræ. Hinc nationibus Indicis certatim cum donis optimates mittentibus ante tempus ab usque Divis et Serindivis. Quo in loco Divi quidem sunt, quos Divenos vocat Philostorgius, qui Divu, vel Devu insulam incolunt. Hæc est fortasse insula quæ Diu vulgo vocatur, ad ostium Indi fluminis sita, Regi Cambaïæ obnoxia : quam describit Hieronymus Osorius in libro ix *De rebus Emanuelis*. Quod spectat ad Serindivos, assentior viro doctissimo Samueli Bocharto, qui Serindivos ait esse incolas insulæ Seilan, quæ et Serandib Arabice dicitur. Quam eandem esse cum Taprobane, multis argumentis probat Bochartus in libro primo *De colonniis Phœnicum*, capite ultimo.

(43) Ἐξ ὄρου λαβεῖν παρὰ τῶν ὁμοδόξων ἀξίωμα. Id per invidiam atque æmulationem ab Arianis factum esse opinor ; nam cum Athanasius paulo ante hæc tempora Frumentium catholicum episcopum ad Axumitas misisset, ut ex Rufino refert So-

crates atque Sozomenus, Ariani, Athanasii gloriæ invidentes, ut suum dogma in illis regionibus disseminarent, Theophilum Indum eo mittendum curarunt : quem episcopi dignitate decorarunt, ut illum opponerent Frumentio. Quin etiam suaserunt Constantio imperatori, ut ad tyrannos Axumitarum (sic enim regulos earum nationum appellare consueverant, ut docet Arrianus in *Periplo maris Erythrai*) litteras scriberet, quibus poscebat ut Frumentium ex illis regionibus ejiceretur, ut testatur Athanasius in *Apologetico*.

(44) Εἰς τὸ μάλιστα. Rectius in codice Bocharti legitur εἰς τὸ μάλιστα κεχαρισμένον, quemiam etiam scriptum est apud Nicephorum in lib. ix.

(45) Καὶ ἄκρον τὸ ἀντιπνέον. In ms. codice Samuelis Bocharti scriptum inveni, καὶ ἄκρον τὸ ἀντιπνέον κατέδου. Quæ lectio procul dubio vulgaræ præferenda est. Neque enim ἀντιπνέον Græce dicitur ; aut si dicitur ἀντιπνέον, non convenit tamen huic loco. Posset etiam legi καὶ ἅπαν τὸ ἀντιπνέον. Porro de Judæorum malitia, qui Theophili prædicationi obsistebant, testatur etiam Metaphrastes in *Martyrio S. Arethæ et sociorum* : cuius locum jam protulit Gothofredus in Annotationibus. Nec quidquam causæ erat, cur Gothofredus dubitaret utrum e Philostorgio, an ex Nicephoro narrationem illam hausisset Metaphrastes, cum Nicephorus longe posterior sit Symeone Metaphraste.

Τάφαρον ὀνομαζομένη καθιδρύσατο· ἑτέραν δὲ ἐν ᾧ ἔκειτο τὸν ἑβραϊκὸν ἐμπόριον ἐτύγγανεν, ἔξω πρὸς τὸν ἑσπέριον τετραμμένον. Καλοῦσι δὲ τὸ χωρίον Ἀδάνην, ἐνθα καὶ τοὺς ἐκ Ῥωμαίων ἀφικνούμενους ἔθος ἦν καθορμίζεσθαι. Τὴν δὲ τρίτην ἐπὶ θάτερον τῆς χώρας μέρος, ἐν ᾧ Περσικὸν ἐμπόριον γνωρίζεται ἐπὶ τῷ στόματι τῆς ἐκεῖσε Περσικῆς κείμενον θαλάσσης.

ε'. Ὁ μέντοι Θεόφιλος τὰ ἐν τοῖς Ὀμηρίταις, ὡς ἕκαστα δυνατὸν ἦν καὶ ὁ καιρὸς εἰδίδου, διαθείς, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἱερωσάμενος, καὶ κόσμοις οἷς ἐνῆν δυνατὸν διακοσμήσας, ἐπὶ τὴν Διδοῦ νῆσον (ἦν αὐτοῦ περὶθα προεδίδαξεν ὁ λόγος) ἀπέπλευσε. Κάκειθεν εἰς τὴν ἄλλην ἀφίκετο Ἰνδικήν, καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς οὐκ εὐαγῶς δρωμένων ἐπανωρθώσατο. Καὶ γὰρ καθεζόμενοι (46) τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνυσμάτων ἐποιοῦντο τὴν ἀκρόασιν, καὶ ἄλλα τινὰ ὧν μὴ ἕως θεσμῶς ἐπεστάται διεπράττοντο. Ἀλλὰ ταῦθ' ἕκαστα πρὸς τὸ σεβάσμιον αὐτοῖς καὶ θεοφιλὲς μεταρρυθμίσας, καὶ τὸ τῆς Ἐκκλησίας δόγμα ἐκράτησαν. Οὐ γὰρ ἐδέοντο, φησὶν ὁ δυσσεθὲς οὗτος, τῆς τοῦ θεοῦ σέβας διορθώσεως ὑψηγῆσεως, ἐξ ἀρχῆς ἀπαρτρώτως (47) τὸ ἑτεροούσιον πρεσβεύμενοι.

ς'. Ἐκ δὲ ταύτης τῆς μεγάλης Ἀραβίας, εἰς τοὺς Αὐξουμίτας (α) καλούμενους ἀπαίρει Ἀἰθιοπας, ἃ κατὰ τὰς πρώτας ὄχθας κατώκηνται τῆς Ἐρυθρᾶς

A gentis quam Tapharon vocant, ædificavit; aliam vero in eo loco in quo Romanum erat emporium, ad exteriorem Oceanum vergens. Vocatur autem hic locus Adane, quo cuncti qui ex Romanorum ditione veniunt, appellere solent. Tertiam denique ecclesiam in altera regionis parte exstruxit, ubi Persicum est emporium celebre, in ostio maris Persici quod inibi est, situm.

5. At Theophilus, cum apud Homeritas singula, prout poterat et prout temporis ratio sinebat, ordinasset, et ecclesias dedicavisset, et ornamentis quibus poterat exornasset, ad insulam Divu, quam ipsi patriam fuisse superius indicavimus, navigavit. Atque inde ad alias Indiæ regiones perrexit, multaque quæ apud illos non rite fiebant, emendavit. Nam et lectiones Evangelii audiebant sedentes, et alia quædam peragebant quibus divina lex repugnabat. Verum Theophilus, cum singula apud eos juxta sanctiorem ritum Deoque magis acceptum correxisset, Ecclesiæ quoque dogma confirmavit. Neque enim circa divini numinis cultum, ut ait impius iste, ulla egebant emendatione, utpote qui ab ultima antiquitate constantissime Filium alterius a Patre substantiæ profiterentur.

6. Auxumitæ. — Ex hac autem magna Arabia profectus est Theophilus ad Æthiopas qui Auxumitæ vocantur. Habitant isti ad primum littus ma-

VALESII ANNOTATIONES.

(46) Καὶ γὰρ καθεζόμενοι. Moris fuit ut Christiani qui missarum solemnibus intererant, stantes, relecto capite, et baculis humi depositis, Evangelii lectionem audirent. Ac de capite quidem nudo, et de baculis, discrete testatur ordo Romanus. De statione vero, versus sunt elegantes Hildeberti Ceno-manensis episcopi, in libro *De expositione Missæ*, quos ex veteri codice Claromontani Collegii descriptos hic apponam :

DE EVANGELIO.

Inde sinistrorsum Domini sacra verba leguntur.
Plebs baculos ponit, stat, retigitque caput.
Nave superveniens zizania seminet hostis,
Frontibus imprimitur mystica forma crucis.
Rejiciente fidem Judæa, gratia Christi
Transiit ad gentes, Israel errat adhuc.
Transiit hic, quoties Evangelium recitatur,
Mentibus occurrit, exprimiturque loco.
Ad lævam legitur, quia quo transiit aberrans,
Et velut ad lævam gens idolatra fuit.
Ut sis attentus, patiens, erectus in hostem,
Et caput, et baculus, et status ipse docent.
Quippe caput retegens attente audire moneris.
Parcere, cum baculum projicis, instrueris.
Slans discis, quoniam stantes pugnare solemus,
Quod te pugna gravis sub vigili hoste manet.

Ejusdem moris illustre exstat exemplum in *Vita sancti Anselmi Lucensis episcopi*, ubi de Mathilde comitissa hæc leguntur : *Præscripta domina multis diebus febribus nimium laboraverat, et capitis dolor vehementer ipsam fatigaverat. Cum vero die quadam*

C ex more Missarum solemnibus adesset, enitens, dum legebatur Evangelium, erecta esse in pedibus, fatigata mox infirmitate decidit. Item in *Vita ms. sancti Willelmi abbatis monasterii Eskilensis in Dania*, scripta ante annos quingentos ab Eskilensi monacho, Petri Roskildensis episcopi æquali : *In Vigilia Pentecostes, expletis prophetiis et glorificationibus, diacono Evangelium pronuntiantem audivit vocem (mulier contracta) dicentem sibi : Mulier, surge; non decet Christianos ad Evangelium sedere, sed cum reverentia stare, et auscultare quod legitur.* Quem locum debeo indicio viri doctissimi et veterum monumentorum studiosissimi, Adriani Valesii fratris mei. Eundem morem fuisse in Africa docet Augustinus in libro *II Homiliarum*, sermone 26. [Idem quoque in Gallia observatum fuisse docet Cæsarius Arelatensis in homilia 13.] Ex eadem consuetudine et illud profudit, ut populus in ecclesia stans sacras conciones audiret, quippe quæ nihil aliud essent quam Evangelii expositio. Testatur hoc Eusebius noster in lib. *IV De vita Constantini*, c. 33, et Augustinus in sermone 2 *De SS. martyribus* : item in *Tractatu 112 in Evangelium Joannis*; et in sermone *De communi vita clericorum suorum ad populum Hipponensem*; et in sermone 122 habito in Basilica Faustæ. Vide Ferrarium in lib. *II De sacris concionibus*, cap. 21.

(47) Ἀπαρτρώτως. Existimavi aliquando scribendum esse ἀπαρτρώτως. Nunc tamen vulgatam lectionem retineo; eadem enim voce utitur Philostorgius in libro *II*, c. 16.

VARIORUM.

(α) Εἰς τοὺς Αὐξουμίτας. Tradit hic Philostorgius Auxumitas a Theophilo Ariano conversos tempore Constantii; cum populi istius conversio revera tribuenda sit Frumentio orthodoxo, ordinato ab

Athanasio in principio episcopatus ejus, circa ann. 327. Vide epistolam Constantii *Ad tyrannos Auxumitarum* apud Baronium ad ann. 356, n. 23, et Fagi ad ann. 327, n. 12, 20. *W. Lowth.*

ris Rubri, quod Oceanus illic sese insinuans efficit. Ac Rubrum quidem mare, in maximam extensum longitudinem, in duos sinus dividitur; et alter quidem eorum versus Ægyptum tendit, Clysmā, ubi desinit, cognominatus. Per hunc sinum Israelitæ quondam fugientes Ægyptios, sicco pede transgressi sunt. Altera vero pars in Palestinam fertur, juxta urbem quæ jam inde a priscis temporibus Aila vocatur. Ad hujus igitur maris Rubri exteriorem sinum, in sinistro latere degunt Auxumitæ, ex vocabulo metropolis ita appellati. Urbium enim caput Auxumis dicitur. Ante hos autem Auxumitas, orientem versus, ad extimum pertingentes Oceanum, accollunt Syri, ad earum quoque regionum incolis ita dicti. Etenim Alexander Macedo eos ex Syria abductos illic collocavit: qui quidem patria Syrorum lingua etiamnum utuntur. Porro hi omnes colore sunt admodum nigro, acutis scilicet solis radiis eos perstringentibus. Apud hos xylocassia præcipue nascitur, et cassia; cassamum item et cinnamomum. Plurimi etiam ibidem sunt elephantii. Et Theophilus quidem ad hos usque minime penetravit; sed cum ad Auxumitas venisset, et cuncta illic negotia probe ordinasset, inde ad Romanorum

(48) θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτη ὠκεανὸς εἰσκολπιζόμενος ἐργάζεται πᾶσαν· ἡ μέντοι Ἐρυθρὰ ἐπὶ πλείστον μηχανομένη (49), εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κλύπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα (50), καθ' ὃ τελευταῖα τὸ ἐπώνυμον φέρον (51). Δι' οὐ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν (52) φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους, ἀβρόχῳ τὸ βεῖθρον διεπεραιώθησαν ποδί. Τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἐπὶ Παλαιστίνης ἐρχεται κατὰ πόλιν Ἀεῖλὰ ἐκ παλαιῶν καλουμένην. Ἀλλὰ γὰρ ταύτης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐν ἀριστερῇ τῆς ἐξωθεν (53) Αὐξουμίται καταχέουσιν, ἀπὸ τῆς μητροπόλεως οὕτω κληθέντες. Αὐξουμῖαι γὰρ αὐτοῖς ἡ μητρόπολις. Πρότεροι δὲ τούτων τῶν Αὐξουμιτῶν ἐπὶ τὸν ἐξωτῶν πρὸς ἀνατολὰς καθήκοντες ὠκεανὸν παροικοῦσιν οἱ Σύριοι, ταύτην τὴν κλῆσιν καὶ παρὰ τοῖς ἐκείσε φέροντες. Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τοῦτοιοις (54) ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, ἐνταυθαὶ κατόκησεν· οἱ καὶ νῦν ἐτι τῆ πατρῴῃ φωνῇ κέχρηται. Μέλανες οὖν εἰσι δεσινῶς ἅπαντες, ὀξείας αὐτοῖς τῆς ἀκτίνος τοῦ ἡλίου καθαπτομένης. Παρὰ τοῦτοιοις ἡ τε ξυλοκασσία μάλιστα γίνεται, καὶ ἡ κασσία, καὶ τὸ κάσσαμον, καὶ τὸ κιννάμωμον, καὶ δὴ καὶ ἐλεφάντων πλῆθος. Πρὸς μὲν τοῦτους ὁ Θεόφιλος οὐκ ἀφίκετο· τοῖς Αὐξουμίταις δὲ παραγεγονῶς, καὶ τὰ

VALESII ANNOTATIONES.

(48) Κατάκεινται τῆς Ἐρυθρᾶς. Rectius in ms. codice Bocharti scriptum est, κατόκηται, quomodo etiam legit Nicephorus.

(49) Ἐπὶ πλείστον μὴ κινουμένη. Scribendum est procul dubio μηχανομένη una voce, ut habent mss. codices. Atque ita etiam legit Nicephorus in libro nono capite 18.

(50) Καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα. Assentior doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis hunc locum ita interpretatus est, *Et unus quidem usque ad Clysmā Ægypti tendit*. Scribendum est igitur καὶ ὁ μὲν, etc. Nicephorus tamen in hoc Philostorgii loco legit τὸ μὲν, articulum hunc jungens cum vocabulo κλύσμα. Sic enim locum expressit in capite 18 libri noni: Ὅν τὸ μὲν ἐν κλύσμα ταύτης, ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· ἐνθα δὲ τελευταῖα τὴν ἐπώνυμην φέρον αὐτῆς. Sed procul dubio falsus est Nicephorus: quippe qui non animadvertit Clysmā esse civitatem Ægypti, ad Arabicum sinum sitam. De qua Bochartus multa notavit in libro *De sacra geographia*, pag. 122, erudite omnino. Sed non probo quod eandem vult esse Arsinoem, contra Ptolemæi auctoritatem, qui eam a Clysmā distinguit. Nec probo quod idem Bochartus scribendum esse dicit Κλεισμα, quæ vox Græca non est. Κλύσμα enim Græci omnes eam vocant, παρὰ τὸ κλύζειν, eo quod maris Erythræi fluxus eam urbem aduat. Ex eo autem portu solvebant qui ab Ægypto in Indiam navigabant, ut docet Lucianus in *Pseudomanti*.

(51) Καθ' ὃ τελευταῖα τὸ ἐπώνυμον φέρον. Hunc Philostorgii locum Nicephorus non intellexit, ut ex verbis ejus supra citatis colligere licet. Sed neque Gothofredus, neque Holstenius verba Philostorgii intellexerunt. Sic enim vertit Gothofredus: *Ubi nomen suum retinens occidit*. Holstenius vero ad oram sui codicis pro verbo *occidit*, emendat *desinit*. Atqui non hoc dicit Philostorgius, sed ait sinum illum maris Erythræi, qui ad Ægyptum tendit, nomen accipere a loco in quo desinit: id est, sinum illum vocari Clysmā ex nomine urbis in qua terminatur. Eodem modo quo alter sinus maris

Erythræi qui in Palestinam fertur, Elaniticus cognominatur ab urbe Elana, quæ eadem est cum Aila, ut notavit Bochartus in libro *De coloniis Phœnicum*, capite 44. Totum igitur hunc locum ita distinguendum puto: ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ· Κλύσμα, καθ' ὃ τελευταῖα, τὸ ἐπώνυμον φέρον, ubi ἐπ' Αἰγύπτου ponitur pro ἐπ' Αἰγύπτου. Sic paulo post Philostorgius dicit ἐπὶ Παλαιστίνης ἐρχεται.

(52) Δι' οὐ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικόν. Idem testatur auctor *Itinerarii Antonii martyris* pag. 51: *Et transcendentes venimus in locum ubi intraverunt mare. Ibi que est oratorium Moysi, et civitas parva quæ dicitur Disma, ad quam naves de India veniunt. In loco vero ubi transierunt, exit mare de majore pelago, et extenditur in multis millibus, quia habet accessa et recessa. Recedente autem mari apparet omnis submersio Pharaonis*. Ita legitur hic locus in manuscriptis codicibus, sed pro *Disma* procul dubio scribendum est *Clysmā*. Eiusdem urbis iterum meminit pag. 52, *Deinde exeuntes, venimus in civitatem quæ dicitur Disma*. Verum hoc loco manuscripti codices *Clysmā* diserte scriptum habent.

(53) Ἐν ἀριστερῇ τῆς ἐξωθεν. In codice Samuelis Bocharti scriptum inveni τοῖς ἐξωθεν. Quam scripturam magis probo, ut hic sit sensus: Ad sinistram partem maris Erythræi externis illac navigantibus habitant Auxumitæ. Singula enim maria et sinus habent dextrum et sinistram latus, respectu scilicet eorum qui sinus illos ingrediuntur. Ita dextrum ac sinistram latus Ponti Euxini distinguunt geographi. Nicephorus quoque in hoc Philostorgii loco legit τοῖς ἐξωθεν, sed locum aliter interpretavit. Sic enim habet, ταύτης τούτων τῆς Ἐρυθρᾶς τοῖς ἐξωθεν μέρεσιν ἐν ἀριστερᾷ, Αὐξουμίται εἰσιν. Id est, ut vertit Langus: *In huius istius maris partibus exterioribus, ad sinistram Auxumitæ sunt*. In quibus verbis nullus est sensus.

(54) Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τοῦτοιοις. Scribendum puto Ἀλέξανδρος γὰρ τοῦτοιοις ὁ Μακεδὼν ἐκ τῆς Συρίας ἀναστήσας, etc. Atque ita legit Nicephorus.

ἐκάστω καταστησάμενος, τῆς ἐπὶ Ῥωμαίους ἀνακομίδης εἶχετο. Πολλῆς δὲ τῆς τιμῆς παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἀξιώθεις, πόλιν μὲν ἰδίαν ἐφορᾶν οὐκ ἐκληρώσατο· κοινὸν δ' ὡσπερ ἀγαλμα δι' ἀρετὴν τοῖς ὁμοδόξοις ἐβλέπετο.

ζ'. Ὅτι ἐπὶ τῷ στόματι τῆς Περσικῆς θαλάσσης, ἣν ὁ ταύτη ὠκεανὸς εἰσέχων ἀποτελεῖ, μεγίστην τε οὖσαν, καὶ ἔθνη κύκλῳ πολλὰ περιβαλλομένην, ἄλλοι τε μέγιστοι ποταμοὶ, καὶ ὁ Τίγρις τοῖς βέθροισ ἐμβάλλει, ὃς πρὸς Ἀπηνιώτην καὶ κάτωθεν τῆς Ἰρκανίας θαλάσσης, ἐν Κορδιαίοις μὲν τὰς ἐμφανεῖς ἀναδόσεις λαμβάνει παρὰ τὴν Συρίαν ἐλκόμενος. Ἐπεὶ δ' ἂν γένοιτο κατὰ τὴν Σουσίδα γῆν, ἐνταῦθα τοῦ Εὐφράτου τὸ βέθρον αὐτῷ μιγνύντος, μέγας ἦδη τοῖς χειμᾶσι χωρήσας πρόεισι παφάζων· ὅθεν αὐτὸν φασὶ καὶ τοῦ θηρίου τοῦ τίγρητος λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον (α). Πρὶν ἢ δ' ἐπὶ θάλατταν καταβαίνει, σχίζεται εἰς δύο μεγάλους ποταμούς· ἔπειτα δυσὶ τοῖς ἐσχάτοις στόμασιν ἀλλήλων διεργομένοις, εἰς τὴν Περσικὴν θάλατταν ποιεῖται τὰς ἐκβολὰς, γῆν ἐν μέσῳ πλείστην περιτεμονόμενος, καὶ νῆσον αὐτὴν ποιῶν, ποταμίαν τε ἅμα καὶ θαλαττίαν, ἣν ἔθνος ἐνοικεῖ τῶν Μεσηνῶν ἐπικαλούμενον.

η'. Ὁ δὲ Εὐφράτης ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίων κατὰ τὴν προφανῆ ἀνατέλλει, ἔνθα τὸ ὄρος ἐστὶ τὸ Ἀραράτ, ἔτι καὶ πρὸς Ἀρμενίων οὕτω καλούμενον, ἐφ' οὗ καὶ τὴν κιβωτὸν ἰδρυθῆναι φησὶν ἡ Γραφή· ἥς ἄχρι καὶ νῦν εἶναι φασὶν οὐ μικρὰ λείψανα τῶν τε ξύλων καὶ τῶν ἥλων ἐκεῖσε σωζόμενα. Ἐντεῦθεν καὶ ὁ Εὐφράτης ὀλίγος τὰ πρῶτα βυεῖς, προβαίνων ἀεὶ γίνεται μείζων, πλείστους ἐμβάλλοντας αὐτῷ ποταμούς εἰς τὴν ἑαυτοῦ προσηγορίαν συναφελκόμενος. Τὴν Ἀρμενίαν δὲ, τὴν τε μεγάλην καὶ τὴν μικρὰν διελθὼν, ἔπειτα πρόεισι, τέμνων μὲν πρότερον τὴν Συρίαν τὴν ἰδίως Εὐφρατησίαν καλουμένην· ἔπειτα μέντοι καὶ τὴν ἄλλην (55) διαμεψάμενος, καὶ ἔλικα διασπῶν (56), ὧν δίσιοι ποικιλωτάτην κλασθεῖς, ὀπηνίκα τῆ Ἀραβίᾳ πελάσει, ἐνταῦθα δὴ κυκλωτέρως κατ' ἀντικρῦ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης παρενεχθεῖς, καὶ χώραν οὐκ ὀλίγην ἐγκλωπασάμενος, ἔπειτα πρὸς Καίκεϊαν ἀνεμὸν ἐπιστρέφει τὸ βέθρον, ὅπερ οὖν βορέου τε καὶ ἀπηνιώτου μέσος ἐστῆκε. Καὶ πρὸς Τίγρητα ποταμὸν ὀρμήσας, οὐχ οἶός τε ἐστὶν αὐτῷ ὅλως συμμίξαι, ἀλλὰ μόλαις τισὶν ἐν τῷ διὰ μέσου παραναλούμενος, τῇ ὑπολειπομένη μεγίστη τε οὐσῃ, καὶ ναυτῶν ἀνασχέσθαι (57) δυνατωτάτη, τῷ

ditionem redire cœpit. Multis deinde honoribus ab imperatore post reditum affectus, nullius quidem urbis peculiarem sortitus est episcopatum; verum ab hominibus suæ sectæ, velut publicum quoddam virtutis simulacrum suspectus fuit.

7. *Tigris fluvius.* — Ait Philostorgius, ad ostium maris Persici quod Oceanus illuc influens efficit, quodque maximum est, et a plurimis gentibus circumscitis accolitur, tum alios maximos amnes influere, tum præcipue Tigrim, qui ad Apeliotem, et infra mare Hyrcanum in Corduenis conspicuo fonte ortus, per Syriam labitur. Ubi vero ad Susianam regionem pervenit, aquis Euphratis ei commistis, magnus deinceps fluens et rapidus, ingenti sonitu in ulteriora progreditur. Unde et vocabulum tigridis feræ ei impositum esse perhibent. Priusquam autem in mare sese immittat, in duos magnos amnes dividitur. Deinde duobus extremis ostiis longe a se invicem dissitis in Persicum mare evolvitur, maximum terrarum ambitum aquarum divortio complexus, et insulam efficiens fluvialem simul ac marinam, quam incolit gens Mesenorum.

8. *Euphrates.* — Euphrates vero ex Armeniis conspicuo fonte oritur: quo loco mons est Ararat, qui etiamnum ab Armeniis ita nominatur, super quo monte arcam positam fuisse sacri libri testantur; multaque adhuc fragmenta lignorum et clavorum ejusdem arcæ superesse aiunt, quæ illic servantur. Hinc igitur Euphrates ortus principio quidem exiguus fluit, deinde in ulteriora progrediens subinde æugetur, plurimos amnes qui in alveum ejus influunt, in nomen suum asciscens. Postquam autem per Armeniam majorem ac minorem lapsus est, ulterius procedit, ac primum quidem Syriam secat, eam quæ proprie Euphratensis vocatur; postea vero aliam quoque Syriam permenus, et per regiones quas permeat, in variam ac multiplicem helicem fractus; ubi proxime ad Arabiam accessit, tum in orbem ex adverso maris Erythraei prætergressus, regionemque haud exiguam sinu suo complexus, ad Cæciam deinceps, qui inter boream et subsolanum ventos medius est, aquarum cursum convertit. Cumque ad fluvium Tigrim pervenerit, totus ei misceri non potest, sed quibusdam sui partibus antea assumptis, reliqua

VALESH ANNOTATIONES.

(55) Ἐπειτα μέντοι καὶ τὴν ἄλλην, καὶ ταύτην δὲ καὶ τὴν ἄλλην. Sic etiam scribitur hic locus in codice Bocharti et apud Nicephorum. Verum in codice Scoticensi ita legitur, ἔπειτα δὲ καὶ τὴν ἄλλην διαμεψάμενος, etc., expunctis quinque illis vocibus, quæ prorsus inutiles sunt ac superflue.

(56) Καὶ ἔλικα διασπῶν. Vetustissima est hujus

loci depravatio, quam retinuit etiam Nicephorus. Non dubito tamen quin hic locus ita scribendus sit, καὶ εἰς ἔλικα διὰ τόπων ὧν δίσιοι ποικιλωτάτην κλασθεῖς, etc.

(57) Καὶ ναυτῶν ἀνασχέσθαι. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur καὶ ναῦν ἀνασχέσθαι. Sed melius scribitur in Nicephoro ναῦς.

VARIORUM.

(a) Τοῦ θηρίου τοῦ τίγρητος λαβεῖν τὸ ἐπώνυμον. At Curtius lib. vi, Strabo lib. viii, Plinius lib. vi, cap. 27, Tigriu fluvium a celeritate sagittæ instar dictum volunt, quia tigrin Medi sagittam

appellant... Syriam supra pro Assyria dixit Philostorgius, errore cum aliis scriptoribus communi.

landem parte, quæ et maxima est et navigabilis, circa urbem potissimum Susa Tigridi sociatur. Jamque amisso proprio nomine, una cum illo in Persicum evolvitur sinum. Porro quæ inter hæc duo flumina, Tigrim scilicet atque Euphratem, sita est regio, Mesopotania vocatur.

9. *Euphratis et Tigridis in paradiso origo.* — Et Euphratis quidem ac Tigridis fontes, prout nobis apparent, supra relati sunt. Sacri vero libri nostri, in quibus scriptum est eos ex paradiso oriri, verissime dicunt. Ex eo namque aquarum ducentes initium aliquatenus quidem procedunt, supra terram fortasse labentes, postea vero vasta et arenosa solitudine eos excipiente, illic in profundum demersi, ad inferiora ferri non prius desinunt, quam ad stabile ac petrosum solum regionis illius pervenerint. Postquam autem crepido illa cursum illorum ad inferiora tendentem represserit, tum demum singuli, aquis suis collectis, ulterius progrediuntur, præ vi ac multitudine undarum perpetuo affluentium recta ferri contententes. Cæterum subterranei meantes hi fluvii, utpote terra quæ interjacet partem eorum haud exiguam absorbente, minores atque infirmiores ad locum eruptionis ipsorum accedunt. Non est autem adeo incredibile, hos amnes per tanta terrarum spatia subterraneos labi. Multa enim ubique sunt maximorum et rapidissimorum amnium fluentia, quæ sub terram feruntur. Idque ex eo manifestum sit, quod ingens eorum sonitus auditur, cum magno strepitu et fragore fluentium. Sed et nonnulli cum supra eos amnes puteos fodere aggressi essent, et petrosum solum quod ipsis occurrerat, paulatim pertudissent, sub quo perstrepsens unda sursum versus erumpere nitebatur, difficile admodum retracti sunt ab iis qui sursum stabant in crepidine putei. Et aqua subsecuta in rivum processit, qui nulla deinceps siccitate interceptus est, ob perennis aquæ affluentiam. Quippe arcana Dei sapientia fluminum meatus, tanquam venas quasdam necessaria suppeditantes, alios quidem occultos, alios autem conspicuos effecit. Unde et propheta David cecinit: *Ipse super maria fundavit eam, et super flumina præparavit eam.* Maria quidem maximis terræ sinibus quasi thesauros recondens, basimque eis firmam constituens ad tan-

A Τίγρητι κατά Σούσας μάλιστα συμπίπτει. Καὶ δὴ τῆς ἑαυτοῦ προσηγορίας ἀποπαυσάμενος, σὺν ἐκείνῳ πρὸς τὸν Περσικὸν κατασύρεται κόλπον. Καὶ τὸ μεταξὺ τῶν δύο ποταμῶν τούτων, τοῦ τε Τίγρητος καὶ τοῦ Εὐφράτου, Μέσοποταμία τυγχάνει προσαγορευόμενον.

θ'. Ὅτι ὁ Τίγρης καὶ ὁ Εὐφράτης, κατὰ μὲν τὸ ἐμφανές, ὅθεν ἀναδύονται, εἰρηναί. Ἡ δὲ ἱερὰ ἡμῶν Γραφή, ἐκ τοῦ Παραδείσου τούτους λέγουσα ὁρμᾶσθαι, τὸ ἀληθέστατον ἱστορεῖ. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὰς πρώτας ἀρχὰς τῶν ρεῖθρων φέροντες, ἄχρι μὲν τινος προλασιν; ἴσως ὕπὲρ γῆς βέοντες. Ἐπειτα δὲ τῆς μεγάλης ἐρήμου καὶ ἀμυωδεστάτης αὐτοῦ ἐκδεξαμένης, πρὸς τὸ βάθος ἐνταῦθα καταπινόμενοι, οὐ πρότερον ἴστανται τῆς ἐπὶ τὰ κάτω φορᾶς, πρὶν ἐπ' αὐτὸ δὴ τὸ στεγανὸν καὶ πετρῶδες τῆς αὐτόθι καταντήσῃ γῆς. Στάσιν δ' αὐτοῖς τῆς ἐπὶ τὰ κάτω προχωρήσεως τῆς αὐτόθι κρηπίδος παρασχομένης, ἐνταῦθα ἤδη τῶν βεμάτων αὐτοῖς συναγειρομένων ὑπὸ πλήθους καὶ ἰσχύος τοῦ ἀεὶ ἐπιφερομένου τε πρόσω (58) χωροῦσιν ἐπ' εὐθὺ βιαζόμενοι. Ἄλλ' οὗτοι μὲν οἱ ποταμοὶ κατωρύχοι πορευόμενοι, μοῖραν αὐτῶν οὐκ ὀλίγην τῆς ἐν μέσῳ γῆς ὑπεξαιρουμένης, ἐλάττους ἀπαντῶσιν ἤδη καὶ ἀσθενέστεροι ἐπὶ τοὺς τόπους τῶν ἀναδόσεων. Καὶ τό γε μυχίος αὐτοῦς πλείστην ἐπιέναι γῆν, οὐκ εἰκὸς ἀπίστεῖν. Πολλὰ γὰρ ἔστι καὶ ἄλλα βεύματα πανταχοῦ καὶ τῶν σφόδρα μεγίστων τε καὶ ἰσχυροτάτων, ὑπὸ γῆν ἀφικνούμενα. Δῆλον δὲ ἡχὸς τε γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἀκούεται μέγας, σὺν ταραχῇ καὶ ροίῳ πολλῷ φερομένων. Ἄλλὰ καὶ C τινες ὑπὲρ αὐτῶν φρέατα ὄρουσόμενοι, καὶ τῆς ἀπτηγῆκυίας αὐτοῖς πλακὸς κάτωθεν ἐπ' ὀλίγον τρώσαντες, ὅφ' ἦν τὸ ρεῖθρον ἤδη καχλάζον τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω φορὰν βιαζόμενον, μόλις γ' ἀνελήφθησαν (59) ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῦ χεῖλους τῆς φρεωρυχίας ἐσώτων ἀναρπασθέντες. Καὶ τὸ ρεῖθρον ἐφομαρτήσαν (60) εἰς ὀχετὸν προὔχρησεν, ὅπ' οὐδεμίαν ἀνομβρίαν εἶτι παραλυπούμενον, διὰ τὸ τῆς χορηγίας ἀένναον. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἀπόβρῆτος σοφία, οἰονεὶ φλέβας χορηγούς τῶν ἀναγκαίων τὰς τῶν ρεῖθρων διεκδρομάς, τὰς μὲν ἀφανεῖς, τὰς δὲ προδήλους εἰργάσατο. Ταύτη ἄρα καὶ ὁ προφήτης ἐμελέωθησε Δαουὶδ, Αὐτὸς ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελλώσεν αὐτήν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἠτολμάσεν αὐτήν· ὡς τὰς μὲν θαλάσσας τοῖς μεγίστοις αὐτοῖς κολπώμασιν (61) ὄϊον ἀποθ-

VALESI ANNOTATIONES.

(58) Τοῦ ἀεὶ ἐπιφερομένου τε πρόσω. In codice D Bocharti, et apud Nicephorum in lib. ix legitur τὸ πρόσω. Ego vero mallem scribere τῷ πρόσω. Id est: *Ob copiam ac vim undarum, quæ identidem aliæ super alias adflunt.* Joannes quidem Langus, qui Nicephorum Latine interpretatus est, totum hunc locum ita vertit: *Ubi undæ eorum continue et congestim confluentes, vi et magnitudine sua directum eos deinde cursum tenere cogunt.* In margine codicis Bochartiani adnotatum est, scribendum esse ἐπὶ τὸ πρόσω χωροῦσιν.

(59) Μόλις γ' ἀνελήφθησαν. Codex Bocharti habet μόλις γ' ἀνελήφθησαν. Et paulo post, ubi legitur ὑπὸ τῶν ἐπὶ τοῦ χεῖλους, idem codex scriptum habet ἐπὶ τοῦ χεῖλους. Quomodo etiam legitur in

D Nicephoro. Quam quidem scripturam vulgatæ lectioni longe antepono.

(60) Καὶ τὸ ρεῖθρον ἐφομαρτήσαι. Hunc locum emendavi ex manuscripto codice Bocharti, in quo diserte legitur ἐφομαρτήσαν, quemadmodum etiam scribitur apud Nicephorum. Mox ubi antea legebatur διὰ τὸ τῆς χορηγίας ἀένναον, ex iisdem codicibus restitui τῆς χορηγίας; qua emendatione nihil certius.

(61) Τοῖς μεγίστοις αὐτοῖς κολπώμασιν. Procul dubio scribendum est αὐτῆς, supple τῆς γῆς, quemadmodum legitur in codice Bocharti, et apud Nicephorum. Cæterum non assentior Philostorgio, qui versum hunc Davidis ex psalmo xxii, 2, *Ipse super maria fundavit eam, etc.*, de aquis subter-

σαυρίσας, καὶ τὴν βᾶσιν αὐτοῖς κρατυνάμενος (62) πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι τοσοῦτον ὄγκον καὶ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ φερομένων· τοῖς δὲ ποταμοῖς τὴν διέξοδον ἀπόλυτον ταῖς εὐμηχάνοις αὐτῆς διαθέσει δούς ἀεὶ, ταῖς τῶν χωρίων ὑπαγωγαῖς τε καὶ ταπεινότησιν ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ χθαμαλώτερα, τόπον τῇ ῥοπῇ τοῦ βριθοντος ὕδατος παρασχών.

ἰ. Ὅτι κείσθαι τὸν Παράδεισον οὗτος εἰκασίας χρώμενος λέγει, κατὰ τὰς ἰσημερίας τῆς ἡοῦς, πρῶτον μὲν ἐξ ὧν τὰ πρὸς μεσημβρίαν δηλὰ ἐστὶ πάντα οἰκούμενα σχεδὸν μέχρι τῆς ἐξω θαλάττης, ἣν θάλατταν ὁ ἥλιος ἤδη ζυμφλέγει καθέτως ἐπ' αὐτῇ (63) τὰς ἀκτίνας ἐρείδων· καὶ ἡ διὰ μέσου λεγομένη ζώνη τοῦτο ἐστίν. Ἐτι δὲ καὶ διότι ὁ νῦν Ἰφασις καλούμενος ποταμὸς, ὃν ἡ Γραφή Φεισῶν (α) ὀνομάζει, καὶ αὐτὸς τοῦ παραδείσου ἀναβλύζων, ἐκ τῶν ἀρχαίων μᾶλλον τῆς ἀνατολῆς μερῶν ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν φαίνεται ῥέων, καὶ εἰς τὸν ταύτη ὠκεανὸν τὸ ρεῖθρον εἰσερευγόμενος, ἀντικρὺ τῆς νήσου Ταπροβάνης. Οὐ παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ ποταμοῦ εὐρίσκεται τὸ λεγόμενον Καρούφυλλον, εἴτε καρπὸς, εἴτε δὲ καὶ ἄνθος τυγχάνει. Καὶ πεπιστεύασιν οἱ ἐκεῖνη, τῶν ἐκ τοῦ Παραδείσου τοῦτο δένδρον εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ ἡ ὑπὲρ αὐτοῦς γῆ, ἐρημὸς τε ἐστὶ δεινῶς ἅπασα καὶ ἀκαρποτάτη. Ἐκ δὲ τοῦ φέρειν τὸν ποταμὸν τὸ ἄνθος, ἐπιδηλον ἂν εἴη ὡς οὗτος ὁ ποταμὸς ὑπὸ γῆς ἅπας ρεῖ (64), μηδαμῶτι καταδύμενος· οὐ γὰρ ἂν τὸ ἐκεῖθεν φύμενον ἡδύνατο φέρειν. Ἐχει δὲ τι καὶ ἄλλο σύμβολον τῆς παρὰ τὸν Παράδεισον γεηρᾶς ἐπιμείζιας· φασι γὰρ ὡς ἂν τις τύχοι πυρετῶ λαύρω φλεγόμενος, εἰς τὸν ποταμὸν βαπτισάμενος, παρατυκῶς τοῦ νοσήματος ἀπαλλάττεται. Ὁ δὲ Τίγρης καὶ Εὐφράτης, διότι καταδύουσι καὶ πάλιν ἀνίσχουσιν, οὐδὲν ἐκεῖθεν δύνανται κομίζειν ὡς ὁ Ἰφασις. Οὐδέ γε ὁ Νεῖλος· καὶ γὰρ καὶ τοῦτον ἐκεῖθεν ρεῖν ἡ Μωταῶς ἐπιπνοία λέγει, Γηῶν αὐτὴν ὀνομάζουσα· ὃν οἱ παρ' Ἑλλήσιν Αἰγύπτιον ἐκάλουν. Οὗτος, ὡς ἐστὶ συμβαλεῖν, ἐξορμῶν τοῦ Παραδείσου, πρὶν ἐπὶ τὸ οἰκούμενον φθάσαι, καταδύμενος, ἔπειτα τὴν Ἰνδοκὴν θάλατταν ὑπελθὼν εἴτι, καὶ κύκλω γε αὐτὴν περιελχθεὶς, ὡς εἰκάσαι (65), (τίς γὰρ ἀνθρώπων ἀκριθῶσειε τοῦτο;) καὶ ὑπὸ πᾶσάν τὴν ἐν μέσῳ γῆν ἐνεχθεὶς μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ ταύτην ὑποδραμών, ἐπὶ θάτερον αὐτῆς ἐκδίδεται μέρος,

A tam aquarum quæ in Æa feruntur vim ac multitudinem sustinendam; fluminibus vero liberum cursum perpetuo præbens dispositione solerti: locorum depressionibus ac declivitate a sublimioribus ad inferiora vergente, iter faciens impetui currentis undæ.

10. *Paradisii situs, ejusque fluvii.* — Paradisum ad æquinoctium orientis situm esse scribit Philostorgius, conjecturam capiens, primum ex eo quod cuncta fere loca ad meridiem sita constat esse habitabilia, usque ad Oceanum, quem deinde sol adurit, radios suos perpendiculari in eum immittens. Atque hæc est quæ media dicitur zona. Deinde ex eo quod fluvius qui nunc Hyphasis dicitur, in sacris autem libris Phison nominatur, ortus et ipse ex paradiso, ex arctois magis orientis partibus meridiem versus fluere videtur, et in Oceanum qui illic est aquas suas evolvere, ex adverso insule Taprobanae. Ubi ad ripas fluvii invenitur Caryophyllum, sive is fructus, sive flos est. Creduntque incolæ ejus loci, hanc arborem unam esse ex iis quæ erant in paradiso. Etenim universa quæ supra illos est regio, admodum deserta, prorsusque infructuosa est. Ex eo vero quod fluvius iste florem gignit, manifestum sit eum supra terram totum fluere, neque usquam sub terra cuniculos agere; alioqui florem illic natum perferre nullo modo posset. Porro hic fluvius aliud quoque indicium præfert terreni cum paradiso commercii; aiunt enim, si quis ardentissima febre correptus, in hoc fluvio mergatur, eum confestim morbo liberari. Tigris contra et Euphrates, propterea quod terram subeunt ac rursus emergunt, nihil inde deferre possunt perinde ac Hyphasis. Sed neque Nilus; nam hunc quoque ex paradiso fluere testantur Moysis oracula, quæ illum Gion appellant; Græci vero Ægyptium olim nominarunt. Hic, ut conjicere licet, ex paradiso erumpens, priusquam ad regionem habitabilem perveniat, terra absorptus, deinde Indicum mare subiens, et circa illud in orbem, ut credible est, circumvolutus, (quis enim hominum id exacte cognoverit?) posthæc sub universa tellure quæ in medio est, usque ad Rubrum mare occultus

VALESI ANNOTATIONES.

raneis intellexit. Explicandus potius est versus ille juxta sententiam veterum, qui terram Oceano velint fundamentum superstare crediderunt. Idem certe repetitur in psalmo cxxxv, 6.

(62) Καὶ τὴν βᾶσιν αὐτοῖς κρατυνάμενος. Etiam hoc loco scribendum est αὐτῆς. Quodsi vulgata scripturam retinere voluerimus, vox αὐτοῖς referenda erit ad vocabulum κοιλώμασι, quæ nihil aliud quam sinum seu gremium terræ significat.

(63) Κατ' ἔτος ἐπ' αὐτῇ. Assentior Lucæ Holstenio, qui ad latus sui codicis adnotavit scribendum esse καθέτως, id est, perpendiculariter.

(64) Ὑπὸ γῆς ἅπας ρεῖ. Scribendum est procul dubio, ὑπὲρ γῆς, quemadmodum legitur apud Nicephorum. Idque ex sequentibus manifeste convincitur.

(65) Ὡς εἰκάζει. Deesse videtur verbum. Quod suppleri potest hoc modo: ὡς ἔστιν εἰκάσαι.

VARIORUM.

(α) Φεισῶν. Acacius Cæsariensis in Catena Græcorum Patrum sic de quatuor fluminibus paradisi: Τὰ τῶν τεσσάρων ποταμῶν ὀνόματα καὶ τὰ μὲν Ἐβραϊῶς οὕτω καλεῖται: ὁ μὲν πρῶτος Φειτῶν, ὁ δὲ

δεύτερος Γεῶν, ὁ τρίτος Φαρθῶδ, ὁ τέταρτος Ἐδδ:· κέμ· παρὰ δὲ Ἑλλήσι Γάγγης, Νεῖλος, Εὐφράτης Τίγρης.

fluens ac sub ipso etiam mari Rubro subterlapsus, A ad alterum ejus latus erumpit, sub eo monte qui Lunæ vocatur. Ibi duos fontes maximos efficere dicitur, non modico intervallo a se invicem distantes, qui ex imo violenter in sublime prorumpunt. Hinc per Æthiopiā lapsus in Ægyptum fertur, per abruptos scopulos præcipitatus.

11. *Animalia orientalia.* — Ait universam regionem quæ ad solis ortum et circa meridiem sita est, quamvis immodico æstu torreatur, cuncta tamen quæ terra marique gignuntur, longe optima et maxima producere. Nam et balænas incredibilis magnitudinis eo in mari inesse, quæ sæpenumero per Oceanum illum navigantibus visæ sunt e pelago emergentes. Terra quoque illa maximos habet elephantos ac vastissimos. Eos item qui taurelephanti dicuntur : quod belluarum genus, cætera quidem bos est maximus, corio autem et colore cutis et magnitudine ferme elephas. Hoc enim animal ipse vidi, cum ad Romanos delatum esset : idque quod vidi scribo. Sunt præterea apud illos dracones, crassitudine quidem trabibus æquales : longitudine vero ad quindecim usque orgyias protensi ; nam et horum pelles ad Romanorum ditionem perlatas vidi. Monoceros item animal apud eos nascitur, caput quidem draconis habens, nisi quod cornu flexuosum, non ita magnum ei innascitur ; mentum ejus integrum barba vestitur. Cervix longa in sublime protensa, ad draconis tractus similitudinem proxime accedens. Reliquum corpus cervi potius similitudinem refert : pedes vero leonis habet ; ejus effigiem Constantinopoli depictam licet cernere. Sed et camelopardalis in eadem regione nascitur. Quæ cætera quidem cervus est maximus ; proceritate vero cameli corpus videtur imitari ; collum quidem longissimum, nec reliqui corporis proportioni respondens, in sublime erectum gestat ; pellis autem tota a summo vertice usque ad imos pedes, varietate simillima est pardo ; pedes anteriores, posterioribus altiores habet. Est etiam apud illos ægopithecus, simiæ genus quoddam : plurima enim sunt genera simiarum. Nam et arcopithecii sunt et leontopithecii et cynocephali, aliis atque aliis animalium formis permiscente se simiarum figura. Idque apparet ex multis hujusmodi bestiis quæ ad nos comportantur : cujusmodi etiam est is qui pan vocatur, capite, vultu, et cornibus capram referens, ab ilibus deorsum versus caprinis cruribus insistent ; ventre

ὑπὸ τὸ τῆς Σελήνης καλούμενον ὄρος. Ἐν ᾧ δύο πηγὰς λέγεται ποιεῖν μεγάλας, ἀλλήλων οὐκ ὀλίγον διεστηκυίας κάτωθεν βιαίως ἀναρῶδουμένας. Καὶ διὰ τῆς Αἰθιοπίας ἐνεχθεὶς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον χωρεῖ, διὰ πετρῶν ὑψηλοτάτων καταραττόμενος.

ια'. Ὅτι φησὶν ἅπαν τὸ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον καὶ περὶ τὴν μεσημβρίαν κλίμα, καίτοι πέρα τοῦ μέτρου θαλάπομενον, ὅμως τὰ κράτιστα καὶ μέγιστα φέρειν τῶν ὄσα γῆ καὶ θάλαττα δυνατὴ τρέφειν. Τὰ τε γὰρ κήτη τὰ ὑπερμεγέθη ταῦτη ἐνεῖναι τῇ θαλάττῃ καὶ ἤδη ὤφθη πολλάκις ἐπιπολάσαντα τοῖς τὸν ὠκεανὸν ἐκείνον ναυτιλλομένοις. Ἡ τε γῆ τοὺς ἐλέφαντας ἔχει τοὺς μεγίστους καὶ ὑπερφουεστάτους. Καὶ δὴ καὶ B τοὺς ταυρελέφαντας λεγομένους ὧν τὸ μὲν γένος τὰ μὲν ἄλλα πάντα βοῦς ἐστὶ μέγιστος· τὴν δὲ βύρσαν καὶ τὸ χρώμα ἐλέφας καὶ σχεδὸν εἰπεῖν καὶ τὸ μέγεθος. Καὶ γὰρ εἰς Ῥωμαίους κομισθὲν τὸ ζῶον ἔθεασάμην· καὶ τὸ θέαμα γράφω. Ἀλλὰ καὶ δράκοντες ἐν τούτοις εἰσὶ, πάχος μὲν δοκῶν οὐκ ἐλάττους· τὸ δὲ μήκος εἰς δεκαπέντε παρατεινόμενον ὄργυιᾶς (α)· καὶ γὰρ καὶ τούτων τὰς δορὰς εἰς Ῥωμαίους ἀποκομισθεῖσας εἶδον. Ὅ τε μονόκερως τὸ ζῶον παρ' αὐτοῖς ἐστὶ, τὴν μὲν κεφαλὴν δράκοντος φέρων, κέρασ δὲ σκολιὸν αὐτῷ πέφυκεν, οὗτι σφόδρα μέγα· ὁ δὲ ἀνθερῶν αὐτῷ πύγωνος ὑποπίμπλαται ἅπας. Μακρὸς δὲ ὁ τράχηλος εἰς ὕψος ἀνατεινόμενος, ὀκτῶ δράκοντος ἐγγύτατα παραπλήσιος. Τὸ δὲ ἄλλο σῶμα ἐλάφῳ προσέοικε μᾶλλον· τοὺς δὲ πόδας λέοντος ἔχει· καὶ C ἐστὶ γε αὐτοῦ τὸ ἐκτύπωμα ὄρῃ ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Καὶ δὴ καὶ ἡ καμηλοπάρδαλις τῆς ἐκείνης γέννημα χώρας. Ἡ τὰ μὲν ἄλλα εἰλαφός ἐστὶ μέγιστη· καμῆλου δὲ ὕψος ἐνέδωκε τὸ σῶμα μιμῆσθαι· τὸν μὲντοι αὐχένα μήκιστον, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ λοιποῦ σώματος φέρει εἰς ὕψος ἀνορθούμενον· ἄλλα καὶ τὴν δορὰν ἅπαται ἀπὸ κεφαλῆς ἄκρας ἕως ἐσχάτων ποδῶν παρδάλει μάλιστα τὴν ποικιλίαν (66) προσφερεστάτην ἔχει· καὶ τοὺς ἐμπροσθεν πόδας ὑψηλοτάτους τῶν ὀπίσω. Παρ' αὐτοῖς δὲ ἐστὶ καὶ ὁ λεγόμενος αἰγοπιθήκος, πιθηκός τις ὧν· μυρία γὰρ ἐστὶ γένη πιθήκων. Ἀρκοπιθήκοι γὰρ εἰσὶν ἐν αὐτοῖς, καὶ λεοντοπιθήκοι, καὶ κυνοκέφαλοι· καὶ ἄλλαις πολλῶν ζῶων εἰδέαις (67) τῆς πιθηκείας μορφῆς ἐπιμιγνυμένης. Καὶ δῆλον ταυτὰ ἐστὶ, πολλῶν D εἰς ἡμᾶς κομιζομένων· οἷος δὴ καὶ ὁ πᾶν ἐπικληθεὶς ὑπάρχει, ὃς τὴν κεφαλὴν αἰγοπρόσωπός ἐστι καὶ αἰγόκερως, καὶ ἐκ λαγόνων τὰ κάτω αἰγασκελῆς, τὴν δὲ κοιλίαν καὶ τὸ στέρνον καὶ τὰς χεῖρας

VALESII ANNOTATIONES

(66) *Τῆν ποικιλίαν.* Mallet scribere τῇ ποικιλίᾳ. Paulo post etiam ὑψηλοτέρους lego pro ὑψηλοτάτους.

(67) *Καὶ ἄλλαις πολλῶν ζῶων εἰδέαις.* Non duhito quin scribendum sit, ἄλλαις καὶ ἄλλαις πολλῶν ζῶων εἰδέαις. Id enim longe elegantius.

VARIORUM.

(α) Ὀργυιάς. Orgyia mensuræ genus est, sex continens pedes : ulnam Latini appellant. Pollux exponit spatium quantum protensa hominis utrinque brachia, ab altero summo medio digito ad al-

terum trajecta per pectus longitudine patent. Et sic fere scholiastes in *Oppianum* : Ὀργυιά, ἀπὸ τοῦ ὄρουσ τοῦ ὄρμῳ, καὶ τοῦ γυῖον ἢ χεῖρ' ἢ τῶν χειρῶν ἕκτατις καὶ ὀρεξίς.

καθαρὸς πίθηκος. Ὅν καὶ ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς Κωνσταντῖν ἄπεστάλκει. Τοῦτο δὲ τὸ ζῶον ἐξ ἡμῶν φερόμενον ἄχρι τῆς, ἐν τινι πλέγματι διὰ τὸ θηριώδες εἰργγέμενον. Ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε, ταριχεύσαντες αὐτὸ οἱ κομίζοντες, θεάματος παρασχεῖν ἀσυνήθους εἰκόνα, μέχρι τῆς Κωνσταντινέου διεσώσαντο πόλεως. Καί μοι δοκοῦσι τὸ ζῶον τοῦτο Ἕλληνας πάλαι ἰδεῖν, καὶ ἐκπλαγέντες τῷ ξένῳ τῆς θέας, θεὸν σφίσιν νομίζαι, εἰθισμένον αὐτοῖς τὰ παράδοξα θεοποιεῖν, ὡς περ καὶ τὸν σάτυρον· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο πίθηκος, ἐρυθρὸς τὸ πρόσωπον, καὶ γοργὸς τὴν κίνησιν, καὶ οὐρανὸν ἔχων. Καὶ μὴν καὶ ἡ σφιγξ γένος ἐστὶ πίθηκων· αὐτὸ γὰρ θεασάμενος γράφω. Ἦς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστι ὡς τοῖς λοιποῖς πίθηκοις· τὸ δὲ στέρνον ἄχρι γε αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐψέλωται· μαζοῦς δὲ γυναικῶς ἔχει, ἐρυθροῦ τινος βραχέος χειροειδοῦς ἐπαναστήματος ἅπαν ἐν κύκλῳ τὸ γεγυμνωμένον τοῦ σώματος περιθέοντος, καὶ εἰς πολλὴν τινα εὐπρέπειαν ἀνθρωποφανεῖ ὄντι τῷ ἐν μέσῳ χρώματι, συναρμολοζομένου· τότε πρόσωπον ἐνετρογγύλωται μᾶλλον, καὶ εἰς γυναικείαν ἔλκει μορφήν· ἢ τε φωνὴ ἐπιεικῶς ἀνθρωπεῖα· πλὴν ὕσον οὐκ εἰς ἄρθρα διαιρουμένη, ἀλλὰ τινι ταχέως, καὶ οἷον μετὰ τινος ὀργῆς τε καὶ ἀθηρόδος ἄσθημα ὑποφθεγγόμενη προσεοικυῖα (68). Βαρυτέρα τε μᾶλλον ἐστὶν ὄξυνομένη. Ἄγριόν τε ἐστὶ δεινῶς τὸ θηρίον καὶ πανουργότατον, καὶ οὐδὲ βραδίως τι θασσεύμενον. Ταύτης εἰς θήσας μοι δοκῶ τὰς Βοιωτίας πάλαι κομισθείσης, καὶ τισιν ἰσως τῶν ἐπὶ θέξ συνερῆυκτῶν ἐφαλλομένης, καὶ τοῖς προσωποῖς λυμνηζομένης, δεινὸν ποιησάμενος ὁ Οἰδίπους τὰς τῶν ὀμοφύλων λύσας, καταφονεύσαι τὸ ζῶον, καὶ ὄνομα λαμπρὸν ἐκεῖθεν λαβεῖν. Καὶ αὐτὸν ὁ μῦθος εἰς ἀνδρείαν κοσμοῦν, ὑπόπτερον μὲν τὸ θηρίον ἀναπλάττει, διὰ τὸ ὄξως ἐπιτηδῶν· στέρνον δὲ γυναικῶς ἐφαρμόττει, καὶ τὸ σῶμα λέοντος· γυναικῶς μὲν, διὰ τὸ πρόχειρον τῆς γυμνώσεως, καὶ πρὸς τὸ γυναικεῖον εἶδος ὁμοιώσεως· λέοντος δὲ, διὰ τὸ θηριώδες, καὶ ὅτι κατὰ τὸ πλεῖστον τοῖς τέτταρα· τυγχάνει ποσὶν ἐρειδόμενον. Λόγου δὲ τὸ θηρίον μετέδωκε τὸ πλάσμα, διὰ τὸ τῆς φωνῆς ἀνθρωποειδές· αἰνιγματώδους δὲ, διὰ τὸ ἄσθημα φθέγγεσθαι. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν· πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα σὺνήθεις τοῖς Ἕλλησι πρὸς τὸ μυθώδες διαπλάττειν. Καὶ αὐτὴ δὲ χώρα καὶ θνοὺς ἀγρίους μεγίστους τε τῷ μεγέθει δέξει, καὶ τὴν θορὰν κατὰ τὸ ξενίζον πεποικιλμένους, λευκοῦ σφίσι καὶ μέλανος χρώματος οὐ κατὰ μικρὸν συμποικιλλομένου, ἀλλὰ ζῶναί τινές εἰσιν ὅπου τῆς βράχειος ἐπὶ τὰς πλευρὰς καὶ τὴν κοιλίαν καθήκουσαι· καὶ ἐνταῦθα ἐπισχιζόμεναι, καὶ κατὰ τινος περιφερείας ἀλλήλαις ἐνελιττόμεναι, θαυμαστὴν τινα καὶ ξένην ἀπεργάζονται πλοκὴν καὶ ποικιλίαν. Ἀλλὰ γε δὴ καὶ ὁ φοινῆξ, τὸ πολυθρόλλητον πτηνόν, παρ' αὐτοῖς τυγχάνει γινόμενος. Καὶ μὲν δὴ

A vero et pectore ac manibus, merus simius. Hoc animal rex Indorum dono misit ad imperatorem Constantium. Vixit autem aliquandiu, cum in cavea quadam inclusum ob ferocitatem ferretur. Postquam autem mortuum est, hi qui illud afferbant, sale condierunt, insoliti spectaculi ostentandi causa, et Constantinopolim usque integrum servarunt. Ac mihi quidem videntur Græci istud animal olim vidisse, et spectaculi novitate obstupefacti, deum sibi finxisse, cum solempne eis esset, ex rebus stupendis atque admirandis deos facere, quemadmodum etiam fecerunt in satyro; nam et hic simius est, facie ruber, motu concitus, et caudam habens. Sed et sphinx simiæ genus est; id enim testor quod ipse vidi. Cujus reliquum quidem corpus hirsutum est, sicut cæteris simiis; pectus vero ad cervicem usque glabrum est; mammas vero habet mulieris, totumque corpus qua nudum est, rubra quædam millii speciem referens eminentia, in orbem circuit, et humano colori cutis quæ in medio est, plurimum gratiæ et decoris affert. Facies fere rotunda est, et ad muliebrem formam accedit; vox humanæ ferme similis, nisi quod minime est articulata, sed velut mulieris cujusdam, celeriter et cum ira ac dolore quodam verba minime distincta proferentis. Gravis porro est magis quam acuta. Cæterum hoc animal ferum admodum est et vafrum, nec facile mansuescit. Quod cum Thebas urbem Bœoticiæ olim deportatum fuisset, et in quosdam eorum qui ad spectaculum ejus confluerant, insilisset, vultusque eorum lacerasset, Œdipus civium suorum mutilationes molestas ferens, bestiam interfecit: atque ex ea re, ut mihi quidem videtur, maximam gloriam est consecutus. Cæterum fabulæ, ut fortitudinis laudem conciliet Œdipo, ipsum quidem animal alatum finxit, propterea quod velociter insiliret; eidem vero pectus mulieris et corpus leonis aptavit. Illud quidem ob expositam nuditatem, et ob muliebris formæ similitudinem: hoc vero propter feritatem, et quod ut plurimum quatuor pedibus insisteret. Rationis quoque particeps illud fabulæ finxere, ob similitudinem vocis humanæ; ænigmata vero ab eodem proponi dixerunt, eo quod ignotas voces ac minime distinctas ederet. Neque vero id magnopere mirandum est, cum Græci multa quoque alia in fabulas soleant detorque. Cæterum eadem regio fert etiam asinos agrestes, statura maximos, et pelle mirum in modum variegata, albo ac nigro colore sibi invicem valde permisto: quippe zonas quasdam habent, a spina dorsi ad latera et ad ventrem usque demissas, ibique divisas, quæ per circulos quosdam sibi invicem innexæ, mirabilem quamdam texturam efficiunt ac varietatem. Phœnix item, avis multorum

VALESI ANNOTATIONES

(68) Ὑποφθεγγόμενη προσοικυῖα. Scribendum puto ὑποφθεγγόμενη. Refertur enim ad vocem quæ præcessit, τινί scilicet. Mox legendum existi-

mo Βαρυτέρα τε μᾶλλον ἐστὶν ἢ ὄξυνομένη, addito vocabulo ἢ id est, Vox sphingis gravis magis est quam acuta.

sermone celebrata, apud eos nascitur. Psittacum quoque inde allatum vidi, quod genus avis est loquacissimum, et ad vocis humanæ similitudinem proxime accedens; variegatas præterea ac punctis distinctas aves, quas vulgo garamantidas vocant, nomine eis indito ex gente, ex qua plurimæ ad nos deportantur. Alia denique complura animalia citra controversiam eximia ibi proveniunt, quorum multitudinem recensere præsens narratio reformidat. Sed et auram purissimum illic gignitur, aureis quasi fibris sponte ex ea terra surgentibus, aliisque super alias jacentibus, et auri illius productionem aptam ac manifestam præbentibus. Quin et fructus apud illos pulcherrimi sunt et maximi, ex quibus notissimæ sunt nuces. Universa denique Homeritarum regio usque ad Rubrum mare, duplicem quotannis fructuum proventum reddit. Unde etiam Arabia felix cognominata est; sed et generaliter, omnis ea regio quæ ad orientem solem vergit, reliquis regionibus omni ex parte multum præstat. Paradisus vero, cum totius Orientis præstantissimus ac purissimus sit tractus, et cælum habeat nitidissimum ac pulcherrimum, aquis denique limpidissimis irrigetur, procul dubio totius terrarum orbis cunctis in rebus longe præstantissimus est locus, qui ad solis ortum Oceani fluctibus

καὶ τὴν σιτάκην ἐκείθεν ἴσμεν κομιζομένην, ὃ τῶν δρυῶν ἐστὶ λαλίστατον, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης γλώττης μιμητικώτατον· καὶ τοὺς ποικίλους δὲ καὶ κατασιγεῖς δρυεῖς, οὓς γαράμαντας ἐπικαλοῦσι τινες, ἀπὸ τοῦ ἔθνους οὐ μάλιστα πλείστοι κομίζονται, τὴν ἐπωνυμίαν θέμενοι. Καὶ ἄλλα δὲ πλείστα διαφανῶς ὑπερφύεστατα φύεται, ὧν τὸ πᾶθος ἢ διήγησις ὑποστέλλεται. Ἄλλα καὶ ὁ χρυσὸς ἐνταῦθα γεννᾶται καθαρώτατος, χρυσιτίδων οἶονεὶ τριχῶν αὐτοφυῶν τῆς ἐκείνης γῆς ἀναδιδόμενων, καὶ ἐπ' ἀλλήλοις κειμένων, καὶ ἐπιδηλον αὐτοῦ τὴν γένεσιν παρεχομένων. Καὶ καρποὶ δὲ κάλλιστοι τε καὶ μέγιστοι, ὧν γνώριμα καὶ τὰ κάρυα. Ἄλλα μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ὀμηρίταις κλίμα πᾶν μέχρι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης δις τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναδίδωσι τοὺς καρπούς. Ἐξ οὗ καὶ τὴν χώραν Ἀραβίαν εὐδαίμονα προσηγόρευσαν· καὶ ὅπως ἢ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἅπασα γῆ μακρῶ τῆς ἄλλης ἐν πᾶσι διαφέρει. Ὁ δὲ Παράδεισος, ἀπάσης τῆς ἐφ' ἃς τὸ κράτιστόν τε καὶ καθαρώτατον ὑπάρχων, καὶ τοὺς ἀέρας ἀκραιφνεστάτους καὶ καλλίστους ἔχων, καὶ τοῖς διαφανεστάτοις ὕδασι καταρδόμενος, δῆλον ὡς ἀπαρὰ βλήτῳ ὑπεροχῆ τῆς ἐφ' ἡλίῳ πάσης ἐν πάσῃ τὸ κρείττον φέρει· τῆς ἔξωθεν θαλάσσης κατ' ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον αὐτῷ παρακλυζομένης.

12. *Athanasius Constantis gratia restitutus.* — Añ Philostorgius Athanasium, cum ad occidentaliū partium imperatorem venisset, ejusque palatii proceres, ac præcipue Eustathium comitem rerum privatarum, qui auctoritate plurimum valebat apud principem, donis ac muneribus sibi conciliasset, litteras a Constante ad Constantium attulisse, quarum hæc erant verba: Athanasius ad nos veniens, episcopatum Alexandriæ ad ipsum pertinere manifestis probationibus ostendit. Quare illum per te consequatur, aut certe meis armis eundem recuperabit. Porro his litteris acceptis, ait Constantium episcopus convocasse, ut una cum illis quid facto opus esset deliberaret; eos vero id consilium dedisse Constantio. satius esse ut Alexandria Athanasii jugo minime liberaretur, quam ut bellum adversus fratrem susciperet. Constantium itaque permisisse Athanasio, ut episcopatum reciperet, Georgium vero per epistolam ad se evocasse. Ac Georgius quidem in Cappadociam, ex qua oriundus erat, reversus est, ibique degens privata negotia administravit. Athanasius vero, majore deinceps

ιβ'. Ὅτι, φησὶν, Ἀθανάσιος πρὸς τὸν ἐσπέριον ἀφ' ἰκόμενος βασιλεῖα, καὶ δώρων τοὺς αὐτῷ παραδυναστεύοντας ὑπαγαγὼν ἀφθονίᾳ, μάλιστα δὲ Εὐστάθιον, ὃς κόμησις ἦν τῶν λεγομένων πριουάτων, καὶ τῷ βασιλεῖ πιθανώτατος, ἐπιστολὴν πρὸς Κωνσταντίον (α) κομίζεται, λέγουσαν ὧδε· Ἀθανάσιος ἦκεν ὡς ἡμᾶς, ἑαυτῷ προσήκειν τὴν ἐπισκοπὴν τῆς Ἀλεξανδρείας ἀποδεικνύς. Τυγχάνετω τοίνυν διὰ σοῦ ταύτης, ἐπεὶ τοῖς ἐμοῖς γε αὐτὴν ἀνακτήσεται ὄπλοισι. Δεξιόμενον δὲ τὴν ἐπιστολὴν τὸν Κωνσταντίον, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ κοινωνίᾳ βουλῆς συγκαλέσαντα, γνώμην παρ' αὐτῶν λαθεῖν, ἀμεινον εἶναι μὴ πόλεμον ἀναρβῆξαι τῷ ἀδελφῷ, ἢ τῆς Ἀθανασίου βαρύτητος τὴν Ἀλεξανδρείαν ἀπαλλάξαι. Διὸ καὶ ἐπιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν (69) ἀναλαθεῖν, καὶ τὸν Γεώργιον μετ' ἐπιστολῆς εἰς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι. Ἄλλ' ὁ μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα τὴν Καππαδοκίαν ἀφίκετο, κάκει διῆγε τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπισκοπούμενος. Ὁ δὲ Ἀθανάσιος, μετὰ μεζζονος ἤδη φρονήματος διῶν τὰς πόλεις, καθ' οὓς γίνοντο τῶν ἐπισκόπων, λόγοις αὐτοὺς ἐξεκαλεῖτο πρὸς τὸ ὁμοούσιον· καὶ τοὺς μὲν ἄλλους μὴ προσδέχεται (70). Ἀέτιον δὲ τὸν ἔφορον

VALESII ANNOTATIONES.

(69) Ἐπιέναι αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν. Hunc locum emendavi ex codice Samuelis Bocharti, in quo disertè scriptum habetur ἐπιέναι, optime.

(70) Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους μὴ προσδέχε-

σθαι. Hunc locum non intellexit Gothofredus, sicut ex versione et notis ejus apparet. Putavit enim Philostorgium id dicere, Athanasium, dum per Palæstinam transiret, cunctos episcopos ad consub-

VARIORUM.

 dus, qui hæc Philostorgii verba de Attalo accepit,
 cum de Alarico intelligenda sint. Alaricus enim
 cum in animo haberet pacem inire cum Honorio
 imperatore, Attalum qui huic consilio impedimen-
 tum allaturus videbatur, e medio tollendum esse
 statuit. Neque enim pacem unquam iiturus erat
 cum Alarico Honorius, nisi Attalo prius exaucto-
 rato.

(73) *Μὴ ἀνάξιον.* In manuscripto codice Samue-
 lis Bocharti, ad marginem ascriptum est eadem
 manu; lego μὴ ἂν ἄξιον, vel μὴ ἄξιον. Prior quidem
 emendatio placuit Lucæ Holstenio. Eam enim ad
 latus sui codicis apposuit. Posteriorem tamen ma-
 gis probo.

(74) *Ὡς πολέμιον ἐπελαύνει.* In ms. codice Bo-
 charti scribitur ὑπολέμης ἐπελαύνει τῇ Ῥώμῃ.
 Forte scribendum est ὡς κολέμιος. Nec dubito quin
 Philostorgius ita scriptum reliquerit.

(75) *Ὁ δὲ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἀδελφός.* Post
 hæc verba in ms. quidem codice Jacobi Gothofredi
 deerant novem lineæ, ut ipse Gothofredus testatur.
 Lucas tamen Holstenius in margine sui codicis no-
 tavit, in manuscripto codice Scoriacensi hic lacu-
 nam esse. Verum ex verbis quæ proxime sequun-
 tur, satis apparet, multa hic desiderari. Certe in

manuscripto codice Samuelis Bocharti vacuum spa-
 tium hic relictum est novem linearum, perinde
 atque in codice Gothofredi. Eam lacunam supplere
 conati sumus ex conjectura: de qua velim judi-
 cent eruditi.

(76) *Βαρβαρικῶ γὰρ γένους τοῦ Σαυροματῶν.*
 Hæc de priore Adaulfi uxore intelligenda esse ar-
 bitror, quam Adaulfus repudiavit, ut Placidiam ux-
 orem duceret. Causa autem repudii hic offertur a
 Philostorgio, quod ex barbara gente Sarmatarum
 oriunda esset. Porro ex hac priore conjugè Adaul-
 fus liberos susceperat, quos Sigerichus postea ad
 regnum Gothorum evectus crudeliter interfecit, ut
 narrat Olympiodorus. Non dissimulabo tamen in
 manuscripto exemplari Bocharti scriptum esse χρη-
 ματίζειν αὐτούς. Quam lectionem si sequamur, non
 de uxore Adaulfi hæc erunt intelligenda, sed de
 ipso Adaulfo et de Gothis, quos origine Sarmatas
 fuisse scribit Philostorgius.

(77) *Καὶ συναφθῆναι τότε τῷ ὄστρακίνῳ γένει.*
 Alludit Philostorgius ad somnium illud regis Na-
 buchodonosor, quod refertur in capite secundo
 Danielis, ubi pedes statuæ illius quam in somnis
 vidit Nabuchodonosor, partium ex testa, partium
 ex ferro conflati fuisse dicuntur. Hanc igitur pro-
 phetiam Philostorgius Honorii temporibus bis com-
 pletam esse dicit. Et primo quidem, quando com-
 pleta fuerat, relatum erat in superiore lacuna.
 Iterum vero adimpletam esse subdit, tunc cum
 Adaulfus Gothorum rex Placidiam Honorii sororem
 matrimonio sibi sociavit. Jam igitur divinandum
 nobis est, quando primum completam esse hanc
 Danielis prophetiam scripserit Philostorgius. Olim
 quidem conjeceram, Philostorgium censuisse hæc
 prophetiam primum impletam esse, tunc cum Adaul-

VARIORUM.

(a) Gothofredo astipulatur Pagi ad ann. Chr.
 410, n. 4, 5. Idem locus qui apud Sozomenum
 p. 375, Κλάσσεις appellatur, ut locum feliciter emen-
 davit Cluverius, *Ital. Antiq.* lib. 1, c. 28, ubi vulgo

τὰς Ἄλπεις legitur, nullo sensu. Classis nimirum
 est oppidum in portu Ravennæ situm. In eodem So-
 zomeni loco pro ἐξήκοντα στάδια, idem legit εἰκοσι
 καὶ τρεῖς στάδια. W. Lowth.

copulatam esse ait Philostorgius eum qui ex ferrea stirpe erat oriundus. Neque tunc solum, sed et rursus tunc cum Adaulfus matrimonii jure Placidiam sibi sociavit; tunc enim testacea natura conjuncta est ferreae. Sed quoniam Scriptura dicit non diu permansuram esse eam conjunctionem, idcirco Constantius qui Placidiam adamabat, hanc spem animo conceperat, se, si Adaulfum bello superasset, Placidiam sibi sponsam accepturum esse. Nec multo post Adaulfus, cum multa gravia facinora iracundia ipsum impellente perpetrasset, a quodam domestico suo interficitur. Exinde barbari foedus cum Honorio percusserunt, et Placidiam sororem atque Attalum imperatori Honorio tradiderunt, cum prius ipsi annonas ab imperatore, et partem Galliae ad agros excolendos accepissent.

5. *Roma instaurata.* — *Attali pœna.* Post hæc autem Roma a gravissimis malis paululum respirans, incolis frequentari cœpit. Et imperator cum eo advenisset, manu simul et lingua ædificationem urbis comprobavit. Cumque supra tribunalem ascen-

fus Placidiam sibi despondit uxorem. Sed nunc, re attentius examinata, hæc conjectura non placet: nam sponsalia et nuptiæ, cum ad unam eandemque rem spectent, pro duobus diversis unius prophetie complementis accipi non possunt. Aliud igitur inquiramus necesse est. Proinde existimo Philostorgium in priore illa lacuna scripsisse, prophetiam Danielis primum adimpletam esse, tunc cum Adaulfus Gothorum rex pacem fecit cum Honorio, et relicta Italia in Gallias se recepit. Quod quidem anno Christi 412. factum esse censet Sigonius in libro xi *De imperio occidentali.*

(78) *Τῇ Πλακιδίᾳ συνείπετο.* Scribendum videtur συνήπτετο. In manuscripto codice Samuelis Bocharti ad marginem ascriptum est, ἴσως συνήπτετο. In textu autem scriptum est συνήπτετο. Porro de nuptiis Placidiae et Adaulfi dissentiunt scriptores. Sigonius quidem scribit Adaulfum, cum in locum Alarici, rex Gothorum creatus esset, ante omnia Placidiam sibi despondisse, anno Christi 411; deinde subexitum ejusdem anni, apud forum Cornelii Æmiliae civitatem nuptias cum Placidia celebrasse. In quo Jordanis sententiam sequitur, qui in rebus Geticis idem scribit. Sed Olympiodorus in libro undecimo *Historiae*, et Idatius in *Chronico*, eas nuptias Narbone in Gallia celebratas esse tradunt, anno Christi quadringentesimo duodecimo. Quo quidem tempore alteram Danielis prophetiam impletam esse ait Idatius, qua prædictum erat, filiam regis austri sociandam esse regi aquilonis.

(79) *Τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν.* Post hæc verba suas lineas desiderari in suo codice monuit Gothofredus. Verum in nostris exemplaribus, Scoriacensi videlicet et Bochartiano, desunt octo circiter vel novem lineæ; quas quidem ita commode suppleri posse existimo, τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν εἶναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, τὴν δὲ ἐκ σιδήρου τὸ τῶν Γότθων γένος, μετὰ δὲ ταῦτα Ἀδαούλφου τὰς πρὸς Ῥωμαίους; σπονδὰς διαλύσαντος, Κωνσταντίου στρατηγὸς

δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤνικα πάλιν Ἀδαούλφος γαμικαῖς ὀμιλαῖς τῇ Πλακιδίᾳ συνείπετο (78) τὴν γὰρ ὀστρακίνην φύσιν (79)

Desunt hic novem lineæ.

ἐλπίδας τρέφων, ὡς αὐτὸς καταπολεμήσας Ἀδαούλφον (80-90), τὴν Πλακιδίαν νυμφεύσαιτο. Οὐ πολὺ δὲ τὸ μέσον, καὶ πολλὰ δραματουργήσας, ἐξ ὀργῆς Ἀδαούλφος ὑπὸ τινος τῶν οικειῶν ἀποσφάττεται. Ἐκ τούτου τὸ βάρβαρον πρὸς Ὀνώριον ἐπένδεται, καὶ τὴν οικειῶν ἀδελφὴν, καὶ τὸν Ἄτταλον τῷ βασιλεῖ παρατίθενται αὐτοί, σιτήσεται τε δεξιωθέντες, καὶ μοῖραν τινα τῆς τῶν Γαλατῶν χώρας εἰς γεωργίαν ἀποκλήρωσάμενοι.

B

ε'. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ Ῥώμη τῶν πολλῶν κακῶν ἀνασχούσα συνοικίζεται (a) καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῇ παραγεγονῶς, χειρὶ καὶ γλώττῃ (91) τὸν συνοικισμὸν ἐπεκρῆται. Ὑπὲρ δὲ τοῦ βήματος ἀναβάς, ὁ τὴν πρώτην αὐτῷ βαθμίδα (92) τὸν Ἄτταλον δια-

VALESII ANNOTATIONES.

ἐπέμθη κατ' αὐτοῦ ἐλπίδας τρέφων, etc. Si non eadem verba, hic saltem sensus fuit Philostorgii, quæ Latine reddita ita sonant: *Testam enim Philostorgius ait esse imperium Romanum; ferrum autem esse Gothorum nationem. Post hæc cum Adaulfus pacem quam cum Romanis pepigerat, violasset, Constantius magister militum adversus eum missus est cum exercitu: hanc spem tacite animo fovens, etc.* Ex his patet quantopere falsus fuerit Gothofredus, qui paulo ante pro ὀστρακίνῳ γένει emendavit ὀστρογοθίνῳ. Qua emendatione nihil fingi potest ineptius, cum testa illa, ut supra vidimus, non Gothos designet, sed potius Romanos, eo quod inihelles tunc essent atque infirmi. Adde quod Græcæ dici non potest ὀστρογοθίνῳ. dicendum enim erat, ὀστρογοθηκῶ.

C

(80-90) *Κατὰ πελέμιον Ἀδαούλφον.* Hunc locum emendavi ex manuscripto codice Scoriacensi, qui diserte scriptum habet καταπολεμήσας. In manuscripto codice Samuelis Bocharti legitur κατὰ πολεμίας, et in margine ascriptum est eadem manu, *Lego καταπολεμήσας.*

(91) *Χειρὶ καὶ γλώττῃ.* Quæri merito potest quid significet quod ait Philostorgius, Honorium imperatorem Romam ingressum, manu et lingua instauracionem urbis comprobasse: an per manum intelligit signum ab Honorio datum protenta manu; an potius constitutionem Honorii intelligit, ejus manu subscriptam, qua cives Romanos ad instauranda D urbis mœnia incitabat.

(92) *Ὁ τὴν πρώτην αὐτῷ βαθμίδα.* Holstenius in suo codice notavit, pro ὁ forte scribendum esse ὡς. Et corruptissimam Gothofredi interpretationem restituit hoc modo: *Tribunal vero consensurus, primi gradus loco Attalum conscendendum proposuit.* Ego vero articulum ὁ expungendum censeo, utpote superfluum. Illud quoque in Holstenii versione reprehendit potest, quod verbum ἀναβάς interpretatus est *Tribunal consensurus*, cum tamen Græca vox

VARIORUM.

(a) *Ἡ Ῥώμη συνοικίζεται.* Ita etiam Olympiodorus: *Post Romam a Gothis captam, Albinus urbis præfectus, quod jam eadem ad pristinum rediret stium, scripsit non sufficere præbitam populo partem (sc. frumenti publici quod viritum populo Romano distribuebatur), multitudinem jam aucta civitate, additque uno die numerum initum esse civium qua*

tuordecim millium. Albinus autem hoc anno (416) præfectus urbis fuit, ut liquet ex leg. ult. cod. Theod. *De naviulariis*, qua annonæ urbis Romæ Honorius consuluit, idque occasione suorum Vicenialium. Attali supplicium et exsilium refert Prosper in *Chronico* ad ann. Chr. 418, qui nobis est 416.

διαβαίνει ὑπετίθει (93). . . .

Desunt hic duæ lineæ.

δεξιᾶς χειρὸς ἀπέτεμε τοὺς δύο δακτύλους, ὧν ὁ μὲν (94) ἀντίχειρ·

ὁ δὲ λιχανὸς ἔχει τὴν κλῆσιν· καὶ εἰς Λίπαρον τὴν νῆσον τοῦτον φυγαδεύει (95), μηδενὸς ἄλλου κακοῦ πρὸς πείραν καταστήσας, ἀλλὰ καὶ τὰς εἰς τὸν βίον χρείας παρασχόμενος.

ς'. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (α) Ἰωβιανὸς τε ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσθη (96). Καὶ Σεβαστιανὸς ἀδελφὸς αὐτοῦ ταῖς ἰσοῖς ἐποφθαλμήσας, τὴν Ἰσθμὸν ἔδωκε δίκην (97). Ὁ δ' Ἡρακλειανὸς, μιμησάμενος τούτους, καὶ πλεῖν τῷ τῆς τύχης γέλω (98) ἐπιβὰς, εὐκλεεστέρην ἔσχε τὴν καταστροφὴν, τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης (99). Οὐδὲ ἀκόσμητον ἔξ

A disset, ad primum ejus gradum transire Attalum jussit. Post hæc dextræ manus duos digitos ei abscidit, quorum alter quidem pollex, alter vero index voratur; eumque in insulam Liparam relegavit, nullo alio supplicio eum afficiens, imo cuncta ad vitam necessaria ei subministrans.

6. *Jovianus, Sebastianus, Heraclianus, tyranni.* — Per idem tempus Jovianus adversus imperatorem rebellavit, ac brevi oppressus est. Sebastianus quoque ejus frater, cum paria affectasset, pares etiam pœnas persolvit. Heraclianus vero horum vesaniam imitatus, et ad majus adhuc fortunæ ludibrium eventus, illustriorem exitum sortitus est, divina Pro-

VALESI ANNOTATIONES.

non futurum tempus designet, sed præteritum. Denique verbum διαβαίνει simpliciter positum, significare non potest, *Ad transeundum*, nisi addideris πρὸς τὸ. Porro ingressus Honorii in urbem Romam, et triumphus iste de Attalo contigit, Honorio undecimum, et Theodosio iterum coss. anno Christi quadringentesimo decimo septimo, ut scribit Prosper in *Chronico*.

(93) *Διαβαλεῖν ἐπετίθει*. Holstenius in margine sui codicis annotavit, forte scribendum esse ὑπετίθει. Quam Holstenii emendationem laudo equidem ac probō; sed totum hunc locum longe aliter interpretor quam ille: sic enim verò: *Cumque tribunal conscendisset, ad primum ejus gradum transire Attalum jussit*. Honorius enim cum Romam ingressus esset, præeunte eum Attalo, recta in forum contendit: ubi cum tribunal purpureis gradibus structum conscendisset, Attalum ad primum tribunalis gradum adduci jussit. Illic duos dextræ manus digitos ei jussit abscindi. Lego igitur: *Εἰς πρώτην αὐτοῦ βαθμίδα τὸν Ἀτταλον διαβαλεῖν ἐπετίθει*. Nicephorus in capite tricesimo quinto libri decimi tertii, hunc Philostorgii locum ita expressit: Ἀτταλὸς δὲ ὑπὸ πύδας βήματος προτεθέντος γεγωνὸς Ὀνοῦριου τοὺς δύο τῶν δακτύλων μόνους ἀπαρείπει. Quæ Nicephori verba male Langus interpretatus est hoc modo: *Attalus ad infima tribunalis subsellia positus, ubi se Honorii potestati permisit; postea duobus tantum digitis ei amputatis*, etc. Ego vero ita interpretor: *Extracto tribunal, Attalus pedibus Honorii advolutus, duobus duntaxat digitis amputatis*, etc. Βαθμίδες sunt subsellia, ut docet Simeon Thessalonicensis. Primum igitur subsellium Honorius Attalo posuerat juxta tribunal suum.

(94) *Ἦν ὁ μὲν*. Post hæc verba lineam hic desesse monet Gothofredus. Sed Lucas Holstenius in suo codice hæc ad marginem ascripsit: *In manuscripto Scoriacensi unum tantum vel alterum verbum desesse puto, ἀντίχειρ*. Ita quoque in manuscripto exemplari Samuelis Bocharti.

(95) *Τούτους φυγαδεύει*. Holstenius in suo codice ad marginem hæc notavit: *Τούτων ex Nicephoro legendum apparet. De solo enim Attalo hic loquitur*.

(96) *Ἐπανέστη, εἰς φθορὰν ἀπέσθη*. In manuscripto codice Samuelis Bocharti, hic locus ad marginem suppletur hoc modo: *Ἐπανέστη τῷ βασιλεῖ,*

B καὶ ταχὺ εἰς φθορὰν ἀπέσθη.

(97) *Ἐδωκε δίκην*. Post hæc verba duæ circiter voces deerrant in manuscriptis codicibus Scoriacensi et Bochartiano. Et in codice quidem Bocharti hic locus ad marginem ita suppletur: *Ὁ δὲ..... μιμησάμενος τούτους*, etc. Holstenius vero ita supplet hunc locum: *Ὁ δὲ Ἡρακλειανὸς μιμησάμενος*, etc. Quæ fuit etiam conjectura Gothofredi, cui nos libenter accedimus. Hi enim tres tyranni uno eodemque anno aboliti sunt, Lucio solo consule, qui fuit annus Christi 413, ut scribunt Idatius in *Fastis*, et Prosper in *Chronico*. Heraclianus quidem initio ejus anni, consul processerat; sed postea hostis publicus declaratus, ejusque nomen e *Fastis* expunctum est, ut testatur Prosper. De Heracliani tyrannide loquitur Hieronymus in libro tertio *Adversus Pelagianos*. *Scriptis dudum vir sanctus — eloquens episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub invidia tyrannidis Heracliana, ab hæreticis innocens cæsus est*, etc. De eodem Heracliano intelligenda sunt ejusdem Hieronymi verba in epistola ad Demetriadem: *De servanda virginitate*, ubi de Juliana Demetriadis matre loquitur: *Quæ de medio mari sumantem viderat patriam, et frigili cymbæ salutem suam suorumque commiserat, crudeliora invenit Africæ littora. Excipitur enim ab eo quem nescias utrum avarior an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinum et pretium: et qui sub occasione partium clementissimi principis, sævissimus omnium exstitit tyrannorum*, etc. Et paulo post: *Et miruntur æmuli: virtus enim semper invidiæ patet, cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cum et ille partem dignatus sit accipere, qui totum potuit auferre, et hæc quasi comiti negare non ausa sit, quæ se intelligebat sub nomine privatæ dignitatis tyranno servientem*. Heraclianum intelligit comitem rei militaris per Africam, qui sub nomine comitis diu tyrannidem in Africa exercuit.

(98) *Καὶ πλεῖν τῷ τῆς τύχης γέλω*. Non placet hæc scriptura. Mallem omnino scribere, καὶ πλεῖον, id est, *Longius quam illi, Jovinus scilicet ac Sebastianus, progressus*. Vel, si mavis, *altius sublatus*.

(99) *Τῆς θείας ἐμφανῶς ἐπικηρυττούσης*. Non assentior Jacobo Gothofredo, qui Philostorgium hic loqui censet de divina Scriptura. Atqui fatetur ipsemet Gothofredus, nusquam legi in sacris libris id quod hic dicitur a Philostorgio. Ego vero de divina

VARIORUM.

(a) *Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους*. Oppressi sunt hi tres tyranni anno Chr. 413, ut Pagius asserit: *Jovinus et Sebastianus ab Honorii ducibus Narbonæ. Heraclianus movens exercitum de Africa adversus Honorium, Utricule in Italia in confictu superatus*

effugit in Africam, cæsis in loco supradicto quinquaginta millibus armatorum, Ipse post Carthagine in æde Memoriarum per Honorium percussoribus missis occiditur, inquit Idatius in Fastis.

videntia aperto proclamante, nihil se inordinatum relinquere, nec tyrannis delectari; sed qui legitimum imperatorem defendunt, iis se quoque auxilium præbere.

7. (1) *Theodosius jun. et Pulcheria*. — Mortuo Arcadio, Theodosius ejus filius, admodum puer, orientalis imperii successor declaratur. Degebat cum eo in palatio Pulcheria ejus soror, imperiales subscriptiones administrans ac dirigens.

8. *Sol deficit. Siccitas. Fulgor*. — Cum Theodosius adolescentiæ annos jam ingressus esset, die XIX mensis Julii, circa octavam diei horani, sol tantopere defecit, ut stellæ quoque visæ fuerint, tantaque siccitas hunc solis defectum secuta est, ut multorum hominum ac brutorum animalium insueta mortalitas ubique terrarum grassata sit. Porro eo tempore quo sol defecit, fulgor quidam in cælo apparuit, conii similitudinem referens: quem nonnulli præ imperitia cometam vocarunt. In iis enim quæ fulgor ille nobis ostendit, nihil erat simile cometæ; nam neque in comam desinebat lux illa, neque ullam omnino stellæ speciem præferbat; sed velut lampadis cujusdam ingens flamma per se ipsam subsistens videbatur, nulla subtile stella ellychnii speciem præferente. Sed et motus ejus longe diversus fuit a motu cometarum; motu enim primum ab ortu solis æquinociali, inde ultimam stellam in

A (2), οὐδὲ χαίρει τοῖς τυραννοῦσιν· ἀλλ' οἷς ὁ κατὰ θεσμὸν βασιλεὺς ἀρμολογεῖ, τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαράττεται (3).

ζ'. Ὅτι τελευτήσαντος Ἀρκαδίου, διάδοχος τῆς ἐφίας ἀρχῆς κομιδῆ νέος ὢν Θεοδοσίος ὁ παῖς, ἀναδείκνυται. Συνῆν δ' αὐτῷ καὶ Πουλχερία ἡ ἀδελφὴ, τὰς βασιλικὰς σημεῖώσεις (4) ὑπηρετουμένη καὶ διευθύνουσα.

η'. Ὅτι Θεοδοσίου τῆς τῶν μειρακίων ἡλικίας (α) ἐπιβεβηκότος, καὶ τοῦ μηνὸς Ἰουλίου εἰς ἐννέα ἐπιδεκάτη διαβαίνοντος, περὶ ὀγδόην τῆς ἡμέρας ὦραν, ὁ ἥλιος οὕτω βαθέως ἐκλείπει, ὡς καὶ ἀστέρας ἀναλάμψαι· καὶ αὐχμὸς οὕτω τῷ πάθει (5) συνείπεται, ὡς πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζῶων ἀσυνήθη φθορὰν πανταχοῦ φέρεσθαι. Ἐκλείποντι δὲ τῷ ἡλίῳ, φέγγος τι κατὰ τὴν οὐρανὸν συνανεφάνη, κίνου σχῆμα παραδύμενον (6), ὃ τινες ἐξ ἀμαθίας ἀστέρα κομήτην ἐκάλουν. Καὶ γὰρ ὢν ἐκεῖνος εἰδείκνυ, οὐδὲν ἦν κομήτας παράσημον (7)· οὔτε γὰρ τὸ φέγγος εἰς κόμην ἀπέδα· νεν, οὔτε ἀστέρι ὄλος ἐφύκει· ἀλλ' οἷον λύχνου τις μεγάλη φλῆξ ὑπῆρχε καθ' ἐαυτὴν ὀρωμένη, μηδενὸς ἀστέρος θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφῆν (8) ὑποτρέχοντος. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ κινήσει παρήλλαττε· καὶ γὰρ κινήθεις ὄθεν ὁ ἥλιος κατὰ ἰσημερινὰν ἀνίσχει, ἐκείθεν τὸν κατὰ τῆς οὐρᾶς ἄρκτου τεταγμένον ἔσχατον ἀστέρα ὑπερενεγκῶν ἡρέμα

VALESII ANNOTATIONES.

justitia ac providentia hunc locum intelligendum esse affirmo, ut ex sequentibus manifeste colligitur. Itaque post vocem ἐπιχειροῦσας, addendum est omnino προνοίας, vel potius δίχης.

(1) Soz. l. ix, c. 1.

(2) Οὐδὲ ἀκόσμητον ἐᾷ. In manuscripto codice Samuelis Bocharti, ad marginem ascriptum est eadem manu: *Deest* ὅτι τὴν ἔννομον βασιλείαν οὐδέ, etc. Id est, *Divina providentia clare pronuntiante, se legitimum imperium, ne quidem male ordinatum, deserere*. Quæ conjectura, sive Bocharti sive alterius cujuspiam, profecto non displicet. Posset etiam emendari ac suppleri locus hoc modo: Ὅτι οὐδὲν ἀκόσμητον ἐᾷ.

(3) Τούτῳ καὶ αὐτὴ συμπαράττεται. Scribendum est τούτοις, ut patet ex præcedentibus. Atque ita in margine codicis Bochartiani ex conjectura emendatum inveni.

(4) Τὰς βασιλικὰς σημεῖώσεις. Jacobus Gothofredus *imperiales dispositiones* interpretatur. Ego vero *adnotationes* malim vertere. Nam σημεῖώσεις proprie adnotationem significat, ut jampridem monui in adnotationibus Eusebianis. Porro Annotationes dicebantur olim rescripta principum et jussiones. Interdum etiam a sacris pragmaticis et edictis distinguuntur, ut docet Brissotius in Lexico. Sic in Notitia imperii Romani, ubi officium Consularis Palæstinæ describitur: *Exceptores*, inquit, *habet et cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam, sine adnotatione clementiæ principalis*. Ita quoque in officio præsidis Thebaidos, in actione prima Chalcedonensis concilii, pag. 98, hæc leguntur: *Idem devotissimus exceptor dixit: Est in*

recitata prece etiam divina adnotatio sacratissimi et piissimi imperatoris. In Græco θεία ὑποσημείωσις. Post hæc recitatur adnotatio principis, quæ subjecta erat libello precum Eutychie his verbis: *Depo- nant apud reverendissimos episcopos, etc.*; in pag. autem 116 actionis primæ ejusdem concilii, sacra subnotatio dicitur ἡ θεία ὑποσημείωσις.

(5) Αὐχμὸς οὕτω τῷ πάθει συνείπετο. Lego αὐχμὸς τοσούτος τῷ πάθει συνείπετο, ut scribitur apud Nicephorum, in cap. 36 libri xiii.

(6) Κίνου σχῆμα παραδύμενον. Sic etiam scribitur apud Nicephorum in loco supra citato, ubi Langus interpretatur, *coni seu metæ similitudinem gerens*. Certe hoc verbum raro admodum legere memini. Vide Suidam in παραδύομαι.

(7) Οὐδὲν ἦν κομήτας παράσημον. In manuscripto Scoriaciensi legitur κομήτης, quemadmodum etiam legitur in Nicephoro. Melius tamen scriberetur οὐδὲν ἦν κομήταις παραπλήσιον.

(8) Θρυαλλίδος αὐτῷ τινος μορφῆν. Male hunc locum Langus interpretatus est hoc modo: *Nec radii ejus aliqui stellæ cujusquam formam subiere*. Interpretationem Langi compilavit, ut solet, Jacobus Gothofredus. Atqui non id dicit Philostorgius. Sed ait flammam illam instar cujusdam magnæ lampadis per se solam apparuisse, nullo subtile astro, instar ellychnii, subsistente. Quid sit θρυαλλίς docent glossæ Græco-Latinæ: θρυαλλίς, fumus. Ubi fumus, idem est quod Græce φῶμος. Suidas φῶμος, inquit, βοτάνη ἢ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρώνται. Eadem fere habet Hesychius: φῶμος, αἶτ, πᾶς τις ἢ καὶ ἀντὶ ἐλλυχνίου χρώνται. Ἡ αὐτὴ δὲ καὶ θρυαλλίς.

VARIORUM.

(α) Θεοδοσίον τῆς τῶν μειρακίων ἡλικίας. Omnes consentiunt solis eclipsin nox memoratam contigisse, Honorio XII et Theodosio VIII coss. qui

fuit annus Domini 418. Ergo Theodosius, qui natus fuit a. D. 401, ingressus est annum ætatis decimum octavum. *Gothofred.*

προϋδινε πορευόμενος ἐπὶ δυσμάς. Ἐπει δὲ διεμέ-
τρει τὸν οὐρανὸν, ἀφανῆς ἦν, πλείους τεσσάρων μη-
τῶν ἐξανυσθείσης αὐτῷ τῆς πορείας. Ἡ δὲ κορυφὴ
τοῦ φέγγους, νῦν μὲν εἰς μῆκος μέγα ὤξυνετο, ὡς
ἐκβαίνειν τοὺς τοῦ κῶνου λόγους· νῦν δὲ πρὸς τὸ
ἐκείνου μέτρον συνεστέλλετο. Καὶ ἄλλα δὲ παρῆχε
τερατώδη θεάματα, δι' ὧν τῆς τῶν συνήθων φασμά-
των ἐξηλλάττετο φύσεως. Ἦρξατο δὲ ἀπὸ μέσου θέ-
ρους σχεδὸν τε μέχρι τῆς τοῦ μετοπίου τελευτῆς.
Γέγονε δὲ ἄρα καὶ τοῦτο σημεῖον πολέμων μεγάλων,
καὶ φθορᾶς ἀνθρώπων οὐ βῆτης. Τῷ δὲ ἐξῆς ἔτει
ἤρξαντο σεισμοί, οὐ βῆτους ὄντες τοῖς προλαβοῦσι πα-
ραβαλεῖν. Τοῖς δὲ σεισμοῖς καὶ πῦρ οὐρανὸθεν συγκα-
ταβῆγγνύμενον, πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας περιέκοπτε-
τλ. ἦν γε φθορὰν ἀνθρώπων οὐκ ἐνεργάσατο. Ἄλλ'
ἡ θεία εὐμένεια πνεῦμα σφοδρὸν καθίεσα, καὶ τὸ
πῦρ πανταχόθεν περιέλασσα, κατὰ τῆς θαλάσσης
ἀπέβριψε. Καὶ ἦν ἰδεῖν ξένων θέαν, τῶν κυμάτων ἐπὶ
πλείστον (9) ὡσπερ τινῶν λασίων χωρίων τῷ πυρὶ
καταφλεγόμενον, ἄχρι τελείως τὸ φλέγον ἐναπέσθη
τῷ πελάγει.

θ'. Ὅτι κατὰ πολλοὺς τόπους τῶν σεισμῶν γενομέ-
νων, ὠφθησαν ὄροφαὶ οἰκῶν ἀπ' ἀλλήλων μετὰ μεγά-
λων πατάγων καὶ ἀβραγμῶν (10-1) διαστᾶσαι, ὡς καὶ
τοὺς ἔνδον παρατυχόντας καθαρῶς τῆ ὕψει τὸν οὐρα-
νὸν ὑποβάλλειν. Καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην διάστασιν,
οὕτω πάλιν ἀρμολογεῖται τε καὶ συναφθεῖσθαι, ὡς μη-
δεμίαν αἰσθησὶν τοῦ νεωτερισθέντος μηδὲν παρα-
σχεῖν. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο πάθος, καὶ περὶ τὰ ἐδάφη
πλλαχού συνηνέχθη. Καὶ γὰρ σιτοβολῶν (2) τοὺς
κάτωθεν οἰκοῦντας ἀπέπνιξαν, τὸν σῖτον αὐτοῖς ἀθρόον
ἐπιχεάμενοι διὰ τῶν πάλων (3)· καὶ πάλιν οὕτω παρ-
έσχον τὸ ἔδαφος ἠρμολογούμενον, ὡς ἐξαπορεῖν ἅπαντας
πόθεν ὁ φονεὺς ἀπεβρύχθη σῖτος (4). Καὶ ἄλλα δὲ τοιοῦ-
τότροπα πάθη τμηκαῦτα ἐνεωχμῶθη, δεικνύντα μὴ
φυσικῆ τινὶ ταῦτα προελθεῖν ἀκολουθίᾳ, ὡς Ἑλλή-
νων παῖδες ληροῦσιν, ἀλλὰ θείας ἀγανακτῆσεως μά-
στιγας ἐπαφῆθησαν.

VALESII ANNOTATIONES.

(9) Ἐπὶ πλείστον. Non probo interpretationem
Langi, qui totum hunc locum ita vertit : *Et videre
erat spectaculum novum, fluctus ipsos perinde ac re-
giones quasdam marinas plurimum igni ardere.* Go-
thofredus vero interpretationem Langi ita interpo-
lavit : *Et videre erat mirum spectaculum, procellus
et plurimum velut regiones quasdam marinas igni
ardentes.* Atqui ἐπὶ πλείστον significat diuturno tem-
pore, vel certe, per longissimum spatium. Aut enim
subauditur χρόνον, αὐτὸ τόπον. Præterea verba illa
ὡσπερ λασίων χωρίων, non sunt regiones marinæ,
ut Langus interpretatus est; sed potius loca frui-
tiosa, ut Holstenius ad latus sui codicis adnotavit.

(10-1) Καὶ ἀβραγμῶν. Sic etiam excusum est apud
Nicephorum : magis tamen placet scriptura codicis
Bochartiani, ἀραγμῶν, per simplex ρ.

(2) Καὶ γὰρ σιτοβολῶν. Scribe meo periculo σι-
τοβολῶνες, id est, horrea. Sychius: Σιτοβολῶνες
ἔρα. Ubi ἄρα vox est Latina horrea. Σιτοβολῶνες
leguntur etiam apud Suidam in voce Σιτοβολῶν.
Ubi Suidas notat utrumque dici, σιτοβόλια scilicet
et σιτοβολῶνας de horris seu apothecis. Certe in
Glossis Græco-Latinis legitur: Σιτοβόλιον, granarium.

ΠΑΤΡΟΒ. GR. LXV.

A cauda Ursæ sitam transgressa, paulatim ad occa-
sum processit. Postquam vero universum cælum
perimensa est, tandem disparuit, cum cursus ejus
plus quam quatuor menses durasset. Porro ejus
vertex, nunc quidem in magnam longitudinem
acuebatur, adeo ut conii modum ac mensuram exce-
deret; nunc vero ad conii mensuram redibat. Alias
præterea prodigiosas species oculis subjecit, quæ a
vulgarium signorum natura illam differre ostende-
bant. Cœpit autem a media æstate, et ad exitum
ferme autumnii perseveravit. Fuitque signum gra-
vium bellorum et mortalitatis hominum incredibili-
s. Insequenti anno terræ motus cœpere, qui cum
superioribus haud facile conferri possint. Simul
autem cum terræ motibus ignis quoque e cælo de-
missus, omnem salutis spem præcluserit; nullam
tamen hominibus cladem intulit. Divina enim beni-
gnitas, immisso vehementi vento cum ignem undi-
que fugasset, in mare tandem projecit. Et videre
erat novum quoddam spectaculum, maris videlicet
fluctus quasi saltus quosdam ac silvas, diuturno
tempore conflagrare, donec flamma penitus in mari
extincta esset.

9. Porro multis in locis cum terra movisset, visa
sunt ædium culmina magno cum fragore ac sonitu
disrumpi, adeo ut ii qui intra domos erant, cælum
ipsum oculis suis cernerent. Post hujusmodi autem
divulsionem ita rursus juncta et compaginata sunt,
ut nullum ejus rei quæ acciderat, indicium relin-
queretur. Idem quoque pavimentum ædium accidit
diversis in locis. Nam et horrea eos qui sub ipsis
habitabant oppresserunt, frumenti acervum ipsis
superfundentia per subitos hiatus: ac rursus solum
ita coaluit, ut cuncti ambigerent undenam frumen-
tum illud lethale defluisset. Alii præterea hujusmodi
casus novi atque insueti eo tempore contigerunt,
qui quidem manifestissime ostendebant, non natu-
rali modo atque ordine ista evenire, ut gentiles falso
opinantur; sed divinæ indignationis flagella in ho-
mines immissa esse.

Male igitur in Nicephoro excusum est καὶ τινες τῶν
σιτοβολῶν pro σιτοβολῶνων. Auctor Vitæ B. Athana-
sii δημοστους σιτοβολῶνας vocat publica horrea. Uti-
tur etiam hac voce Palladius in Lausiaca, ubi de
Severiano. Et Philo, in libro v Mechanicorum, ubi
docet quomodo construendi sint σιτοβολῶνες, si ma-
terix copia desit.

(3) Διὰ τῶν πάλων. In Nicephoro legitur διὰ τῶν
πάτων. Ubi Langus interpretatur per rimas paten-
tes. Langi interpretationem secutus est suo more
Gothofredus. Ego vero pabulata malim vertere, πά-
τος enim pavimentum significat, ut docent Glossæ
Græco-Latinæ. Πάτοι igitur hoc loco sunt tabulata,
quæ nos plancaria Gallice appellamus: quæ cum
terræ motu divulsa fuissent, per ea frumentum quod
erat in horreis, effundebatur in eos qui subius habi-
tabant. Certe quod Philostorgius hoc loco πάλων
seu πάτων dixit, statim appellat ἔδαφος.

(4) Ἀπεβρύχθη σῖτος. In manuscripto codice Sa-
muelis Bocharti legitur ἀπεβρύκει, et ad marginem
hæc notata sunt: In manuscripto oblitteratum est τὸ
xii.

10. *Unde factum quod terra moveatur.*—Idem Philostorgius variis argumentis ostendere conatur, terræ motus neque ex inundatione aquarum fieri, neque ventorum vi intra sinus terræ inclusorum, nec rursus ex aliqua terræ inclinatione, sed sola Dei voluntate accidere ad conversionem et emendationem peccatorum. Atque ista se constanter asseverare, propterea quod neutrum ex supradictis elementis ejusmodi casus vi naturali perficere potest. Quod si Deus ita voluerit, vel minima gutta e cælo delapsa, vel nix levissima Olympum Macedoniæ, aut alium quempiam ex altissimis montibus, facillime movere possit : quando quidem videmus, Deum sæpenumero his rebus usum esse ad emendationem generis humani. Nam et Rubrum mare cum facile posset subito discindere, austro violento prius illud verberans atque impellens, ita demum divisit : non quod ulla hujusmodi virtus in austro insita sit a natura : sed quod divina vis ad voluntatem suam exsequendam eo usa fuerit. Sed et virga percutiens, fontes aquarum elicit ex petra. Et Jordanis fluentia lepram sanarunt : non quod eorum natura ista operari valeat, sed quia Creator singulas creaturas ad eum quem voluerit usum transmutandi, plenam atque omnimodam habeat potestatem.

11. *Lucianus Constantinopoli novæ sectæ auctor.*—Post mortem Eudoxii, qui Constantinopoli Eunomianorum sectæ præfuerat, Lucianus sororis Eunomii filius in ejus locum substituitur. Hunc porro aiunt, cum in avaritiam et cognata vitia prolapsus esset, pœnamque ob id metueret, a reliquorum quidem Eunomianorum secta sese abruptisse ; propriæ vero factionis principem exstitisse, nec contemnendæ multitudini præfuisse, cum improbi omnes et diversis vitiis implicati ad eum confluisissent.

12. *Constantii breve imperium* (5).—Honorius imperator Constantium magistrum militum ob affinitatis honorem ad consortium imperii ascivit, cum Placidia Valentinianum ei filium jam peperisset : cui quidem Valentiniano Honorius nobilissimi dignitatem tribuit. Constantii igitur imagines, ut moris erat eorum qui recens ad imperium promoti erant, missæ sunt in Orientem. Sed Theodosius, cum nuncupationem augustam Constantii improbaret, imagines ejus non admisit. Cumque Constantius ob hanc contumeliam sese ad bellum pararet, mors superveniens, vita simul et curis eum liberavit, cum imperasset mensibus sex.

13. *Honorii obitus. Joannes tyrannus. Ardaburius. Aspar* (6).—Consulatu imperatoris Theodosii decimo et Honorii tertiodecimo, idem Honorius

10. 'Οτι διαφόροις ἐπιχειρήμασι κατασκευάζειν πειράται, τοὺς σεισμοὺς μήτε διὰ πλημμύραν ὑδάτων συνίστασθαι, μήτε πνευμάτων ἐναπταλαμθανομένων τοῖς κόλποις τῆς γῆς· ἀλλὰ μὴδὲ γῆς τινος ὄλης παρεγκλίσει· μόνη δὲ τῆ θείᾳ γνώμῃ, πρὸς ἐπιστροφήν καὶ διόρθωσιν τῶν ἀμαρτανομένων. Καὶ ταῦτά φησιν ἰσχυρίζομενον λέγειν, διότι τὰ τηλικαῦτα πάθη μὴ δύναται μηδέτερον τῶν εἰρημμένων στοιχείων κατὰ φυσικὴν ἀποτελεῖν δύναμιν. Ἐπεὶ Θεοῦ γε βουληθέντος, καὶ ψεκτὴς ἡ σμικροτάτη προσπεσοῦσα καὶ νειφὰς ἡ κουφοτάτη, τὸν Ὀλυμπον τῆς Μακεδονίας, ἣ τι ἄλλο τῶν μεγίστων ὀρών κινήσειεν ἂν βραδίως. Ἐπεὶ καὶ φαίνεται πολλάκις τὸ Θεῖον ἐπὶ παιδείᾳ τῶν ἀνθρώπων, τούτοις χρώμενον. Τὴν τε γὰρ Ἐρυθρὰν θάλασσαν, βῆρον ὃν ἀθρόον διασπῆσαι, νότῳ βιαίῳ πρότερον μαστιγώσας καὶ συνωθίσας, οὕτω διέστῃσεν, τῆ τοῦ νότου φύσει μηδεμίᾳ δυνάμειως τοιαύτης ἐγκαθιδρομένης, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν βοήθης ὑπερφωῶς αὐτῷ χρησαμένης πρὸς τὸ οἰκεῖον βούλημα. Καὶ βράδως δὲ πηγὰς ἐκ πέτρας ναμάτων πλήττουσα προχέει· καὶ Ἰορδάνου βεῖθρα καθαίρουσι λέπραν, οὗ τῆς φύσεως αὐτῶν ταῦτα δρᾶν ἐνδυναμούσης, τοῦ δὲ πλάστου μεταπλάττειν ἕκαστον τῶν δημιουργημάτων πρὸς ἣν ἂν ἐθέλοι χρεῖαν, πολλὴν καὶ ἀκώλυτον ἔχοντος τὴν ἐξουσίαν.

11. 'Οτι μετὰ θάνατον Εὐδοξίου (α), ὃς τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Εὐνομιανῆς συναγωγῆς ὑπηρχε (β), Λουκιανὸς ἀντικαθίσταται, παῖς ὢν ἀδελφῆς Εὐνομίου. Τοῦτον δὲ φασιν εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ τὰ συγγενῆ κατολισθήσαντα πάθη, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῆς ὑφορώμενον δίκην, ἀποσχίσει μὲν τῆς ἄλλης Εὐνομιανῶν μοίρας· ἰδίας δὲ συμμορίας ἀρχηγὸν ἑαυτὸν ἀναδείξει, καὶ συντάγματος οὐκ εὐκαταφρονήτου ἔρξει· πάντων τῶν ἐπιβόητων τε καὶ ποικίλοις πάθεσι καθωπλισμένων πρὸς αὐτὸν ἀπεβρύχκωτων.

12. 'Οτι Ὀνώριος ὁ βασιλεὺς Κωνσταντίον τὸν στρατηγὸν κατὰ τιμὴν τοῦ κήδους εἰς τὸ τῆς βασιλείας προσλαμβάνεται σκηπτρον· ἤδη καὶ παῖδα Οὐαλεντινιανὸν τῆς Πλακιδίας αὐτῷ γειναμένης· ἣ καὶ τὴν τοῦ ἐπιφανεστάτου περιήψεν ὁ Ὀνώριος ἀξίαν. Αἱ δὲ τοῦ Κωνσταντίου εἰκόνες, ὡς ἔθος ἦν τοῖς ἄρτι παρελθοῦσιν εἰς βασιλείαν πράττειν, ἀναπέμπονται πρὸς τὴν ἑώραν. Ἄλλ' ὃ γε Θεοδόσιος οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἀναβῆσσει, οὐ προσέτεο ταῦτα. Καὶ δὲ Κωνσταντίῳ παρασκευαζομένῳ διὰ τὴν ὕβριν ἐπὶ πόλεμον, καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῶν φροντίδων ἐπιπέτας ὁ θάνατος τὴν ἀπαλλαγὴν παρέχει, βασιλεύσαντι μηνῶς ἕξ.

13. 'Οτι ἐν ὑπατείᾳ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τὸ δέκατον, καὶ Ὀνώριον τὸ τρισκαίδέκατον, αὐτὸς Ὀνώριος ὑδέρῳ τελευτᾷ. Καὶ Ἰωάννης τυραννίδι ἐπιβή-

VALESII ANNOTATIONES.

(5) Socr. lib. vii, cap. 24.

(6) Socr. lib. vii, cap. 23.

VARIORUM.

(a) *Μετὰ θάνατον Εὐδοξίου.* Hæc refert Gothofredus anno 420, quando Eunomiani procul Constantinopoli abacti sunt. Anno quippe 415, conventus eorum in urbe inhibuerat Theodosius sub pœna

deportationis domusque proscriptionis. *d. lib. LVIII, Cod. Theod. de hæreticis* : quod observavit idem Gothofredus.

(b) Ἰγπήρχε. Legendum ἐπιήρχε. *W. Lowth.*

μενος, διαπρεσβεύεται πρὸς Θεοδοσίον· ἀπράκτου δὲ τῆς πρεσβείας γεγεννημένης, καὶ οἱ πρέσβεις ὕβρισθέντες, ἄλλος ἀλλαγῆ κατὰ τὴν Προποντιδα φυγῆ προειμῆθησαν. Τὴν μέντοι Πλακιδίαν καὶ τὸν τρίτον (Ὀυαλεντιανὸν (μετὰ γὰρ Κωνσταντίνου θάνατον, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἀνεκομίσθησαν) ἀποστελλεῖ πρὸς Θεσσαλονικὴν Θεοδοσίος. Κάκει τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν (7), Ἀρδαβουρίῳ τῷ στρατηγῷ, καὶ τῷ τοῦτου υἱῷ Ἄσπαρι τὴν κατὰ τοῦ τυράννου στρατηγίαν ἐχειρίσας. Οὗ δὲ καὶ συνεπαγόμενοι Πλακιδίαν τε καὶ Ὀυαλεντιανὸν, καὶ τοὺς τε Παλονας καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς διαλάσαντες, τὰς Σάλωνας, πόλιν τῆς Δαλματίας, ἀναιροῦσι κατὰ κράτος (8). Ἐντεῦθεν ὁ μὲν Ἀρδαβούριος νηϊτῆ στόλῳ κατὰ τοῦ τυράννου χωρεῖ. Ὁ δὲ Ἄσπαρ τὴν ἱππικὴν δύναμιν συλλαβῶν, καὶ τῷ τάξει τῆς ἐφόδου κλέψας τὰς αἰσθήσεις, τῆς Ἀκυληίας μεγάλῃς πόλεως ἐγκρατὴς γίνεταί, συνόντων αὐτῷ Ὀυαλεντιανοῦ καὶ Πλακιδίας. Ἄλλ' ὁ μὲν οὕτω τὴν μεγάλην ἀταλαιπώρως παρεστήσατο. Τὸν δὲ Ἀρδαβούριον βίαιον ἀπολαβὸν πνεῦμα, σὺν δυσὶν ἐτέραις τριήρεσιν εἰς χεῖρας ἄγει τοῦ τυράννου. Ὁ δὲ πρὸς σπονδὰς ἀφορῶν, φιλανθρώπως ἐκέχρητο τῷ Ἀρδαβουρίῳ. Καὶ πολλῆς οὕτως ἀπολαύων τῆς ἀδείας, τοὺς ἀποστρατήγους (α) τοῦ τυράννου (9), ἤδη καὶ αὐτοὺς ὑποκεκνημένους, τὴν ἐπιβουλὴν κρατύνει τὴν κατὰ τοῦ τυράννου· καὶ σημαίνει Ἄσπαρι τῷ παιδί παραγενέσθαι, ὡς ἐφ' ἑτοίμῳ τῷ κατορθώματι. Τοῦ δὲ θάττον σὺν τῷ ἱππότη στρατῷ παραγεγονότος, καὶ μάχης τινὸς συβραγείσης, συλλαμβάνεται ὁ Ἰωάννης τῆ τῶν ἀμφ' αὐτὸν προδοσίᾳ, καὶ πρὸς Πλακιδίαν καὶ Ὀυαλεντιανὸν εἰς Ἀκυληίαν ἐκπέμπεται· κάκει τὴν δεξιὰν προδιατηθεῖς (10), εἶτα καὶ τῆς κεφαλῆς ἀποτέμενεται, ἕνα τυραννήσας ἐπὶ τῷ ἡμίσει ἐνιαυτόν. Τότε καὶ βασιλεῖα ὁ Θεοδοσίος τὸν Ὀυαλεντιανὸν ἀποστελλας ἀναγορεύει.

ιδ'. Ὅτι Ἀέτιος ὁ ὑποστράτηγος Ἰωάννου τοῦ τυράννου, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τῆς ἐκείνου τελευτῆς, βαρβάρους ἄγων μισθωτοὺς εἰς ἕξι χιλιάδας παραγίνεταί· καὶ συμπλοκῆς αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ τὸν Ἄσπαρα γεγεννημένης, φόνος ἐκατέρωθεν ἐβρύθη πολὺς. Ἐπειτα σπονδὰς ὁ Ἀέτιος τίθεται πρὸς Πλακιδίαν καὶ Ὀυαλεντιανὸν, καὶ τὴν τοῦ κόμητος ἀξίαν λαμβάνει· καὶ οἱ βάρβαροι χρυσίῳ καταθέμενοι τὴν

aquæ intercitis morbo interiit. Joannes vero cum tyrannidem arripuisset, legationem misit ad Theodosium; sed re infecta, legati insuper contumelia affecti, alius alio per Propontidem relegati sunt. Placidiam vero et Valentinianum tertium, qui post obitum Honorii Byzantium profugerant, Theodosius Thessalonicam misit. Illic patrueli suo Cæsaris dignitatem concessit, et Ardaburio magistro militum ejusque filio Aspari, belli adversus tyrannum administrationem commisit. Hi Placidiam et Valentinianum secum ducentes, cum Pannoniam et Illyricum pertransissent, Salonas urbem Dalmatiæ vi ceperunt. Post hæc Ardaburius quidem cum navalibus copiis contra tyrannum profectus est. Aspar vero, assumptis secum equestribus copiis, et impressionis inopinæ celeritate suspicionem præveniens, Aquileiam urbem maximam occupavit, Placidia et Valentiniano ipsum comitantibus. Et hic quidem maximam civitatem absque ullo negotio cepit. Ardaburium vero violentus quidam ventus excipiens, una cum duabus triremibus in manus tyranni detulit. Ille de sædere ineundo cogitans, Ardaburium humaniter excepit. Qui cum maxima libertate frueretur, ductores tyranni, qui jam ad defectionem propensi erant, contra tyrannum animavit. Simul Aspari filio per litteras significavit, ut tanquam ad paratam victoriam adesset. Qui cum celeriter adventasset una cum equestribus copiis, consorto levi prælio captus est Joannes, proditione eorum qui circa ipsum erant, et Aquileiam ad Placidiam et Valentinianum deducitur. Illic dextra manu prius amputata, postea etiam capite truncatus est, cum per unum ac dimidium annum tyrannidem exercuisset. Tum vero Theodosius Valentinianum Romanam missum, imperatorem renuntiavit.

14. *Aetius comes factus.* — Aetius unus ex ducibus Joannis tyranni, tertio post ejus obitum die supervenit, barbaros adducens mercede conductos, ad sexaginta fere hominum millia; commissoque inter ipsum et Asparis exercitum prælio, multi ex utraque parte ceciderunt. Posthæc Aetius foedus iniit cum Placidia et Valentiniano, et comitis dignitatem accepit; barbari vero auro accepto, iram atque ar-

VALESII ANNOTATIONES.

(7) Τῷ ἀνεψιῷ παρατίθησιν. Scribendum est περιτίθησιν. Quem errorem jam supra non semel castigavi.

(8) Σάλωνας... ἀναιροῦσι κατὰ κράτος. Manuscripti quidem codices nihil variant. Nihilominus tamen scribendum est αἰροῦσι, quemadmodum legitur apud Nicephorum in lib. xiv, c. 7.

(9) Τοὺς ἀποστρατήγους τοῦ τυράννου. Gothofredus interpretatur exauctoratos a tyranno. Quod nullo modo probare possum. Neque enim Philostorgius hic loquitur de iis quos tyrannus exauctorave-

rat; sed de ducibus qui sub illo militabant. Adde quod ἀποστράτηγος Græce non dicitur. Proinde non dubito quin scribendum sit hoc loco ὑποστρατήγους. In manuscripto codice Bocharti legitur ἀποστρατηγούς accentu in ultima. Et in margine ascriptum est eadem manu, ἴσως ὑποστρατηγούς.

(10) Τὴν... προδιατηθεῖς. Apud Nicephorum hic locus ita legitur, τὴν χεῖρα πρώτων διατηθεῖς, etc. In ms. codice Samuelis Bocharti ad marginem ita ascriptum inveni: *Deest vocabulum, forte γλώτταν.*

VARIORUM.

(α) Ὑποστρατήγους. Deest vox ad sensum perficiendum. W. Lowth.

ma aeposuerunt, et obsidibus datis fideque vicissim accepta in proprias sedes reversi sunt.

Α ὀργὴν καὶ τὰ ὄπλα, ἡμέρους τε δόντες, καὶ τὰ πιστὰ λαβόντες, εἰς τὰ οἰκεία ἤθη (α) ἀπεχώρησαν.

Finis excerptorum Ecclesiasticæ Historiæ Philostorgii.

Τέλος τῶν ἐκλογῶν τοῦ παρόντος βιβλίου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Φιλοστοργίου.

(a) *Eiς τὰ οἰκεία ἤθη. Videtur legendum ἔθνη. W. Lowth.*

SUPPLEMENTA PHILOSTORGIANA.

De Josepho, Phlegonte et Dione, ex Suida in voce Φλέγων.

Philostorgius ait ea, quæ circa Judæos acciderunt, pluribus et copiosius exsecutum esse Justum; Phlegontem vero et Dionem breviter meminisse, eaque velut obiter *Historiæ suæ* indidisse. Cæterum eorum quæ ad pietatem aliasque virtutes ducunt, neque ille curam ullo modo gessisse dignoscitur, quemadmodum neque hi. Contra vero Josephus et reformidanti similis est caventique, ne Græcos offendat.

Β Τούτου Φλέγωνός φησι Φιλοστόργιος Ἰουστον (11) τὰ κατὰ τοὺς Ἰουδαίους συμπέσοντα διὰ πλείονος ἐπεξελοῦν τοῦ πλάτους· Φλέγωνος καὶ Δίωνος βραχέως ἐπιμνησθέντων, καὶ παρενθήκην αὐτὰ τοῦ ἰδίου λόγου ποιησαμένων. Ἐπεὶ τῶν γε εἰς εὐσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐλκόντων, οὐδ' ὅτι οὐκ οὐδ' οὕτως δείκνυται πεφροντικῶς, ὅνπερ οὐδ' ἐκείνοι τρόπον. Τοῦναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος, καὶ δεδοικότε ἔοικα καὶ εὐλαβοῦμένω ὡς μὴ προσκρούσειεν Ἕλλησι.

De Eusebio Nicomediensi, et Theophilo Indo. Ex uno e sex prioribus libris, referente Photio in Biblioth. n. 40.

Quod vero ad miracula attinet vitamque, Eusebium Nicomediæ (quem et Magnum appellat) et Theophilum Indum, aliosque plures extollit.

Ἐν τεραστίοις δὲ καὶ βίω Εὐσέβιον τῆς Νικομηδείας, ὃν καὶ μέγαν ἀποκαλεῖ, καὶ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν καὶ ἄλλους πλείονας ἐξαίρει.

De his qui ab Ario steterunt in synodo Nicæna, ex Niceta in Thesaurο orthodoxæ fidei, lib. v, cap. 7 in fin.

Cæterum (ut Philostorgius primo *Historiæ suæ* libro auctor est) ab Ario in synodo Nicæna steterunt hi, quorum nomina subsequuntur episcopi: ex superiore quidem Libya Sentianus Boræi, Dachius Beronices, Secundus Theuchirorum, Zopyrus Barces, Secundus alius Ptolemaidis, Theon Marmaricæ; ex Thebis Ægyptiis Melitius; ex Palæstina Patrophilus Scythopoleos, Eusebius Cæsariensis, qui Pamphili dictus est; ex Phœnicia Paulinus Tyri, Amphion Sigidonis; ex Cilicia Narcissus Irenopoleos, Athanasius Anazarbi, Tarcodimatus Ægon; ex Cappadocia Leontius, Longianus et Eulalius; ex Ponto, Basilius Amasizæ, Melitius Sebastopoleos; ex Bithýnia, Theognis Nicææ, Maris Chalcedoniæ, Eusebius Nicomediæ, Magnus quidem cognomine, qui Luciano martyri familiaris fuerat, miraculisque clarus, ut qui vel maxime: ex quo etiam Magni cognomen adeptus erat.

De subscriptionum varietate in concilio Nicæno, ex Niceta in Thesaurο orthodoxæ fidei, lib. v, c. 8.

Philostorgius, sub *finem libri primi*, auctor est, eorum qui Nicæna fidei subscripserant, alios quidem e chirographorum suorum regione ὁμοουσιῶν dictionem ascripsisse, alios vero ab Eusebio instructos blasphemam ὁμοουσιῶν vocem loco ὁμοουσιῶν supposuisse, præter Secundum et Theonam, qui etiam una cum Ario ejusque presbyteris in Illyricum relegati sunt.

De Pœnitentia quorundam Arianorum, quod concilio Nicæno subscripsissent: quod refert Nicetas in Thesaurο orthodoxæ fidei, lib. v, c. 8.

Philostorgius *initio libri secundi*, scribit Eusebium, Theognin et Marin, eorum quæ subscripserant pœnitundine ductos ad imperatorem venisse, hisque apud eum verbis usos: *Iniqui, imperator, in eo sumus,*

VALESII ANNOTATIONES.

(11) *Ἰουστον*. Ita correxi ex conjectura. Nam in *Lexico Suidæ*, ex quo hic Philostorgii locus descriptus est, hodie legitur *Ἰσοῦν*. Certe scriptoris historici nomen prorsus hic desideratur. Aut igitur Justus nomen hic substituendum est, aut Josepi. Quæ sequuntur Philostorgii verba, id potius suadere nobis videntur, ut Josepi nomen substituamus. Sequitur enim, *Τοῦναντίον μὲν οὖν ὁ Ἰώσηπος*, etc. Ex quibus verbis colligitur, paulo antea sermonem fuisse de

C Josepo. Eligat itaque studiosus lector utrum voluerit. Porro hoc fragmentum Philostorgii depromptum est ex proœmio ejus *Historiarum*. Quo in loco Philostorgius scriptores omnes historiæ sacræ commemorabat. Ac primo quidem Mosem, deinde scriptorem historiæ Machabæorum recensebat: postremo loco Justum ac Josephum rerum Judaicarum scriptores referebat.

quod tui metu percussis impietati subscripserimus. Ex quo factum sit, ut imperator exandescens eos in Galatias seu Gallias occiduas relegarit, et Arianos sua quemque patria excedere jusserit.

De Paulino ep. Antiocheno facto : quod refert Nicetas in Thesaurο orthod. fid., lib. v. c. 9.

Solus Philostorgius libro *Historiarum* secundo, Paulinum Tyro Antiochiam translatum (in locum Eustathii) auctor est.

De Aetio et Eunomio, ex uno e sex prioribus ejus libris, referente Photio in Biblioth. n. 40.

Ἐξαίρει δὲ ἐν μὲν λόγοις μάλιστα Ἀέτιον καὶ Εὐ- A νόμιον, μόνους ἀνακαθάραι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγμα-
τα τῷ χρόνῳ συγχεωσμένα τερατευόμενος.

Extollit vero in sermonibus maxime Aetium et Eunomium, falso asserens, eos solos repurgasse pietatis dogmata tempore contaminata.

De Acacio Cæsareæ Pal. ep., apud Photium in Biblioth. n. 40.

Κατηγορεῖ δὲ Ἀκακίου μάλιστα τοῦ Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπισκοπήσαντος δεινότητά τε ἀνυπέροβητον καὶ κακουργίαν ἄμαχον, μεθ' ὧν καὶ πάντων φησὶ κατισχύσαι τῶν τε ὁμοφρόνων δοκούντων, εἰς ἔχθραν δὲ τινα καταστάντων, καὶ τῶν τάναντία θρησκευόντων.

Reprehendit vero Acacii maxime Cæsareæ Palæstinæ episcopi vim dicendi intolerabilem et versutiam inexpugnabilem, quibus eum artibus oppressisse ait præ omnibus tam eos qui idem sentire videntur, odio tamen quodam divisos, quam contraria in religione sentientes.

De Aetio, ex Photii Biblioth. n. 40.

Ἱστορεῖ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀρείου περὶ τὴν αἴρσιν σπουδῆς τε καὶ κατάρξεως, μέχρι τῆς Ἀετίου τοῦ δυσσεβεστάτου ἀνακλήσεως. Οὗτος δὲ ὁ Ἀέτιος παρ' αὐτῶν μὲν τῶν συναιρεισιωτῶν, διὰ τὸ κάκιστους ὑπερβάλλεσθαι τῇ δυσσεβείᾳ, ὡς αὐτὸς οὗτος καὶ μὴ βουλόμενος ἱστορεῖ, τῆς διακονίας καθήρεθη ὑπὸ δὲ τοῦ δυσσεβεστάτου Ἰουλιανοῦ ἀνεκλήθη τε καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώθη.

Narrandi porro initium fecit ab Arii in hæresin studio et initio, ad Aetii impiissimi revocationem usque. Hic vero Aetius a cohæreticis ipsis, quod ipsos impietate superaret, ut hic ipsemet etiam invitus narrat, diaconatu submotus; ab impiissimo vero Juliano revocatus et humanissime exceptus fuit.

De Basilio, ex Photii Biblioth. n. 40.

Βασιλείου δὲ τοῦ μεγάλου ἐπεχείρησεν ὑφᾶναι μῶμον, δι' οὗ λαμπρότερον ἐδειξε. Τὴν μὲν γὰρ ἰσχύον καὶ τὸ κάλλος τῆς ἐν τοῖς πανηγύρεσιν ὁμιλίας ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐνεργείας ἐδιάσθη συμφθέξασθαι ἠρασὺν δ' αὐτὸν ὁ δειλάιος ἀποκαλεῖ, καὶ ἀντιλογικῶν λόγων ἀπειρον, ὅτι, φησιν, ἀπέστλ- C
μησεν Εὐνομίου ταῖς συγγραφαῖς ἀντιτάξασθαι.

Basilio vero Magno calumniam texere ausus est qua illustriorem eum reddidit. Vim enim et venustatem sermonis in concionibus, ipsa rei evidentia fateri coactus est. Temerarium tamen ipsum homo futilis appellat, nec in refutando exercitatum, eo quod, ut ait, Eunomii libris respondere ausus est.

De Leontio ep. Tripolis, apud Suidam in Λεόντιος.

Τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσεταιρίζεται ὁ κακόφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ, ὡς ὁμοφρόνα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης.

Hunc vero Leontium sibi vindicat improbus Philostorgius in libro . . . velut consentientem Arianae suae improbitati.

De Jordane, et de Paneade, quod habet Joannes Antiochensis περὶ ἀρχαιολογίας ἀπὸ τῆς ἱστορίας Φιλοστοργίου.

Ἐπ' ἐσχάτοις τῆς Παλαιστίνης τέρμασι, μεθ' ἣν ἡ τῶν Φοινίκων ἐκδέχεται, κεῖται πόλις Δάν ὀνομασθεῖσα πρότερον ἐκ τῆς τοῦ Δάν φυλῆς, ὁπηνίκα χρόνον ἐπ' οὐκ ὀλίγον οὗτοι δὴ μόνου τοῦ παντὸς ἔθνους πλανώμενοι, τελευταῖον τὰ ταύτη κατασχόντες χωρία, μόγις ἰδρύνθησαν, καὶ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἄκροις αὐτῶν ὄρεσι δειμάμενοι, τὴν τοῦ Φυλάρχου σφῶν ἐπέθηκαν κλησιν. Καὶ τοῦτο ἦν τῆς Ἰουδαίας ὁ ἔσχατος πρὸς Φοινίκην ὄρος. Ταύτην χρόνῳ ὕστερον Ἡρώδης ὁ μέγας οἰκοδομήσας, Καισάρειαν Φιλίππου μετωνόμασε· νῦν δὲ Πανεάς ἐστὶ καλουμένη. Τὸ γὰρ Πανδὸς ἐν ταύτῃ βρέτας στησάμενοι, εἰς τοῦτο τὴν τῆς πόλεως ἔτρεψαν προσηγορίαν. Ἐν ταύτῃ τῇ Πανεάδι τῶν τοῦ Ἰορδάνου πηγῶν ἡ ἑτέρα τίκτεται, δυσὶν οὐσῶν, Δάν ἐκ τοῦ παλαιοῦ ὀνόματος ἔτι καὶ νῦν ὀνομαζομένη· τὴν γὰρ ἑτέραν, ἕτις Ἰὸρ ἐπικαλεῖται, πόρ-

Ad extremos Palæstinæ fines, postquam Phœnicia excipit, sita est urbs quæ Dan prius vocabatur de tribu Dan : quo tempore eoque laud parvo hi soli totius gentis errantes, tandem locis illis occupatis vix et ægre consederunt, urbemque ad extremos eorum fines ædificantes, Phylarchi ipsorum nomen indiderunt. Hicque ultimus erat Judææ Phœniciam versus terminus. Hanc cum Herodes Magnus posterioribus temporibus ædificasset, mutato nomine Cæsaream Philippi vocavit ; nunc vero Paneas vocatur. Cum enim Panis in ea simulacrum positum fuisset, nomen istud urbs illa accepit. In hac Paneade alter e duobus Jordanis fontibus oritur (duo enim fontes sunt) qui Dan etiamnum ex veteri nomine vocatur ; alterum vero qui Jor nominatur, procul ab illo stadiis circiter 160, collis quidam ex

eodem monte profundit. Ex utroque horum effunditur fluvius hic quidem Jorates, sicut ille Danites vocatur. Qui per montem delati, ubi in plana descenderint, inde jam confluunt, maximumque fluvium efficiunt Jordanem. Qui exinde et aquas et nomen utriusque in unum commiscens, per lacum Tiberiadis transit, medium eum secans, perque totum cum proprio alveo fluens, quoad usque ad oppositam continentem perveniat; sibi ipsi æqualis semper ac similis. Inde jam per Palestinam labens, totus in mare quod Mortuum dicitur illapsus exstinguitur. Venit hinc etiam Palaestina, ubi in mare quod Mortuum dicitur illapsus exstinguitur. Venit hinc etiam Palaestina, ubi in mare quod Mortuum dicitur illapsus exstinguitur.

De Apollinario, Basilio. et Gregorio Nazianzeno. quod ipsissimis Philostorgii verbis recitatis habet Suidas tribus locis, in v. Ἀπολλινάριος, Βασίλειος, Γρηγόριος.

Apollinarius enim illis temporibus floruit Laodiceæ Syriæ, et Basilius Cæsareæ Cappadociæ, et Gregorius Nazianzi : est vero locus hic statio ejusdem Cappadociæ. Tres vero viri isti tunc hominibus propugnabant, adversus heteroousion, longe superantes omnes qui prius, et quique deinceps ad meam ætatem usque illi hæresi præfuerunt; adeo ut præ iis Athanasius puer judicaretur : nam et in eo doctrinæ genere quod externum (seu profanum) dicitur, plurimum hi profecerant : et sacrarum Scripturarum, quæcunque ad lectionem et promptam memoriam conferebant, magnam notitiam habebant, et inter eos maxime Apollinarius : hic enim Hebraicam etiam linguam intelligere poterat. Quin et unusquisque eorum in suo singuli genere plurimum stylo valebant : Apollinarius scilicet dicendi genere quod commentationibus est aptissimum, longe præstabat; Basilius vero in genere panegyrico splendidissimus erat. At Gregorii cum utroque comparati oratio, sublimiorem in descriptione locum obtinuit. Etenim Apollinario erat uberius in dicendo, Basilio vero gravior. Cum autem isti tanta dicendi et scribendi et facultate præditi essent, non minus etiam mores præ se tulerunt ad alliciendam ad sui spectaculum multitudinem aptos : adeo ut eos a quibus conspicerentur, et apud quos verba facerent, et quæcunque scripta ederent, omnino pertraherent in sui communionem, quotquot quavis istarum rationum facile capi poterant.

VALESII ANNOTATIONES.

(12) Ὡς ἐξ ἑκατέρας. Pessime hunc locum Joannis Antiocheni verterat Jacobus Gothofredus : cujus nos versionem hoc loco emendavimus. Sic enim interpretatus est : *E quo utrinque effunditur fluvius ; cum vertendum esset, ex utroque horum fontium profuit annis : alter Jorates, alter Danites dictus.* Non animadvertit scilicet Gothofredus subaudien-

δωθεν αὐτῆς ὡς ἀπὸ σταδίων ρς' κολωνός τις τοῦ αὐτοῦ προησιν δρους. Ὡς ἐξ ἑκατέρας (12) προχέται ποταμὸς, ὁ μὲν Ἰοράτης, ὁ δὲ Δανίτης ἐπικαλούμενος· οἱ δὲ τὸν ἕρως ἐνεχθέντες ἐπειδὴ καταβαλεῖν εἰς τὸ πεδίον, ἐνταῦθα ἦδη ξυλάσιν, καὶ ἓνα μέγιστον ἀποτελοῦσι ποταμὸν, τὸν Ἰορδάνην. Ἐν ταυτῷ ἦδη τὸ τε ρεῦμα καὶ τὴν προστιγορίαν κιννάμενος, τὴν τῆς Τιβεριάδος διέξεισι λίμνην, μέσην τέμνων αὐτὴν, καὶ δι' ὅλης αὐτῆς ἐν τῷ οἰκείῳ ὄλκῳ ρεόμενος (13) μέχρις ἂν ἐπὶ τὴν κατέναντι ἐκπεράσσει γῆν, ἴσος αὐτὸς ἐκτυφῶ καὶ παραπλήσιος ὢν· κἀντεῦθεν Νεκρὰν καλουμένην εἰσπεσὼν ἀφανίζεται θάλασσαν.

Ἀπολλινάριος γὰρ ἤματι κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐν τῇ Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, καὶ Βασίλειος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, καὶ Γρηγόριος ἐν τῇ Ναζιανζῷ· σταθμὸς δὲ οὗτος ὁ τόπος ἐστὶ τῆς αὐτῆς Καππαδοκίας. Τρεῖς δὲ οὗτοι ἄνδρες τότε τοῦ ὁμοουσιῶν προὔμαχον κατὰ τοῦ ἑτεροουσιῶν, μακρῶ πάντας παρενεχόντες τοὺς πρότερον καὶ ὑστερον ἄλλοις ἐμοῦ τῆς αἰρέσεως προστάτας· ὡς παῖδα παρ' αὐτοῖς· κριθῆναι τὸν Ἀθανάσιον. Τῆς τε γὰρ ἐξωθεν καλουμένης παιδεύσεως ἐπὶ πλείστον οὗτοι προεπλήθεισαν, καὶ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ὅποσα εἰς ἀνάγνωσιν καὶ τὴν πρόχειρον μνήμην ἐτέλει, πολλὴν εἶχον τὴν ἐμπειρίαν· καὶ μάλιστα γὰρ αὐτῶν ὁ Ἀπολλινάριος· οὗτος γὰρ δὴ καὶ τῆς Ἑβραϊδὸς διαλέκτου ἐπαλεῖν οἶός τε ἦν. Καὶ μὴν καὶ συγγράφειν ἕκαστος ἐς τὸν αὐτοῦ τρόπον ἦν ἰκανώτατος· τῷ μὲν γὰρ Ἀπολλινάριῳ τὸ ὑπομνηματικὸν εἶδος τῆς λέξεως, μακρῶ ἔριστα εἶχε· Βασίλειος δὲ πανηγυρίσαι λαμπρότατος ἦν. Τῷ δὲ γὰρ Γρηγορίῳ, καὶ παρ' ἀμφοτέροις ἐξεταζομένοις, μείζω βάσιν εἰς συγγραφὴν εἶχεν ὁ λόγος. Καὶ ἦν εἰπεῖν Ἀπολλινάριου μὲν ἀδρότερος, Βασιλείου δὲ σταθερώτερος. Τοσαύτης δὲ αὐτοῖς ἐν τῷ λέγειν καὶ γράφειν δυνάμει οὔσης, καὶ τὸ ἦθος οὐδὲν ἤττον οἱ ἄνδρες παρεῖχοντο πρὸς τὴν τῶν πολλῶν θέαν ἐπαγωγότατον· ὥστε καὶ οἱ ῥώοντο, καὶ οἱ ἔλεγον, καὶ ὅποσα γράφοντες διεδίδουσαν, διὰ πάντων ἦρουν εἰς τὴν ἑαυτῶν κοινωνίαν τοὺς καθ' ὅτιον αὐτῶν εὐχερέστερον ἀλίσκεσθαι δυναμένους.

D dum hic esse nomen πηγῶν.

(13) Ἐν τῷ ... ὄρκῳ ρεόμενος. Unius litteræ mutatione locum hunc sanavi hoc modo : τῷ οἰκείῳ ὄλκῳ. Emendationem nostram confirmant Suidas et Hesychius, qui ὄλκον viam et tractum seu impetum fluminis significare scribunt. Facessat igitur conjectura Gothofredi.

FRAGMENTA PHILOSTORGHII.

Ex Suida in voce Ἀγαπητός.

Ἀγαπητός ἐπίσκοπος Συνάδων, ὃν ἐν ἐπαύλῳ πολλῶν εἴθεται. Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου (14), καὶ θαυμάτων αὐτοῦ ἐξαισίῳν μνήμην ποιεῖται, ὁρῶν μεταστάσεις καὶ ποταμῶν, καὶ νεκρῶν ἐγῶσεις· καὶ ὅτι στρατιώτην ὄντα ἐβουλήθη Μαξιμίνοσ ὡς Χριστιανὸν ἀποκτείνειν, διὰ τὸ πυνθάνεσθαι πολλοὺς τὰ παρ' αὐτοῦ τελούμενα ὑπεραγαμένους.

Agapetus Synadorum episcopus, quem multis laudibus exornat Eusebius Pamphili, et miracula ejus inusitata commemorat atque insolita; montes ac fluvios alium in locum translatos, mortuos ad vitam suscitatos. Ait etiam imperatorem Maximinum, eum adhuc militem, utpote Christianum, interficere voluisse, propterea quod comperisset multos, operum quæ ab Agapeto fiebant admiratione captos, relicto gentilium cultu ad Christianam fidem transire (15).

Ex Suida in voce Ἀέτιος.

Ἀέτιος ἐξ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, διδάσκαλος Εὐνομίου, ἀπὸ πενιχρῶν καὶ εὐτελῶν γονέων τυγχάνων. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῷ τῶν ἐν στρατιᾷ δυσπραγέστερος ἐνελεγεμένων γενόμενος, ἐτεθνήκει κομιδῇ παῖδα τοῦτον ἀφείξ. Αὐτὸς δὲ εἰς ἔσχατον ἀπορίας ἦκων, ἐπὶ χρυσοχοίαν ἐχώρησεν, ἀκρότατός τε ἐγένετο. Ἐπεὶ δὲ ἡ φύσις αὐτῷ μειζρόνων ὠρέγετο μαθημάτων, πρὸς λογικὰς θεωρίας ἐτρέπετο. Καὶ δῆτα συγκρίνεται Παυλίῳ, ἀρτίως ἀπὸ Τύρου εἰς Ἀντιόχειαν ἀφικομένῳ ἔτι κατὰ τοὺς Κωνσταντινοῦ χρόνους. Τοῦτου ἡκρόατο, πολλὴν ἐπιεικῶς φαίνων τῆς ἀσεβείας τὴν βίωμην (α) εἰς τὰς πρὸς τοὺς διαφορομένους ζητήσεις· καὶ οὐχ ὑπόστατος ἦδη τοῖς πολλοῖς ἦν. Ἐπεὶ δὲ Παυλῖνος ἐτεθνήκει, Εὐλαλίου τρίτου καὶ εἰκοστοῦ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος τὸν θρόνον, πολλοὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀετίου ἐλεγχομένων, δεινὸν ποιησάμενοι πρὸς ἀνδρὸς δημιουργοῦ καὶ νέου κατὰ κράτος ἐλαύνεσθαι, συστάντες ἐξήλασαν αὐτὸν τῆς Ἀντιοχείας. Ἐξελθεὶς δὲ εἰς Ἀνάζαρθον ἀφικνεῖται. Ὁ δὲ, ἤδη τάχιστα δυνάμεως πάσης πιπλάμενος, μείζους ἀεὶ τῶν διδομένων ἀφορμῶν εἰσέφερε τοὺς καρπούς. Ὁ δὲ οὐδὲν ἐπαύετο, τοὺς μὲν διελέγων, φαύλω; δὲ ἀμπισχόμενος, καὶ ὡς ἐτυχε ζῶν.
menta atque institutiones quas ab aliis acceperat. Interim vero reprehendere alios et confutare non desistebat; ipse vili pallio tectus, et tenui ac paupertino utens victu (16).

Aetius magister Eunomii, ortus ex urbe Syria Antiochia, parentibus egenis ac vilissimis. Pater ejus cohortali militiae ascriptus, cum adversa fortuna usus esset, fato functus est, relicto isto admodum puero. Qui ad summam egestatem redactus, aurificinam exercere instituit, et ad summam hujus artis perfectionem evasit. Sed quoniam ejus indoles ad altiores disciplinas aspirabat, ad logicæ studia animum applicuit. Ac primum quidem auditor fuit Paulini, qui paulo ante ex urbe Tyro Antiochiam translatus fuerat, Constantino etiam tum imperium gubernante. Hunc cum audiret Aetius, non mediocre vim ingenii ostendebat, in quaestionibus adversus eos quibuscum disputabat; jamque ejus impetus a plerisque haudquaquam sustineri poterat. Mortuo deinde Paulino, cum Eulalius tertio ac vicesimo loco post apostolos sedem Antiochenam regendam suscepisset, multi ex iis qui ab Aetio convicti fuerant, ægre ferentes quod ab opifce et adolescente victi ac profligati essent, conspiratione facta, eum Antiochia expulerunt. Ejectus igitur Aetius Anazarbum se contulit. Cumque vim omnem ac facultatem brevi admodum tempore percepisset, majores semper edebat fructus, quam erant elementa. Interim vero reprehendere alios et confutare non desistebat; ipse vili pallio tectus, et tenui ac paupertino utens victu (16).

Ex Suida in voce Αὐξέντιος.

Αὐξέντιος Μοψουεστίας ἐπίσκοπος· ὃς ἦν τῶν ὁμολογητῶν ὀνομαζομένων. Ἦν δὲ ἐκ τῶν ἐπιφανῶς τῷ βασιλεῖ Λικινίῳ στρατευσαμένων, τῶν ὑπογραφῶν τοῦτου γενόμενος, οὗς δὴ Νοταρίους Ῥωμαῖοι κα-

Auxentius episcopus Mopsuestiae, unus ex confessoribus. Fuit hic ex numero eorum qui in palatio imperatoris Licinii splendide militabant, ejus scilicet exceptor quos Romani notarios vocant.

VALESH ANNOTATIONES.

(14) Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. Hic memoriae vitio lapsus est Suidas, qui Eusebium posuit pro Philostorgio. Agapeti enim Synnadorum episcopi in *Historia ecclesiastica* nusquam meminit Eusebius Cæsariensis. Ejus autem mentionem facit Philostor-

gius in libro II, capite 2, ubi eadem fere leguntur quæ apud Suidam.

(15) Vide Philost. lib. II, in cap. 2.

(16) Vide Philost. lib. III, cap. 15.

VARIORUM.

(α) Πολλὴν — τῆς ἀσεβείας τὴν βίωμην. Vertendum, non mediocre impietatis vim. W. Lowth.

Porro ejus confessio hujusmodi fuit. In quodam atrio imperialis palatii erat fons, et supra fontem Bacchi statua, et magna circumquaque vitis quæ universum illum locum tectum atque opacum efficiebat. Eo cum Licinius avocandi animi causa venisset, tum Auxentio ipso, tum aliis pluribus ex ejus palatio ipsum sectantibus; in vitem oculos conjiciens, uvam quamdam conspexit inusitatae magnitudinis ac venustatis, ex palmitibus dependentem. Hanc Auxentio jussit ut abscinderet. Ille statim arrepto cultro quem feminalibus appensum gestabat, uvam exsecuit nihil suspicatus. Tunc Licinius ad eum conversus: Pone, inquit, hanc uvam ad pedes Bacchi. Ad hæc Auxentius: Nequaquam, o imperator, respondit; Christianus enim sum. Quo audito, Licinius dixit: Abi igitur solutus militia; duorum enim alterum abs te fieri necesse est. Tum vero Auxentius nihil cunctatus balteum deposuit, atque ut erat discinctus, libenti animo e palatio excessit. Nec multo post episcopi eum Mopsuestia antistitem ordinarunt. Hujus frater natu minor fuit Theodorus, vir qui Athenis rhetoricam didicerat. Qui quidem et ipse postea episcopatum Tarsensem sortitus est. Et enim Aetius cum antea ipse per se, et Eunomium ipsum et alios qui majoris meriti erant, docere solitus esset, postquam Eunomium ad docendi munus promovit, eum deinceps magistrum pro se ac doctorem esse voluit, tum aliorum, tum eorum præcipue qui perfectiore doctrina et institutione indigebant; nam ipse quidem ad principia atque elementa aliis tradenda præstantissimus erat. Eunomius vero ad elementa quæ tradita fuerant, excolenda ac promovenda, et ad interpretandum perspicue simul atque magnifice, longe illo præstantior habebatur (17).

Ex Suida in voce Εὐδόξιος

Eudoxius episcopus Antiochiæ, ex Arabisso miræ Armeniæ oppido oriundus. Pater ejus Cæsarius, Maximino imperium administrante, martyrii coronam reportaverat, licet prius voluptatibus addictior visus fuisset. Verum prioris vitæ maculas martyrii sui cruore studuit eluere. Nam cum utrumque ei pedem sex maximis clavis carnifices transfixissent, eum in rogum conjecerunt; sed quoniam ad ignem properans confestim exspiraverat, cadaver ejus semustum adhuc et integrum propinqui cum e rogo sustulissent, in agro quodam qui Subel dicitur deposuerunt (18).

VALESII ANNOTATIONES.

(17) Vide Philost. in lib. v, cap. 2.

(18) Vid. Philost. lib. iv, c. 4.

(19) Καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι. Hoc insigne fragmentum, ex Philostorgii *Historia* descriptum esse, multis argumentis convinci potest. Nam et locutio plane Philostorgium redolet: verbi gratia, ἔφοροι hoc loco dicuntur episcopi. Quod quidem alibi quam apud Philostorgium difficile reperias. Præterea quæ sub finem adduntur de Aetio et de Eunomio, perspicue indicant fragmenti hujus auctorem esse Philostorgium. Quis enim alius hæreticorum illorum dotes ac laudes tam ambitiose commemoraret?

(20) Τὸν τε Εὐδόξιον αὐτόν. Procul dubio scri-

λοῦσι. Τὸ δὲ τῆς ὁμολογίας τοίνυν γεγονός εἶδος ἦν ἐν τινὶ τῆς βασιλικῆς ἐστίας αὐτῆς κρήνῃ τε ὕδατος, καὶ ἐπ' αὐτῇ Διονύσου ἀγαλαμα, καὶ ἄμπελος μεγάλη περιχειμένη, καὶ σκιερὸν ἐπικεικῶς καὶ συνηρεφῆ τὸν ἅπαντα τόπον ἐργαζομένη. Ἐνταῦθα ὁ Λικίνιος κατὰ πρόφασιν ἀπαγωγῆς ἀφικόμενος, τοῦ τε Αὐξεντίου αὐτῶ καὶ ἄλλων πολλῶν ἐκ τῆς θεραπείας παρεπομένων, εἰς τὴν ἄμπελον ἀνιδῶν, ἐθεάσατο βότρυον ὠραῖον τινα καὶ μέγαν, τῶν κλημάτων ἀπαυρούμενον. Τοῦτον προσέταξε τῷ Αὐξεντίῳ τεμῆν. Ὁ δὲ αὐτίκα, τὸ προσρητημένον τὰς ἀναξυρίσιν αὐτοῦ μαχαίριον ἀφελόμενος, ἔτεμε μὲν ὑπεϊδόμενος. Ὁ οὖν Λικίνιος πρὸς αὐτὸν, Θεὸς τοίνυν τὸν βότρυον, ἔφη, πρὸς τοῖς τοῦ Διονύσου ποσίν. Ὁ δὲ, Μὴ, ὦ βασιλεῦ, ἀπεκρίνατο· Χριστιανὸς γὰρ εἰμι. Κάκεινος· Οὐκοῦν ἐκποδῶν οὐχί τῆς στρατείας ἀποπαυσάμενος· θάτερον γὰρ τοῖν δυοῖν ἀνάγκη ποιεῖν. Ὁ δὲ μὲν ἐμελλήσας τὴν τε ζώνην ἑαυτοῦ λύεται, καὶ ἄσμενος ἐξεχώρησεν ὡς εἶχε τῶν βασιλείων. Καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι (19) μετὰ τινα χρόνον ὕστερον ἐπίσκοπον ἐστήσαντο τῆς Μοψουεστίας. Τοῦτου δὲ ἀδελφὸς νεώτερος Θεόδωρος ἦν, ἀνὴρ τῶν Ἀθήνησι παιδευθέντων. Ὁς καὶ αὐτὸς χρόνον ὕστερον ἐπίσκοπον τῆς Ταρσοῦ ἐκκλησίας ἔτυχε κληρωσάμενος. Ὁ γὰρ δὴ Ἀέτιος τὰ πρότερα δι' ἑαυτοῦ τὸν τε Εὐδόξιον αὐτὸν (20) καὶ ἄλλους τοὺς πλείστου λόγου ἀξίους διδάσκων, ἐπειδὴ τὸν Εὐνόμιον εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας προὔβιθασεν ἔργον, τούτῳ ἤδη κατὰ τὸ πλείστον ἀνθ' ἑαυτοῦ διδασκάλῳ ἐχρητο πρὸς τοὺς ἄλλους· καὶ τοὺς μάλιστα τελεωτέρας μαθήσεως δεομένους. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μὲν ἦν ἀρχὰς παρασχεῖν ἄριστος, οὗτος δὲ τὰς δοθείσας ἐργάσασθαι, καὶ σαφῶς τε ἅμα καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐρμηνεύσαι παραπολὺ δυνατούτερος.

Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας ἐξ Ἀραβισσοῦ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Καισάριος, ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο, καί τοις πρώτοις ἡδονῶν ἤττων φανεῖς. Ἄλλ' ἐβουλήθη τὰς πρώτας κηλίδας διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ αἵματος ἀπορρῦψασθαι. Ἦλος γὰρ μεγάλους ἐκατέρου τῶν ποδῶν ἐξ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ διαπερονήσαντες πυρὶ παρέδωσαν· καὶ ἐπειδὴ αὐτίκα πρὸς τὴν φλόγα χωρῶν ἀπέθανεν, ἡμίφλεκτον ἔτι καὶ σῶον οἱ προσήκοντες τὸν νεκρὸν ἀνελόμενοι, ἐν τινὶ ἀγρῷ Σουβέλ λεγομένῳ κατέθεσαν.

bendum est, τὸν τε Εὐνόμιον. Neque enim Eudoxii magister fuit Aetius, sed Eunomii. Eudoxius quidem Antiochenis episcopus in divinis Litteris magistrum habuit Lucianum martyrem, ut tradit Philostorgius in libro ii, cap. 15. Ego tamen Eudoxium discipulorum Luciani auditorem potius fuisse crediderim: nam cum Eudoxius Valentis principatu extremum diem obierit, quomodo Luciani martyris, qui regnante Maximino passus est, auditor esse poterit, equidem non video. Asterium quidem Cappadocem, qui unus fuit ex discipulis Luciani, magistrum habuisse videtur Eudoxius, ut indicat Philostorgius in lib. iv, cap. 4.

Ex eodem Suida in voce Θεόφιλος.

Θεόφιλος οὗτος ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπανεληθὼν ἐν Ἀντιο-
χειῖ διήκει· ἐκκλησίαν μὲν ἀφωρισμένως οὐδεμίαν
ἔχων αὐτός· κοινὸς δὲ τις ὢν, ὡς πάσαις αὐτῷ μετ'
ἀδείας ἐπιφοιτᾷ ὡς ἰδαίς ἐξόν, βασιλείως αὐτὸν ἐς
τὰ μάλιστα διὰ τιμῆς τε πάσης καὶ αἰδοῦς ἀγοντος·
καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων, ὁπόσοις ἐπισταίη, μετὰ πά-
σης προθυμίας αὐτὸν ὑποδεχομένων, καὶ τὸ τῆς ἀρε-
τῆς αὐτοῦ μέγεθος καταπληττομένων. Ἦν γὰρ ὁ
ἀνὴρ κρείσσων ἢ ὡς ἂν τις δηλώσειε λόγῳ· ὡς ἂν
τις τῶν ἀποστόλων εἰκῶν. Λέγεται γέ τοι ποτε καὶ
νεκρὸν ἀναστῆσαι ἐν Ἀντιοχειῖ Ἰουδαίας τινός. Θα-
λάσσιος δὲ τοῦτο φησι, τῶν ἐπ' οὐκ ὀλίγον τάνδρῳ
συγγενομένων χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τὰ τοιαῦτα
ψεύδεσθαι ὑποπτος ὢν· ἄλλως τε καὶ ἔχων οὐκ ὀλί-
γους τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν αὐτῷ γενομένων χρόνον
τοὺς ἐπιμαρτυροῦντας.

A Theophilus ex India reversus, Antiochiæ domi-
cilium fixit : propriam quidem ac peculiarem ec-
clesiam nullam habens; communis vero omnium
antistes, adeo ut cunctas libere pro arbitratu suo
tanquam proprias adire ei liceret, cum et imperator
maximum ei honorem ac reverentiam exhiberet, et
reliqui omnes ad quos accesserat, summa alacri-
tate eum exciperent, virtutisque ejus præstantiam
admirarentur. Quæ quidem talis ac tanta in eo
fuit, ut eam nemo verbis explicare possit : quippe
qui imago quadam fuerit apostolorum. Aiunt etiam
eum aliquando Antiochiæ Judæam quamdam ex
mortuis suscitasse. Id autem affirmat Thalassius,
qui cum illo diutissime versatus est, et in hujus-
modi rebus extra suspicionem est mendacii : et
B qui alioqui haud paucos habet hujus rei testes qui
eodem tempore vixerunt.

Item ex Suida in voce Λεόντιος.

Λεόντιος Τριπόλεως τῆς Λυδίας ἐπίσκοπος, Μυσοῦ
τὸ γένος τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κατοικημένων, οὗς ἀγ-
χιμάχους Ὀμηρὸς καλεῖ. Τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσ-
εταρίζεται ὁ κακὸφρων Φιλοστοργίος ἐν τῇ βίβλῳ
ἀντὶ τοῦ (21), ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ
κακοφροσύνης. Ὡς οὗτος παῖδα ἕνα ἐσχικώς, ἐπειδὴ
μὴ χρηστάς ἐλπίδας αὐτὸν ὑποφαίνοντα πρὸς ἀρετὴν
εἶδε, εὐξάμενος, ὡς φασιν, ἔτι μειράκιον ὄντα, ἐποίη-
σεν ἀποθανεῖν· κάλλιστον ἠγγεσάμενος, τὸ πρὸ αἰσχροῦ
τινος καταλύσασθαι τὸν βίον, τῶν σφαλερῶν κατὰ
τὸν βίον ὀλίσθων ἐξω γενόμενον. Κανόνα δὲ αὐτὸν ἐκά-
C λουν τῆς Ἐκκλησίας. Ἦν δὲ ἐλεύθερος τὴν γνώμην
ἐπίσης εἰς πάντας καὶ παρῆρσιαστικῶς. Καὶ ποτε συν-
όδου γενομένης, Εὐσεβείας τῆς Κωνσταντίου γυναι-
κὸς εἰς ὀδῆμα ἀρθείσης φρονήματος, καὶ ὑπὸ τῶν
ἐπισκόπων προσκυνουμένης, μόνος οὗτος παρὰ φαῦ-
λον αὐτὴν τιθέμενος, οἴκοι ἔμενον. Ἡ δὲ διὰ τοῦτο
ὑποθερμανθεῖσα τοῖς θυμοῖς, καὶ τὴν γνώμην φλεγμή-
νασα, πέμπει πρὸς αὐτὸν αἰτιωμένη, καὶ ὑποσχέσει
κολακυσούσα, ὡς Ἐκκλησίαν σοι μεγίστην ἔγερῶ, καὶ
χρήματα ἐπιδαψιλεύσομαι, εἰ ἀφίκοιο πρὸς μέ. Ὁ δὲ
ἀντεδήλωσε· Τοῦτων μὲν εἴ τι βουληθείης τελέσασθαι,
ὦ βασιλεῖα, οὐκ ἔμοι μάλλον, ἢ τῇ σῇ ψυχῇ ἰσθὶ χα-
ριουμένη. Εἰ δὲ θελήσεις ἀφικέσθαι πρὸς σέ, ὡς
τῆς τοῖς ἐπισκόποις πρεπούσης φυλαχθησομένης αἰ-
δοῦς· ἴν' εἰσέλθοιμι μὲν ἐγὼ, σὺ δ' αὐτίκα τοῦ θρό-
D νου τοῦ ὑψηλοῦ καταβᾶσα, μετ' αἰδοῦς ὑπαντήσεις
ἐμοί, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπόσχης ταῖς ἐμαῖς χερσίν,
εὐλογῶν ἀξιουμένη· καῖπειτα καθεσθελὴν μὲν ἂν
ἐγὼ, σὺ δ' ἂν ἐσθήκοις αἰδουμένη, ὅπότεν δὲ κελεῦ-
σαιμι, καθεδουμένη, ἤνικα δόλην τὸ σύνθημα. Εἰ οὐ-
τως αἰρήσῃ, ἀφικοίμην παρὰ σέ· εἰ δ' ἕτερον τρόπον,
οὐχ οὕτω πολλὰ δώσεις, οὐδ' οὕτω μέγιστα δυνήσῃ,
ὡς ἡμᾶς τῆς προσηκούσης τιμῆς τοῖς ἐπισκόποις καθ-
υφιμένους, εἰς τὸν θεῖον ἐξυθρίσαι τῆς ἱερωσύνης

Leontius episcopus Tripolis urbis Lydiæ, ortus
ex Mæsis qui Istrum accolunt, quos Homerus ἀγχι-
μάχους appellat, id est, *cominus pugnantes*. Hunc
Leontium suis partibus adjungit impius Philostor-
gius in lib. *Historiæ* suæ septimo, tanquam Arianæ
sectæ quam ipse profitebatur, addictum. Hic cum
unicum haberet filium, nec ullam in eo bonæ in-
dolis notam animadverteret, orationibus a Deo im-
petravit, ut adhuc adolescens ex hac vita disce-
deret, satius esse judicans ut ante ullum probrum
ac flagitium admissum, mortem oppeteret, ex in-
certis ac periculosus hujus vitæ casibus subductus.
Porro eum Ecclesiæ normam vulgo appellabant.
Idem summa libertate, tam in sentiendo, quam in
loquendo, erga omnes ex æquo utebatur. Cumque
aliquando synodus episcoporum convenisset, et
Eusebia Augusta uxor imp. Constantii fastu elata
ab universis episcopis salutaretur, solus hic Augu-
stam parvi pendens, domi mansit. Id factum Au-
gusta ægre ferens, et ira exandescens, quemdam
ex ministris suis ad eum misit, partim conquerens,
partim blanditiis et pollicitationibus eum demereri
studens. Maximam tibi, aiebat, ecclesiam ædificabo,
et pecunias insuper largiar, si ad me visendam ac-
cesseris. Quibus Leontius ita respondit: Forūm quæ
mihi promittis, Augusta, si quidpiam perficere vo-
lueris, scias velim quod animæ tuæ potius quam
mihi gratificaberis. Quod si me ad te salutandam
cupis accedere, accedam quidem, dummodo ea quæ
episcopis debetur, seruetur reverentia, ita ut in-
grediar quidem ego, tu vero statim e sublimi sol-
o descendens, verecunde mihi occurras, et manibus
meis caput tuum submittas, benedictionem a me
postulans. Deinde ut sedeam quidem ego; tu vero
stes cum reverentia; postquam jussero sessura,

VALESII ANNOTATIONES.

(21) Ἐν τῇ βίβλῳ ἀντὶ τοῦ. Scribendum videtur ἐν τῇ ζ' βίβλῳ αὐτοῦ, etc. Nam Philostorgius hujus
Leontii mentionem facit in lib. vii, cap. 6.

ubi signum tibi dedero. Si quidem id elegeris, ad te accedam. Sin aliter, nunquam tot ac tanta mihi donare poteris, ut ego de honore qui episcopis debetur, aliquid remittens, divinas sacerdotii leges violare unquam velim. Hæc ubi nuntiata sunt, regina mirum in modum excanduit, hujusmodi responsum sibi a Leontio afferri haudquaquam patienter sustinens. Cumque multum intumisset, et magnopere commota esset animo, et pro levitate atque impatientia muliebri minas intentasset, rem ad maritum retulit, ultionem flagitans. Hic vero laudandam potius esse duxit in Leontio animi libertatem, et uxoris iram sedavit, eamque ad cubiculum suum remisit. Quodam item tempore dum Constantius episcoporum cœtui præsideret, et Ecclesias pro arbitratu suo regere vellet: cunctis verba imperatoris cum plausu et admiratione excipientibus; et recte cuncta ab eo dicta esse affirmantibus, solus Leontius contigit. Et cum imperator eum interrogasset, quam ob causam solus ex omnibus sileret, respondit Leontius: *Miror, inquit, te qui aliis rebus administrandis præpositus sis, alias regendas suscipere: et cum militarium ac civilium negotiorum tibi mandata sit cura, episcopis tamen præcipere de rebus quæ ad solos episcopos pertinent. Quibus auditis, Constantius verecundia ac pudore suffusus, in ejusmodi negotiis deinceps pro imperio agere ac jubere destitit. Tanta in loquendo libertate præditus fuit Leontius (22).*

Item ex Suida in voce Δημόφιλος.

Demophilus Constantinopolitanus episcopus, vir insano quodam impetu cuncta simul miscere solitus: et qui instar rapidi vagique torrentis, plurimum luti ac sordium in sermonibus suis convolveret, ut quivis facile deprehendet ex prima concione quam habuit Constantinopoli. Qua quidem in concione verisimile est eum accuratorem ac diligentem fuisse: quippe cum hujusmodi sermones excipi soleant a notariis. Certe in ejus Commentariis qui etiamnum supersunt, multa disserit confusa atque indistincta, et de Patre ac Filio loquens, disertis verbis ita pronuntiat. Filius solius Patris voluntate genitus est, sine tempore ac sine medio, ut jussorum Patris minister sit et famulus. Nam cum prævideret Deus, ea quæ facturus erat, non posse consistere, quippe quæ puri atque impermistri ordinis futura essent, perinde ac Deus qui ipsa fecerat. Nam prorsus necesse erat, ut vel omnia dii essent juxta dignitatem ejus qui illa condiderat: ex quo eventurum erat ut plures dii essent. Vel certe necesse erat, ut postquam facta fuerant, statim dissolverentur, perinde ac cera audentissimo igni admota. Idcirco Filius medius exstitit inter creaturas quæ condendæ erant, et inter Patrem ex quo genitus est, ut is sese demittens, seque adjun-

θεσμόν. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέθη, ἀναπίμπραται τὴν γνώμην, οὐκ ἀνασχετὸν ἡγουμένη πρὸς Λεοντίου τοιοῦτους δέξασθαι λόγους. Καὶ πολλὰ διοιδήσασα καὶ παθηναμένη, καὶ πολλὰ ἐκ γυναικείας ἀπροχόλου καὶ κούφης ἀπειλήσασα διανοίας, καὶ τάνορτι διηγησάμενη, πρὸς τιμωρίαν ἐξώρμα. Ὁ δὲ μᾶλλον ἐπήνεσ τὴν ἐλευθερίαν τῆς γνώμης, καὶ τὴν γυναῖκα παρήνεγκε τῆς ὀργῆς, καὶ ἀποπέμπε: εἰς τὴν γυναικωνίτιν. Καὶ ποτε μεταξὺ προκαθημένου τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἄρχειν τῶν ἐκκλησιῶν ἐθέλοντος, οἱ μὲν πολλοὶ, πᾶν ὃ τὴ φήσειεν, ἐκρέτουν καὶ θαύμαζον, ἄριστα εἰρησθαὶ διοριζόμενοι: ὃ δὲ ἐσιώπα. Ὡς δὲ ἤροτο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, Τί σὺ πᾶς μόνος τῶν ἀπάντων; Θαυμάζω, ἔφη, ὅπως ἕτερα διέπειν ταχθεῖς, ἐτέροις ἐπιχειρεῖς, στρατιωτικῶν μὲν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων προεστηκώς, ἐπισκόποις δὲ περὶ τῶν εἰς μόνους ἐπισκόπους ἡκόντων διατατόμενος. Τὸν δὲ βασιλεῖα καταιδεσθέντα παύσασθαι τῆς ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἤδη διακλεύσεως. Τοιοῦτος ἦν ὁ Λεόντιος ἐλευθέριος.

qui aliis rebus administrandis præpositus sis, alias regendas suscipere: et cum militarium ac civilium negotiorum tibi mandata sit cura, episcopis tamen præcipere de rebus quæ ad solos episcopos pertinent. Quibus auditis, Constantius verecundia ac pudore suffusus, in ejusmodi negotiis deinceps pro imperio agere ac jubere destitit. Tanta in loquendo libertate præditus fuit Leontius (22).

Δημόφιλος ἐπίσκοπος Κωνσταντινίου πόλεως, οὗς ἐμπειρῶν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν (23) ἀκόσμῳ φορῆ, καθάπερ ἀτακτος χειμάρρους, ὄλον ἐν τοῖς λόγοις τὸν συρφετὸν ἄγων, ὡς εἴσεται τις ἐκ πρώτης ἐν γούν τοῖς ἐτι σωζόμενοις ὑπομνήμασιν αὐτοῦ γενοῦντας δημηγορίας, ἐνθα καὶ μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀσφαλείας αὐτὸν φρονεῖν ἀθεοῖα τινα, ὡς ἐγγράφοις ἀναλαμβανόμενων τῶν λεγομένων. Ἐν τοῦτοις γούν ἄλλα τε πολλὰ διελέκτα ἀναβορρα, διαβρόθηδην τε ἐν τοῖς περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγοις. Φησὶ γάρ, Υἱὸς μὲν Πατρὸς θελήσει γενένηται μόνου, ἀχρόνως, ἀμεισιτεύτως: ἵνα διάκονος γένηται καὶ ὑπηρετῆς βουλημάτων τοῦ Πατρὸς. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ προοινώσκων Θεὸς ἐτι: ὃ ἐμελλε πράττειν, ἀδύνατα ἦν τῆς ἀκρατήτου τάξεως τοῦ μέλλοντος αὐτὰ ποιεῖν Θεοῦ ἐν τῷ γενέσθαι: μέλλοντα ἢ γὰρ ἔδει αὐτὰ πάντα θεοῦς γενέσθαι πρὸς ἀξίαν τοῦ ποιούντος, καὶ ἐκ τούτων ἐμελλον εἶναι θεοί: ἢ ἔδει αὐτὰ γενόμενα (24) λύεσθαι, ὡσπερ κηρὸν πυρὶ θερμῷ προσαγόμενον. Γέγονε μὲν οὖν μεσίτης τῶν τε ἐσομένων, καὶ τοῦ γεγεννηκότος αὐτὸν Θεοῦ, ὁ Υἱὸς, ἵνα συντάξας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβαίνων τοῖς γινόμενοις, ἀποτελέσειε τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς, καὶ μεσίτης γένηται τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Ἐλάνθανε δὲ διὰ τούτων τοῦ Θεοῦ τῶν ὄλων ἀσθένειαν καὶ βασκανίαν καταφευδύ-

VALESII ANNOTATIONES.

(22) Vide Philostorgium, lib. vii.

(23) Ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν. Hic Philostorgii locus de Demophilo episcopo Constantinopolitano, descriptus est ex lib. ix ejus *Historiæ*. Certe in excerptis ejusdem libri capite 14, eadem fere verba leguntur de Demophilo, τὸν δὲ Δημόφιλον φύρειν τε

πάντα καὶ συγγεῖν ἀκρατέστατον, καὶ μάλιστα γὰρ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα, etc.

(24) Ἡ ἔδει αὐτὰ γενόμενα. Primam vocem superplevi ex conjectura. Decet enim in vulgatis Suidæ editionibus.

μενος, καὶ τὸν Υἱὸν πάντων τῶν κτισμάτων ἀποφαίνων καταδεέστερον. Ὁ μὲν γὰρ ἀσθενὴς ἂν ᾖ, κατὰ Δημόφιλον, εἰ βουληθεὶς, ἔπειτα ἀπόρων εἶχε τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρησασθαι· φθόνου δ' οὐκ ἀπήλλακτο ἂν, εἰ ἐξὸν αὐτῷ θεοὺς τὰ τάντα ποιεῖν, ὃ δὲ ἐφαίμετο μηχανώμενος ὅπως μὴ ταύτης αὐτῷ τύχη τὰ γενησόμενα τῆς ἀξίας. Τοῦ δὲ γ' αὖ Παιδὸς οὐκ ἦν τῶν κτισμάτων οὐδὲν, ὃ μὴ ἀμεινον ὑπάρχειν ἐδείχθη ἂν, εἴπερ γε μὴ δι' ἑαυτὸν ἐκεῖνος ἔτυχε γεγονώς, ἀλλὰ διὰ σκοπὸν καὶ χρεῖαν τῆς τούτων γενέσεως. Ἄπαν γάρ τοι τὸ δι' ἐτέρων γινόμενον χρεῖαν, ἔλαττον ὑπάρχειν ἐκεῖνων ἀνάγκη, δι' ἃ τοῦ εἶναι τυγχάνει. Καὶ ἄλλα δὲ ἐληρύσκει πολλά.

A gens et socians iis quæ creanda erant, voluntatem Patris adimpleret, essetque mediator inter Deum atque inter nos qui per illum facti sumus. Sed non animadvertit Demophilus, se his verbis summo omnium Deo infirmitatem et invidiam falso affligere, et Filium deterioris conditionis facere quam reliquas omnes creaturas. Nam Pater quidem infirmus fuerit necesse est juxta Demophili sententiam, quippe qui cum voluisset cunctis essentiam largiri, id postea perficere non potuerit. Ab invidia autem nequaquam alienus fuerit, si cum ipsi liceret cunctas creaturas deos efficere, ipse studiose cavet ne B creaturæ ejusdem cum ipso conditionis ac dignitatis essent. Jam vero Filio, nulla est creatura quæ non potior ac beatior jure merito esse videatur: si quidem ille non propter semetipsum, sed ob contemplationem atque usum creaturarum factus est. Quidquid enim ob aliorum utilitatem sit, inferius sit necesse est iis quorum causa factum est. Multa quoque alia hujusmodi profert deliria (25).

VALESH ANNOTATIONES.

(25) Vide Philostorg. in lib. ix, cap. 14.

ANNO DOMINI CDXXV.

S. ATTICUS

CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS

NOTITIA

(Acta SS. Bolland., Aug. tom. I, pag. 32*.)

1. Sozomenus, lib. viii cap. 27, tempus ordinationis S Attici ita definit: « Sed et Arsacius cum Ecclesiam Constantinopolitanam brevi temporis spatio administrasset, ex hac luce migravit; cujus successionem cum multi essent qui ambirent, quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, presbyter cleri Constantinopolitani, qui unus fuerat ex Joannis insidiatoribus. » Si Arsacius anno 405, die xi Novembris obiit, ut superius ex Socrate retulimus, et juxta Sozomenum « quarto post obitum illius mense ordinatus est Atticus, » debuit circa mensem Martium anni sequentis Arsacio Atticus successisse. Verum cum Socrates sedecim, et Palladius tantummodo quatuordecim gubernationis menses Arsacio tribuant, de determinato electionis illius mense aut die nihil certi statui potest: sed solum sequitur, Atticum ineunte anno 406 catholicam Constantinopolitanam occupasse, ut ex supra dictis eruitur, et testimonio Socratis confirmatur, qui lib. vi cap. 20 annum ordinationis istius ita diserte exprimit: « Cum autem multi episcopatum

illum ambirent, eamque ob causam multum jam temporis elapsum esset, altero post anno, Arcadio sextum et Probo consulibus, » horum consulatus in annum 406 incidit? « ad episcopatum promotus est Atticus vir religiosus. »

2. Etsi Atticus a Socrate *vir religiosus* appellatur, non ideo inficiamur, religionem atque ipsius virtutes nævis quibusdam contaminatas fuisse: nam non modo Joannem Chrysostomum in conciliabulo ad Quercum accusavit, verum etiam sedem Constantinopolitanam illegitime invasit, sancto præsule adhuc vivente, et ipsius fautores indiscreto zelo persecutus est, ita ut a Palladio pag. 95 « omnium adversus Joannem molitionum artifex » vocetur. Sed videtur hanc culpam pœnitentia et revocatione eluisse, ut paulo post contra Tillemontium ostendere conabimur. Certe Atticus postea nomen S. Joannis Chrysostomi sacris tabulis inseruit, ut in *Historia tripartita*, lib. xii, cap. 2, traditur his verbis: « Atticus porro episcopus cau-

sas Ecclesiae sapientia mirabiliter disponebat, A doctrinisque populum ad virtutis studium provocabat: cumque videret divisam Ecclesiam, cum Joannitæ seorsum apud se ipsos sacra solemnia celebrarent, jussit, ut in orationibus memoria Joannis haberetur, sicut aliorum dormientium episcoporum fieri consuevit, per hoc sperans, plurimos ad Ecclesiam revocari. » Cæterum auctor *Historiæ tripartitæ* et alii antiqui scriptores pastorem Attici vigilantiam, ferventem catholicæ fidei zelum, magnificentiam erga pauperes misericordiam, aliasque illius virtutes magnis laudibus extollunt, ut videri potest in Opere nostro ad diem VIII Januarii, ubi Bollandus Acta ipsius illustravit.

3. Nos memores propositi nostri, quo chronologicam episcoporum Constantinopolitanorum seriem præcipue texendam suscepimus, omissis aliis Attici gestis, pergimus ad ejus mortem, quam Socrates lib. VII, cap. 25, ita refert: « Cæterum Atticus etiam tempus obitus sui præcivit; nam cum Nicæa discessurus esset, Callipio illius loci presbytero ita dixit: Cura, ut ante autumnum Constantinopolim venias, si me adhuc vivum videre cupis. Quod cum dixisset, a veritate non aberravit: anno quippe episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris, abiit e vita, consulatu Theodosii undecimo, et Valentiniani Cæsaris primo. » Hæc denotant annum Christi 425, et diem X Octobris. Ex his corrigere errorem chronologicum Papebrochii nostri, qui tomo III Junii, pag. 307, mortem S. Attici obiter anno 428 consignavit. Haud dubie Socrates computando vicesimum primum episcopatus annum, hallucinatus est, aut error in ejus numerum irrepsit: cum enim Atticus primis mensibus anni 406 cathedram Constantinopolitanam ascenderit, ut supra dictum est, ab ineunte anno 406 usque ad mensem Octobrem anni 425 non nisi novemdecim anni exiierant, et Atticus ante mortem nondum vicesimum episcopatus annum absolverat, ut Baronius, Pagius, alique viri eruditi ante me observarunt. Quare in variis præsulum Constantinopolitanorum catalogis apud Bandurum tom. I *Imperii Orientalis* a pag. 188 melius viginti anni Attico rotunde tribuuntur.

4. Bollandus noster religioni sibi duxit, Atticum Constantinopolitanum episcopum, cujus nomen quibusdam Græcorum Latinorumque Menologiis inscriptum legerat, ex immemorabili cultus sui possessione deturbare. Hinc ad diem VIII Januarii Acta illius ex variis antiquis scriptoribus operose collegit, et Commentarium suum ita inchoavit: « Multi sanctum Chrysostomum acri studio impugnarunt, qui tamen errorem deinde suum agnovērunt, atque omni sanctitatis laude floruerunt. In his S. Atticus episcopus Constantinopolitanus fuit, qui zelo immoderato et nequaquam secundum scientiam abreptus, non adversatus tantum est sancto Chrysostomo, sed post Arsacium in ejus, etiamnum superstitis, cathedram successit: quod

crimen poenitentia deinde ac recte factis egregie expiavit, et scriptis litteris auctor sancto Cyrillo Alexandrino fuit, ut Chrysostomi nomen diptychia inscriberet. »

5. Deinde Bollandus numero sequente exhibet honorifica quædam veterum scriptorum de S. Attico testimonia, quæ Actis ejus præmittenda censuit, « ne asperiore aliquorum in sanctum Atticum stylo, » inquit, « ejus fortassis in dubium sanctitas revocetur. » Præter alia, quæ Bollandus non vidit, aut videre non potuit, ad comprobendam hujus Attici sanctitatem, allegari potest fragmentum epistolæ « beati Attici Constantinopolitani episcopi, » quod in concilio Chalcedonensi apud Harduinum nostrum tomo II *Conciliorum* col. 654 citatur inter variis « testimonia sanctorum Patrum, qui et duas naturas in Christo confessi sunt, et consubstantialem Patri Deum Verbum, etiam nobis secundum carnem et Maria consubstantialem factum, veraciter asseruerunt, » ut ibidem col. 651 legitur. His adde antiqua S. Dalmati Acta, quæ ad diem III Augusti illustranda sunt, et in quibus apud Anselmum Bandurum tomo II *Imperii Orientalis* pag. 699 præsul ille Constantinopolitanus merito sancti titulo ita decoratur: « Nec diu postea obiit sanctus episcopus Atticus, in cujus locum Sisinnius successus est, vir pius ac religiosus. »

6. Tillemontius tomo XII *Monument. eccles.* pag. 416 hisce omnibus non acquiescit; sed contra, citato ad marginem Bollandi, famam Attici libere proscindit, et audacter pronuntiat, nulla ipsius poenitentiae signa unquam dedisse, et nihil fecisse, ut illegitimam suam ordinationem repararet. Hæc plane laudabiles S. Attici actiones, puta misericordiam erga pauperes, in deteriorem partem interpretatur, et post explosa aut maligne explicata illius elogia tandem pag. 419 concludit, haud immerito timendum esse, ne desiderium sese extollendi ac in alios dominandi (sive per auctoritatem benevolentiamque, sive saltem per terrorem id posset assequi) in Attico fuerit præcipua animi propensio, aut « cupiditas cordis ejus dominatrix, » ut Gallicam Tillemontii phrasim fidelius Latine exprimam.

7. Non video, quo jure Tillemontius de internis S. Attici affectionibus tale tulerit judicium, quod soli Deo convenit, quodque supremo cordium scrutatori prudentius reliquisset. Nolo hic Tillemontio objicere vulgarem juris regulam, qua tandiu quispiam præsumitur bonus, donec probetur malus. Nolo ipsi opponere notissimam Christianæ charitatis legem, qua jubemur actiones proximi benignæ explicare, quandiu manifestæ malitiæ non convincuntur. Nolo denique hic proferre varias S. Attici virtutes, quæ in Actis ejus ad diem VIII Januarii inveniri possunt. Hoc unice contendo, Atticum in immoderato suo contra S. Chrysostomum zelo atque in illegitima episcopatus possessione usque ad mortem non perseverasse. Id autem ostendere conabor duplici argumento, quorum unum erit a pos-

teriori, et aliud ad hominem, ut in scholis vulgo loquantur. Nunc rem ipsam aggredior.

8. Theodoretus lib. v *Hist. eccles.*, cap. 35, primum opinionis nostræ fundamentum ita ponit : « Sed et defuncto orbis terrarum magistro, episcopi Occidentales non prius episcoporum Ægypti, Orientisque, et Bosphori ac Thraciæ communionem admiserunt, quam divini viri » (nempe sancti Joannis Chrysostomi) « nomen inter defunctos episcopos retulissent. Et Arsacium quidem, qui ei suffectus fuerat, nec salutatione dignati sunt : Atticum vero Arsacii successorem post multas legationes et pacis petitiones, tandem receperunt, cum tabulis nomen inscripisset. » Audisne, hic « multas legationes et pacis petitiones » commemorari? Qua igitur fronte Tillemontius asserere potuit, Atticum nihil unquam fecisse, ut illegitimam suam ordinationem repararet? An nihil fecisse dicendus est, qui sæpe pacem petit ab illis, quos iniqua episcopatus Constantinopolitani occupatione offenderat, et multas mittit legationes, ut Ecclesiæ Romanæ reconcilietur? Equidem fatebor, tempore Innocentii I pontificis inutilem fuisse Maximiani episcopi intercessionem pro Attico, quia propositas ab Innocentio conditiones nondum impleverat. At ex hoc ipso colligo, postmodum omnia illa, quæ Innocentius exegerat, ab Attico fuisse facta, antequam in communionem Romanæ Ecclesiæ sit receptus.

9. Juverit de hac re audire epistolam ipsius Innocentii ad Maximianum, quæ apud Labbeum tomo II *Conciliorum* col. 4266 et sequente sic sonat : « Miramur, prudentiam tuam scripta ad Atticum, episcopum Constantinopolitanæ urbis, a nobis et prosecutione propria et dato libello, qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas ullas saltem epistolas ad nos vel ad vestram synodum utique pertulisti ; idque non petenti tribuendum existimes, quod vides deprecantibus discussa ratione, concessum ; communio enim suspensa restituitur demonstranti, causas, quibus id acciderat, jam esse detersas, et proficenti conditiones pacis impletas. Quod neque apud vos, neque apud nos (ut prædixi) Atticus, missis aliquibus suorum, vel dicere voluit vel demonstrare completum, quemadmodum Antiochenæ Ecclesiæ frater et coepiscopus noster Alexander digna legatione et prosecutus est et probavit. Quibus omnibus utique interesse dignatus cognovisti, quemadmodum singulatim omnia scriptorum nostrorum antehac [æ. anteriorum] de causa beatissimi Joannis quondam episcopi nostri discussissem, ut quæ illis in omnibus satis evidenter ostenderint, universa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorum amplexati pacem, utique fidem fecimus, et magno tramite omnibus eandem postulaturis [æ. quæ præstolaris] ostendimus ; si modo, quæ discussa sunt atque completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse vel complexisse, aliquando monstraverint, communionemque, ut isti, legatione solemniter destinata, sibi rogaverint redhiberi.

10. « Expectamus ergo et professionem memorati de completis omnibus conditionibus, quas diversis temporibus prædiximus, et petitionem communionis, ut recte et petenti, et probanti se eandem mereri, reddamus. » Quas vero conditiones Innocentius requisiverit, et quomodo eas executioni mandari voluerit, ipse satis declarat in epistola, quam in eadem causa dedit ad Acacium Berœæ episcopum, ubi apud Labbeum, tomo proxime citato col. 1270, post alia sic scribit : « Unde has ad præstantissimum fratrem et coepiscopum nostrum Alexandrum reddendas tuæ transmisimus unanimitati ; videlicet ut, si omnes inimicitiarum, omnis æmulatio, tam de nomine sancti Joannis mirandi episcopi, quam de omnibus ejusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias litteras, frater charissime, modo, ut omnia quæ his [æ. hic vel de his] actis firmata sunt, apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum ore proprio, ut communicantem convenit, fatearis. » Ex his Innocentii litteris infero sequentia : primo, Atticum necdum quidquam fecisse anno 415, quo videtur fuisse scripta prior epistola, ut communionem Ecclesiæ Romanæ obtineret ; secundo, nullam hujus communionis spem Attico relictam fuisse, nisi propositas ab Innocentio conditiones impleret ; tertio, Innocentium ab adversariis Chrysostomi non postulasse duntaxat, ut nomen sancti istius præsulis sacris tabulis inscriberent, sed etiam contra ejus fautores omnem inimicitiam ac æmulationem deponerent, atque hæc apud Alexandrum, aut alium a pontifice Romano designandum, ore proprio faterentur, ut communionis cupidos et errori suo renuntiantes decebat.

11. Cum igitur Atticus, teste Theodoro, « post multas legationes et pacis petitiones, » tandem in communionem Romanæ Ecclesiæ receptus fuerit, probabilissime concludo, ipsum antea oblatus ab Innocentio conditiones omnino implevisse, adeoque sufficientia pœnitentiæ indicia dedisse ; nam eminentissimus Baronius in *Annalibus* anno Christi 408, num. 41, ad priorem Innocentii epistolam recte observat, « non solere Romanum pontificem reddere communicationem, nisi propositis ante impletis conditionibus, et emendatis erroribus illis, quorum causa communicatione interdicti meruerant. » Si itaque Atticus ob injustam S. Chrysostomi persecutionem et illegitimam cathedræ Constantinopolitanæ occupationem communionem Ecclesiæ privatus fuerit, debuit prius exsequi omnia illa, quæ ad hos errores emendandos a Romanis pontificibus præscribebantur.

12. Neque multum refert, utrum Atticus sub ipso Innocentio, ut aliqui volunt, an sub egregiis illius successoribus Zosimo vel Bonifacio nomen S. Chrysostomi diptychis inseruerit : non enim mihi facile persuaderi patiar, strenuos hosce auctoritatis apostolicæ defensores in ea re molliores fuisse, præsertim cum Bonifacius in epistola ad

quosdam Macedoniæ episcopos apud Labbeum, tomo IV *Conciliorum*, col. 1708, innuat, Innocentium in admittendis ad communionem adversariis S. Chrysostomi non difficilem fuisse, atque ad propositum nostrum post alia sic loquatur : « Ante breve tempus, id est, sub prædecessore meo beatæ recordationis Innocentio, Orientalium Ecclesiarum pontifices dolentes, se a beati Petri communione sejunctos, per legatos pacem, sicut charitas vestra retinet, poposcerunt : quo tempore apostolica sedes omnia non difficulter indulsit. » Nunc adversarium propriis suis armis aggrediamur, et, ut vulgo dici solet, ad hominem argumentemur.

13. Tillemontius tomo XIV *Monum. eccles.* pag. 280 fatetur, S. Cyrillum Alexandrinum in suo immoderato contra S. Joannem Chrysostomum zelo diutius quam alios omnes perseverasse, ipsumque maluisse ab Ecclesia Romana et forte pluribus aliis separatum manere, quam nomen ejus diptychis inscribere. Sed deinde citans in margine Nicephorum Callistum lib. XIV *Hist. eccles.* cap. 28, erroneam S. Cyrilli persuasionem his Nicephori verbis excusat : « Quoniam vero dissidium hoc quidem ex æmulatione, quamvis non secundum scientiam, non autem ex invidia, neque diabolica contentione manavit, non oportere virum et doctrina et virtute præstantem, hac una in re claudicare, quo minus ad summam perfectionem perveniret, Deo visum est. Homines enim illi erant, et humanis affectionibus obnoxii. » Hæc excusatio etiam pro Attico afferri potest.

14. Denique Tillemontius ibidem pag. 281 ex eodem Nicephoro Callisto narrat, quomodo tandem S. Cyrillus nomen S. Chrysostomi sacris tabulis inseruerit, ut nos ad diem xxviii Januarii in Actis S. Cyrilli § 6 retulimus. Sed Tillemontius ibidem de suo addit, Cyrillum haud difficulter obtinuisse communionem Ecclesiæ Romanæ, cui tunc præerat Zosimus, missa haud dubie Romam legatione. Sed nullos hujus legationis testes aut tabulas allegat, sicut tamen in aliis *Historiæ suæ ecclesiasticæ monumentis* ubique sedulo facere consuevit. Hoc silentio indicavit, sese Romanam Cyrilli legationem nusquam apud veteres scriptores invenisse, eamque duntaxat intulisse a posteriori, quia videlicet inter communionis et pacis conditiones a Romanis pontificibus requirebatur. Adversarius igitur non ægre ferat nos superius eodem argumenti genere usos esse, atque a posteriori collegisse, quod S. Atticus (cujus saltem Romanas legationes testatur Theodoretus) satisfecerit omnibus conditionibus, quæ ab Innocentio pontifice exigebantur.

15. Si Tillemontius in causa S. Cyrilli tantam auctoritatem tribuat Nicephoro Callisto, nobis etiam licet eundem auctorem allegare, qui lib. XIV, cap. 24, Atticum ita laudat : « Atticus autem episcopus Constantinopolitanus, ut Ecclesia incrementa sua caperet, mirifice operam dedit: summa enim prudentia eam administrans, continua doctrina popu-

lum ad studium virtutis excitavit; et ad misericordiam atque largitionem tam proclivis fuit, ut non modo eis, qui in parœciis ejus erant, egenis providendum duceret, sed etiam vicinis Constantinopoli Ecclesiis pecuniam multam ad pauperum consolationem mitteret. » Eisdem S. Attici virtutes lib. VII, cap. 25, memorat Socrates, quem tamen Tillemontius explodit. Porro idem Nicephorus lib. XIV, cap. 25, innuit, Atticum vere cum S. Chrysostomo mortuo in gratiam rediisse, talemque fuisse illius emendationem ac poenitentiam, « ut reprehensionem eam, qua expetitus est, quod Joannis sectatores male acceperit, a se amolitus, aliis obvelaverit bonis. » Quid ergo peccavit Bollandus, dum initio Commentarii sui dixit, S. Atticum crimina injustæ suæ persecutionis ac illegitimæ invasionis poenitentia et recte factis expiasset?

16. Nicephorus denique citatum caput 25 ita concludit : « Cæterum cum Atticus quoque episcopus propter Joannitæ Ecclesiam esse scissam videret, de principum sententia ipse quoque mentionem illius fieri in precationibus jussit, quemadmodum id et in aliis episcopis, qui vita excessissent, fieri solitum erat. Atque ex eo tempore pax exstitit, donec postea quoque reliquæ ejus urbi imperanti illatæ sunt. Atticus invidiam, in quam propter divinum Joannem deciderat, hoc modo magnifice abolevit. Nec ille modo id fecit; sed aliis quoque Joannis memoriam precibus inserere recusantibus, et Cyrillo maxime Alexandriæ præsul, qui hostiliter Joannem oderat, quod ille a Theophilo patruo suo dissensisset, persuasit. » Tum Nicephorus sequentibus capitibus recitat litteras Attici et Cyrilli, ultro citroque in hac causa scriptas, ex quibus Tillemontius tomo XII *Monument. eccles.* pag. 416 infert, Atticum reliquis suis peccatis addidisse hypocrisim, si in animo habuerit sensa, quæ in istis litteris expressit. Durum enim vero judicium!

17. Ingenue fateor, ex duabus S. Attici epistolis nonnullam difficultatem moveri posse, cum in iis significet, se timore et necessitate potius quam amore aut poenitentia inductum fuisse, ut memoriam S. Joannis Chrysostomi in diptychis celebraret. Præterea Atticus, in *Epistola ad Petrum et Edesium diaconos* scripta, innuere videtur, depositionem Chrysostomi in pseudo-synodo Quercetana legitimam fuisse. Sed cum scripta et gesta illustrium aut sanctorum virorum semper in meliorem partem explicanda sint, imprimis suspicari possemus, Atticum initio existimasse, quod ad suam reconciliationem et Ecclesiarum pacem sufficeret, si nomen Chrysostomi quomodocunque sacris tabulis insere-ret. Sic potuit S. Cyrillo, quem Joanni Chrysostomo maxime adversari noverat, hanc molliorem pacis conditionem proponere, ut eam facilius amplecteretur. At quis asseret, illam Attici hypothésin ab Ecclesia Romana probatam fuisse? Forte hæc fuit prima pacis conditio, quam Atticus sedi Romanæ obtulit, et præter quam Ecclesia Romana ab ipso

alias exegit, quæ implendæ erant, antequam suæ communioni restitueretur : dum enim Theodoretus scribit, Atticum « post multas legationes ac pacis petitiones tandem » ab Occidentalibus ad communionem admissum fuisse, satis indicat, plures utrinque propositas fuisse condiciones, antequam inter Atticum et Romanam Ecclesiam conveniret.

18. Adde, quod ipsi Orientales Atticum exhortati fuerint, ut defensoribus Joannis Chrysostomi sese reconciliaret. Id manifeste colligimus ex Synesio, episcopo Cyrenæo et auctore synchrono, qui occasione cujusdam Alexandri, quem S. Joannes Chrysostomus Basinopolitanum episcopum consecraverat, epist. 66 ad Theotimum, post alia sic scribit : « Cum Joanne defuncto familiaritate conjunctus est ; honoretur enim a nobis memoria mortui, quia omnis malevolentia cum hac vita a deponitur. Cum eo familiaritate conjunctus, antequam Ecclesiæ seditione conflictarentur, ab illius manibus episcopus declaratus est Bithynorum Basinopolis. Posteaquam orta est dissensio, permansit ei, a quo designatus fuerat, amicus, et fuit ex illis qui in seditione ejus partes secuti sunt. Posteaquam autem concilii sententia vicit, aliquandiu quidem permansit seditio. Quid vero narrem scienti, imo ipsi, qui administravit conciliationem factam ? Præsertim cum quemdam libellum legerim doctum, quem ad beatum, ni fallor, Atticum scribentem, hortans illum ad receptionem illorum virorum, » qui videlicet partes Chrysostomi sequebantur. Forte Atticus, his aliisque Orientalium amicorum exhortationibus motus, postea sinceram cum fautoribus Chrysostomi amicitiam iniiit, et plene satisfecit conditionibus, quas Romana Ecclesia ab ipso exigebat. Si hæc conjectura nostra non placet, alteram responsionem offero.

19. Atticus ex una parte per erroneam opinionem verelatur, ut colendo memoriam Joannis Chrysostomi ecclesiasticos canones satis exacte observaret; ex altera vero videbat se a sede Romana separatam, et Ecclesiam magnis perturbationibus agitatum, eo quod memoriam Chrysostomi celebrare recusaret. Cum in hoc perplexo rerum statu diu dubitasset, quid sibi potius faciendum esset, tandem scrupulosæ canonum observationi obediendam et communem Ecclesiæ pacem prætulit, ut ipsemet in *Epistola ad Cyrillum* his verbis declarat : « Cogitationibus nostris ad populi concordiam inclinati, canonibus quidem Patrum detrimentum nullum afferimus; exactæ autem verborum observationi universi orbis pacem præferimus. » Deinde quibusdam exemplis probat, aliquando ob charitatem aut publicam utilitatem, de severitate ecclesiasticarum constitutionum aliquid remittendum esse.

20. Tota igitur S. Attici culpa in eo consistit, quod post restitutam S. Chrysostomi memoriam (si tamen hæc fuerit perfecta et ultima memoriæ Chrysostomianæ restitutio, de qua re paulo superius num. 17 disputavimus) nondum omnino convictus fuerit de injusta S. Chrysostomi depositione, et

A adhuc erronee putaverit canones ecclesiasticos possessioni suæ favere. At eo tempore S. Cyrillus in eodem errore versabatur, ut patet ex responsoria illius *ad Atticum Epistola*, quæ apud Nicephorum Callistum lib. xiv, cap. 27, sic incipit : « Lectis, quæ a pietate tua ad me missæ sunt, litteris, Joannis nomen sacris inscriptum esse tabulis intellexi. Ubi vero eos, qui inde ad nos venire, interrogavi, non in laicorum sed episcoporum catalogo ascriptum esse audivi. Porro despicienti mihi, atque in animo reputanti, an qui hoc fecere, Nicænorum Patrum decreta sequantur, et aliquantulum mentis luminibus in magnam illam synodum intendenti, univsum sanctorum illorum Patrum collegium quibusdam veluti oculis renuere, et viribus omnibus, quominus ad rem eam comprobendam accurram, obstere videntur. Quomodo namque inter sacerdotes Dei censebitur, illorumve feret sortem, cui sacerdotalis dignitas abrogata est? Quomodo vero in catalogo sacrorum ministrorum erit, qui ecclesiasticis mœnibus ejectus est? » Omitto reliquam S. Cyrilli epistolam, quæ durissimis contra S. Chrysostomum expressionibus ac odiosis comparisonibus plena est, ut etiam Facundus Heruianensis pro *Defensione trium capitulorum concilii Chalcedonensis* lib. iv, cap. 1, post allatum ejusdem epistolæ fragmentum, conqueritur.

21. Non est ullo modo verisimile, S. Atticum in ea opinione perseverasse, cum Ecclesia Romana plures ab ipso exegerit pacis condiciones, ut supra diximus. Imo etiamsi gratis concedereim, illum incaute in eo errore permansisse, an propterea statim ex albo sanctorum expungendus erit? Ut hic alia prætermittam, quomodo in sanctorum catalogo relinquetur S. Cyrillus, qui anno 431 vel 432, postquam jam diu nomen S. Chrysostomi diptychis inseruerat, tamen in *Epistola ad Acacium Bæræensem* ita scribit : « Volo autem tuam sanctitatem utile [Lupus ut ille] aliquid commemorare, quod ad præsens pertinet tempus : quando enim in magna Constantinopoli sancta vestra synodus congregata est, tunc quando Joannes est accusatus, deinde gesta sunt super eo a multis in scripto commentaria, cum futurum esset, ut contra eum definitio proferretur, et essem ego unus astantium, scio, me audisse sanctitatem tuam sanctæ synodo sic dicentem : *Quia si scirem, quod nunc, si Joanni veniam largiremur, melior feret semetipso, et recederet a duritia et asperitate, quæ in eo est, omnes vos rogassem pro eo.* Admirabilis ergo etiam circa hoc iterum judicata est sanctitas tua, quippe ut quæ dixerit veritatem. Quid igitur oportebat sanctam synodum facere, quæ impoenitentem et sic pertinacem reperit illum, qui rectæ fidei repugnavit? » Hanc S. Cyrilli epistolam inter alias variorum Patrum, ad concilium Ephesinum spectantes, Christianus Lupus Lovanii anno 1682, cap. 56, a pag. 129 edidit, et Stephanus Baluzius in *Nova Conciliorum collectione, seu Supplemento ad collec-*

tionem Philippi Labbei, Parisiis anno 1707, a col. 758, A etiam libenter admitto, ut S. Cyrillum de pertinacia erronei et iniqui sui iudicii excusum. At vicissim exigo, ut eadem regula in S. Attico locum habeat. Si igitur Atticus nondum satis noverat injustitiam Chrysostomianæ exauctorationis, quando ad S. Cyrillum scribebat, dicatur secundum hanc Tillemontii regulam, quam probo et amplector, iniquitatem istius iudicii postea agnovisse, quamvis antiqui scriptores eam notitiam clare ad posteros non transmiserint. Secundum ea, quæ superius diximus, forte eo tempore Atticus nondum sese omnino cum Romana Ecclesia reconciliaverat, quod tamen postmodum effecit, etsi perfectam illius reconciliationem antiquitas diserte non expresserit. Haud dubie prima aut præcipua pacis conditio fuit, ut nomen S. Chrysostomi diptychis inscriberetur, præter quam secundum supra dicta Atticus adhuc alias implere debuit, de quibus ab ipso impletis veteres historici non meminerunt. Cæterum duntaxat rogo, ut S. Cyrillus et S. Atticus juxta hanc Tillemontianam regulam æqualiter judicentur.

22. Ex toto hujus epistolæ contextu apparet, quod Cyrillus Acacio persuadere cupiat, Nestorium hæresiarcham jure merito condemnatum fuisse. Ut autem id clarius probet, inter alia allegat exemplum Joannis Chrysostomi, atque a simili argumentatur in hunc fere modum : Joannes Chrysostomus in sancta synodo ad Quercum ab episcopatu depositus est ob duritiam et asperitatem (sic adversantes sancto præsulì invictam ejus constantiam perperam appellabant) a qua ipsum nunquam recessurum Acacius vere prædixerat. Cur igitur sancta synodus Ephesina non deposuisset Nestorium ob hæresim, quam pertinaciter propugnabat? At videtur S. Cyrillus hoc ratiocinio innuere, quod tunc nondum de injustitia Chrysostomianæ depositionis convictus esset; si enim innocentiam S. Chrysostomi eo tempore agnovisset, quam vim haberet ejus argumentatio? Quomodo invidiosam inter Nestorium hæreticum et S. Joannem Chrysostomum comparisonem institueret? Quomodo denique iniquissimum conciliabulum ad Quercum, in quo S. Chrysostomus falso accusatus ac damnatus fuerat, hic a Cyrillo « sancta synodus » vocaretur, et cum sancto concilio Ephesino compararetur?

23. Ex his secundum sententiam Tillemontianam inferre possem, nomen Cyrilli, æque ac Attici, ex ecclesiasticis tabulis delendum esse, cum Cyrillus in hac epistola nondum agnoscat injuriam, qua S. Joannem Chrysostomum affecerat, nec ullum hic præbeat pœnitentiæ indicium, ob quam causam Tillemontius tomo XII *Monument. eccles.* pag. 446 et 425 Atticum præcipue reprehendit, eumque e catalogo sanctorum expungit. Si igitur propterea Atticum albo sanctorum eradat, cur in eo Cyrillum relinquit? Ne his diutius immorer, unicum Tillemontii dilemma propono. Cyrillus erroneam suam de depositione S. Chrysostomi opinionem post datas ad Acacium litteras vel retractavit, vel in ea usque ad mortem permansit. Si velit primum, proferat auctores fide dignos, aut ipsa Cyrilli scripta in quibus ea retractatio expresse legatur. Saltem in Actis S. Cyrilli, quæ tomo XIV *Monument. eccles.* a pag. 267 usque ad 676 ex veteribus scriptoribus copiose illustravit, nullum hujus retractationis testem hactenus produxit. Si secundum dilemmatis partem eligat, sequitur, hunc innocuum Cyrilli errorem sanctitati ejus non officere.

24. Sed forte Tillemontius hoc dilemma declinare conabitur recurrendo ad regulam criticæ, quam tomo XIV *Monument. eccles.* pag. 798 sic tradit : « Historici tam frequenter omittunt res verissimas et aliquando maxime memorabiles, ut periculosum sit, ex eorum silentio certas conclusiones deducere. » Hinc inferet, S. Cyrillum postea verosimiliter errorem suum agnovisse ac retractasse, etiamsi apud ipsum S. Cyrillum aut alios antiquos scriptores id non legamus. Totum istud probe intelligo, atque

etiam libenter admitto, ut S. Cyrillum de pertinacia erronei et iniqui sui iudicii excusum. At vicissim exigo, ut eadem regula in S. Attico locum habeat. Si igitur Atticus nondum satis noverat injustitiam Chrysostomianæ exauctorationis, quando ad S. Cyrillum scribebat, dicatur secundum hanc Tillemontii regulam, quam probo et amplector, iniquitatem istius iudicii postea agnovisse, quamvis antiqui scriptores eam notitiam clare ad posteros non transmiserint. Secundum ea, quæ superius diximus, forte eo tempore Atticus nondum sese omnino cum Romana Ecclesia reconciliaverat, quod tamen postmodum effecit, etsi perfectam illius reconciliationem antiquitas diserte non expresserit. Haud dubie prima aut præcipua pacis conditio fuit, ut nomen S. Chrysostomi diptychis inscriberetur, præter quam secundum supra dicta Atticus adhuc alias implere debuit, de quibus ab ipso impletis veteres historici non meminerunt. Cæterum duntaxat rogo, ut S. Cyrillus et S. Atticus juxta hanc Tillemontianam regulam æqualiter judicentur.

25. Non video, quomodo hinc evadere possit adversarius, nisi confugiat ad alteram regulam, quam tomo X *Monument. eccles.* pag. 541 sibi aliisque præscribit, et qua dubiam Flaviani Antiocheni sanctitatem ita vindicat : « Igitur dicendum est, quod Ecclesia Græca antiquam traditionem secuta sit, quando illum » (scilicet Flavianum, de quo ibi agit) « publico cultu veneratur. Quod si in ejus gestis occurrant aliqua, quæ ægre videntur conciliari posse cum spiritu charitatis, qui solus sanctos efficit, meminisse oportet, nos esse homines, nimis debili ac tenui lumine illustratos, ut de humanis actionibus earumque circumstantiis recte judicemus. » At nunquid hoc axioma æque favet Attico, quam Flaviano? Nonne etiam hic dici potest, quod Græci (addo quoque Latinos quosdam Martyrologos) antiquam traditionem secuti sint, dum Atticum sacris suis Fastis inseruerunt? Verbo uno, quidquid adversarius hic dixerit, nos eodem de Attico affirmabimus. Certe si Tillemontius traditas a se regulas observasset, tam durum ac temerarium iudicium non tulisset de præclaro viro, quem antiquitas magnis exornavit laudibus, quarum hic nonnullas in gratiam adversarii breviter congeremus.

26. Imprimis S. Cyrillus Alexandrinus in *Epistola ad clericos Constantinopolitanos*, apud Labbeum tomo III *Conciliorum*, col. 383, de Nestorio ita interrogat : « Nunquid æqualis vel sapientior est beato Attico? » Cœlestinus papa, in litteris ad Nestorium, vigilantiam S. Attici contra Pelagianos ibidem, col. 353, sic laudat : « Denique sanctæ recordationis Atticus, catholicæ magister fidei, et vere beati Joannis etiam ad ista successor, eos ita persecutus est pro Rege communi, ut iis ne standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post ejus exitum sollicitudo vel maxima, cum successor ipsius utrum etiam in ejus fide succederet, quæreremus, quia difficile est continuari, quæ bona sunt; nam sibi sæpe alternis vici-

bus adversa succedunt. » An Romanus pontifex Atticum appellaret verum S. Joannis Chrysostomi successorem, si Atticus nihil unquam fecisset ad reparandam illegitimam sedis Constantinopolitanæ invasionem, ut Tillemontius nimis temere affirmat? Adde, Cœlestinum papam in eadem *Epistola ad Nestorium* satis indicare, quod Atticus cum Romanis pontificibus amicitiam coluerit, dum ibidem col. 361 de nimia Nestorii erga Pelagianos indulgentia sic conqueritur: « Ejicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen ea, quæ in hos tunc sunt acta, quærentur, cum certum sit, illinc ad nos a catholico tunc antistite Attico gesta directa? Cur non sanctæ memoriæ Sisinnius ista quæsit? Quia utique sub decessore suo probaverat eos jure damnatos. » Hinc satis liquet, S. Atticum amicam litterarum communionem cum Ecclesia Romana conservasse.

27. Idem pontifex in *Epistola ad clerum et populum Constantinopolitanum* tomo Labbei proxime citato, col. 365, post celebratas S. Chrysostomi laudes, de illius successore ita loquitur: « Rexit enim sanctæ memoriæ episcopus Atticus Christianum populum decessoris exemplo, et sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. » Præterea Cœlestinus eodem tomo, col. 4073, S. Maximianum episcopum Constantinopolitanum, quia cum S. Attico conjunctissime vixerat, hoc elogio ornat: « Ita enim reverendissimæ memoriæ viro Attico, catholicæ fidei propugnatori fortissimo, mente pariter et officio co-hærebat, ut jam tunc futuri in eodem episcopatus insignia præluerent. » At ex hac ipsa S. Maximiani cum Attico conjunctione confirmatur opinio nostra:

A cum enim, juxta vulgare effatum, amor aut pares inveniatur aut faciat, quis facile credat sanctissimum Maximianum tam firmo amicitiae vinculo conjunctum fuisse huic præsulī, si Atticus manserit injustus cathedræ Constantinopolitanæ possessor, ac talis fuerit, qualem Tillemontius depinxit? Denique idem pontifex Romanus, columnam sequente, hunc S. Maximianum ita hortatur: « Sequere priorum, a quibus eruditus es et nutritus, exemplum pontificum; beatissimi Joannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem. »

28. Sanctus Prosper in carmine *De ingratis*, quod novissime Parisiis, anno 1744, inter ejus Opera a col. 115 editum est, zelum Attici contra Pelagianos ibidem col. 121 prædicat his versibus:

*Quid loquar et curam, magna quam gessit in urbe
Constantinopoli, docto bonus ore sacerdos
Atticus, antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide? De qua tunc impia corda,
Quamvis se obducta legerent velamine forma
Judicii, et tacitæ tulerant tormenta repulsæ.*

Præterea hic quædam Orientis concilia, quæ antistitem illum tanti fecerunt, ut inter alios sanctos Patres scripta beati Attici adversus hæreticos citarent. Omitto etiam Theodoretum, Socratem, Leonem Magnum papam, qui omnes Atticum magnis laudibus extulerunt; nam hæc pauca sanctorum virorum testimonia, quæ de ipso produximus, omnibus Tillemontii conjecturis et cavillationibus longe præferenda censemus. Nunc tempus est, ut post hanc velitationem rursus filium historiæ nostræ arripuerim, finiamus vindicias S. Attici, cui successit S. Sisinnius I.

S. ATTICI CP. EPISCOPI

EPISTOLA AD PATRES CONCILII AFRICANI.

Authentica concilii Nicæni per Marcellum subdiaconum transmittit.

(LABBE, Concil., II, 1673.)

Dominis sanctis, merito beatissimis fratribus coepiscopis, Aurelio, Valentino, vel cæteris charissimis, in synodo apud Carthaginem habita constitutis, Atticus episcopus.

Per filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum scripta vestræ dilectionis cum omni gratiarum actione suscepti, Domino gratias agens, quod meriti tantorum fratrum benedictione perfrui, domini beatissimi fratres. Scribitis sane ut verissimos canones, quod Nicæam civitatem metropolim

D Bithyniæ a Patribus constitutos, sub fidei astipulatione dirigam. Et quis est, qui communem fidem, vel statuta a Patribus firmata, suis fratribus denegat? Qua de re, per eundem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa civitate a Patribus canones in integro, ut jussistis, direxi; petens, ut pro me plurimum vestra sancta congregatio orare jubeat. *Et aliam manu*: Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres.

S. ATTICI EPISTOLA AD S. CYRILLUM
ALEXANDRINUM EPISCOPUM

De S. Joannis Chrysostomi nomine diptychis inserendo.

Vide inter S. Cyrilli epistolas, Opp. tom. V, parte II, p 201-203.

EJUSDEM EPISTOLA AD PETRUM ET ÆDESIUM.

Exstat apud Nicephorum, *Hist. eccles. lib. XIV, c. 27.*

EJUSDEM EPISTOLA AD CALLIOPEN

Socrat. *Hist. eccles. VII, 25.*

ANNO DOMINI CDXLVI.

S. PROCLUS^{*}
CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth. IX, Proleg., p. XXXIX.*)

I. Proclum a primæva ætate litteris ac disciplinis excolendis sedulo incumbentem, ad lectoris gradum fuisse promotum, ex Socrate intelligimus (a). Deinde Attico episcopo Constantinopolitano operam dedit, cujus etiam notarius exstitit; atque ab eo diaconus et presbyter ordinatus fuisse perhibetur. Interea mortuo Cyzicenorū præsule, ut scribit idem Socrates (b), Sisinnius Attici successor, ad illam regendam Ecclesiam episcopum ordinavit. At eum prævertentes Cyziceni, alium, Dalmatium nomine, sibi episcopum constituendum curarunt. Constantinopolim itaque rediens Proclus, ibi frequenter concionando magnam sui nominis celebritatem consecutus est (c). Vir fuit, si quisquam alius, optimis moribus præditus. Quo no-

mine iterum, atque iterum ad sedem Constantinopolitanam occupandam populi votis expetitus, sive post mortem Attici et Sisinnii, sive post abdicationem Nestorii, ut auctor est subinde laudatus historicus (d); tandem, eodem teste (e), post Maximianum fato functum *Areobindo et Aspare coss., pridie Idus Apriles*, id est anno Christi 454, in illius Ecclesiæ pontificali throno est collocatus. Qui postquam multa pro fide catholica propugnanda præclare gessisset, exactis in Byzantina sede annis XIII, et aliquot mensibus, e vivis demum excessit anno 447 desinente. De hac tamen temporis notatione in annum et diem Procli emortualem, haud concors exstat virorum eruditorum sententia, ut videre est apud Pagium (f) ac Tillemontium (g), quos consulas velis.

(a) Socrat. *Hist. eccl. lib. VII, cap. 41.*

(b) Id. *ibid. cap. 28.*

(c) Id. *ibid. cap. 41.*

(d) Id. *ibid. capp. 26, 29, 35.*

B (e) Id. *ibid. cap. 40.*

(f) Pagi. ad ann. 446, §§ 8 seqq.

(g) Tillem. tom. XVI. *pagg. 717 et 799, not. 2 sur S. Procle*

* Attico CP. Proclum et Flavianum CP. jungimus quamvis ordine chronologico juniores. Eorr.

II. Doctrina et eloquentia plurimum valuisse sanctum Proclum, id vero ex veterum testimoniis quae illius operibus praemisimus, plane compertum habemus. Complura scripsit beatus praesul, quae tamen ad nos usque haud omnia pervenere. Quidquid autem ex ejus litterarum monumentis detegere licuit, homilias, epistolas, fragmenta, etc., ea post Elmenhorstium diligenter satis collegit Vincentius Riccardus, ac Latine reddita et uberrimis annotationibus adornata anno 1630, Romanis typis commisit. Postmodum Procli Homilias sive Orationes xx ad mss. codices recensuit, denuo Latine vertit ac brevibus notis instruxit Franciscus Combefisius (a), de hujusmodi suo consilio lectorem ita monitum reddens (b): *Visum est sancti Procli Orationes, Vincentio Riccardo Romae editas, aliis nostris quibus maxime Deipara Virgo hoc tomo celebratur, adjungere; multisque partibus nostras,*

A codicum aliqua collatione ac nova versione (meliores), luci iterum publicae dare: valere jussis spissis illis, nec raro parergis, aut etiam minus quandoque aptis Riccardi notis: uti nec instituti nostri ratio nostra hic plura praescribi sinit. — Quae textui elucidando necessaria videbuntur, in singulis brevi orationibus expediam. Haec ille: cujus propterea editionem, ad homilias quod attinet, utpote praestantior, Riccardianae anteferendam censuimus; et breves adnotationes quas editor ad calcem rejectit, lectoris commodo consulentes, ad oras paginarum subjiciendas duximus. Reliqua porro ex Riccardo desumpsimus. Quid autem operae studio nostro, in Procli epistolis potissimum excudendis, praestitum sit, notulae produnt quas ubique subdidimus. Caeterum haud fuerit otiosum, judicium perlegere quod de scriptis sancto Proclo tributis tulit cl. Tillemontius (c).

(a) Combef. Auctar. nov. ad *Biblioth. PP.*, tom. I, pagg. 301-496. Paris 1648.
(b) Id. *ibid.* pag. 467.

(c) Tillem. tom. XVI, pagg. 718 et 800 seq., not. 3 sur S. Procle.

NOTITIA ALTERA.

(FESSLER, *Institutiones Patrologicae* tom. duo, Oeniponte 1851. — Tom. II, pag. 577.)

S. Proclus, adhuc adolescens S. Joanni Chrysostomo imprimis charus, per sacri ministerii gradus in Ecclesia Constantinopolitana ad presbyteri dignitatem ascendit. Is cum a. 426 a Sisinnio episcopo Constantinopolitano Cyzici episcopus ordinatus esset, cives ejus oppidi, priusquam Proclus illuc se conferret, alium sibi episcopum elegerunt. Quo comperto, Proclus pacis amans Constantinopoli permansit, ibique concionibus ad populum habitis plurimum inclaruit (d).

Postmodum ubi Nestorius errores suos Constantinopoli disseminare cepit, Proclus adhucdum ibi degens, celeberrima oratione publice in ecclesia habita, strenue eos impugnavit. Vir fuit eximiae benignitatis et mansuetudinis, nec minoris industriae, qua, licet vim externam contra haereticos adhiberi nollet, errantes tamen assidue pro veritate decertans victoriarumque assuetus in viam veritatis reducere satagebat (e). Quapropter iterum atque iterum, ut sedem Constantinopolitanam occuparet, populi votis expetitus, tandem post Maximiani ob-

itum (a. 454) in illius Ecclesiae pontificali throno collocatus est (f); statimque synodicam ad *Cyrium Alexandrinum, Joannem Antiochenum, aliosque Orientis episcopos* misit, qua de sua confirmatione eos certiores redderet (g). Biennio post (a. 436) exortae sunt lites de Theodoro, Mopsuestiae in Cilicia olim episcopo, ante plures jam annos defuncto, qui in libris suis longe lateque celebratis Nestorio facem praetulerat. Doctrinam ex istis libris excerptam Nestoriani, praesertim in Armenia et Persia, sub commendatione tanti nominis propagare conati sunt. Verum Acacii Melitiniensis et Rabulas Edessenus episcopus, re cognita, Armenos monuerunt de cavendo errore magnis se nominibus tegente; Ciliciae autem episcopi, patrocinio Theodori suscepto, litteris in Armeniam directis Acacii et Rabulae monita non nisi ex studio contentionis profecta asseverabant. Itaque oppositis utrinque vocibus in anceps redacti Armeniae episcopi in concilio statuerunt, Proclum ea de re consulere, ad quem duos presbyteros legatos miserunt cum

(d) Socrat. *Histor. eccles.* lib. vii, c. 28, 41, 43; Nicephori *Histor. eccles.* lib. xiv, c. 38; Ephraemii Byzantini *Catalogus patriarcharum Constantinopol.*, v. 971-49 in A.; Maii *Nova collect. veterum script.*, t. III, p. 1, p. 229. Cf. Tillemont l. c., p. 604-6.
(e) Socrat. *Histor. eccles.* lib. vii, c. 41, 42; S. Leo M. *epist.* 135, c. 1; S. Cyrill. *Alexandr.* ep. 51 (*Opp.* t. V, p. 11, p. 195), *Synodicon Casin.* c. 157. Cf. Tillemont l. c. p. 706-9.
(f) Socrat. *Hist. eccles.* lib. vii, c. 26, 29, 35, 40; *Synodicon Casin.*, c. 123.

(g) *Proaemium hujus synodicae*, de qua haud infrequens apud veteres est mentio, exstat in *Synodico Casinensi*, c. 150 (ed. Schulze ep. 129), et in *Opp.* Procli ed. Galland., ep. 17: *Vid. Synodicon Casin.* c. 144, 145, 148, 149, 158. Cf. Tillemont t. XIV, S. Cyrille, art. 121 (p. 572, 575). — Alia quaedam S. Procli synodica, cujus mentio habetur in Theodoretii *epist.* 86, posteriori tempore scripta videtur, Cf. P. Constant in *epistolis pontiff. Roman.*, *Monitum in S. Xysti III* ep. 10.

libellis rei statum exhibentibus (a) adjuncto volumine, continente excerpta ex Theodori libris, quæ in Armenia et Persia circumferebantur. Proclus, re in synodo diligenter examinata, celeberrimum illum somum ad episcopos Armeniæ direxit, quo luculentum veræ fidei testimonium perhibuit. Eundem tomum ad Joannem quoque Antiochenum misit, expectans ab eo pro communi fide servanda, ut cum suo concilio eum susciperet atque subscriberet. Quod revera Joannes et synodus Orientis apud ipsum congregata lubenter præstitit (b). Insuper Proclus consilio prudenti usus, tomo suo capitula hæresin Nestorianam continentia, quæ in Armenia circumferebantur, absque tamen auctoris Theodori nomine damnanda subjecerat, ut et Theodori nomini propter Orientalium offensionem parceretur, et prava ejus dogmata damnata excluderentur (c). Verum sapiens ejusmodi consilium imprudens monachorum quorundam zelus fefellit, qui excerpta ista capitula cum ipso auctore Theodoro damnanda per omnem Orientem clamabant, sicque magnas turbas excitabant. Qua de re Joanni multum querenti (d) Proclus temperatam suam agendi rationem candide exposuit, legatis autem suis in arduo isto

(a) Reperitur in concil. Constantinopolit. II (a. 553) collat. v (Mansi t. IX, col. 240-42) fragmentum ex libellis porrectis a presbyteris et diaconis, qui transmissi sunt ab episcopis, etc., *magnæ Armeniæ, Persidis et aliis gentibus ad Proclum Constantinopolitanum* (idem legitur in Opp. Procli ed. Riccardi tanquam epist. 1). Quod si tamen Facundus op. cit., lib. viii, c. 2, *Liberati Breviar.*, c. 10, et ipsa tomî ad Armenios inscriptio cum isto fragmento conferantur, propius ad veritatem accedere videtur, si istos libellos vel serius ad Proclum scriptos credamus, vel saltem in isto fragmento quedam præsertim ab initio ex libellis Basilii diaconi ferventioris (vid. *Liberati Breviar.*, c. 10) admista contineri. Cf. Tillemont t. XIV, S. Cyrille, art. 142 (p. 633), cum nota 88 (p. 791).

(b) *Fragmentum epistolæ Procli ad Joannem et responsi Joannis ad Proclum*, servatum a Facundo Hermian. in *Defens. trium Capitul.*, lib. I, c. 1 (Galland, t. XI, pag. 666), habetur tanquam Procli, ep. 4 et 5. Aliud fortasse fragmentum *epistolæ Procli ad Joannem ejusque synodum* exhibent verba in S. Cyrilli Alex., ep. 47 (t. V, p. II, p. 189) ex Proclo allegata.

(c) S. Cyrilli Alex. *Epist. ad Acacium* in concil. Constantinopolit. II (a. 553), collat. v. (Mansi, t. IX, col. 245).

(d) Querelas Joannis Antiocheni exhibet epist. 6, in Opp. Procli ed. Riccardi, quæ revera non est nisi pars alia responsi Joannis ad Proclum (seu epistolæ 5), ut satis patet ex Facundi op. cit., lib. II, c. 2, et lib. viii, c. 1 (Galland, t. XI, p. 680, et pag. 745-46), unde accepta est ep. 6 inter Procli epistolas.

(e) *Fragmentum hujus epistolæ Procli ad Joannem*, et aliud ejusdem Procli *epist. ad Maximum diaconum suum*, desumpta ex Facundi op. cit., lib. viii, c. 2 et 5 (Galland, t. XI, p. 746-47, et p. 752), exstant in Opp. Procli ed. Riccardi tanquam ep. 10 et 11. Totâ hæc causa accurate narratur in *Liberati Breviario*, c. 10 (Galland, t. XII, p. 133-35), quem refert et in nonnullis corrigit C. Baron., *Annal.*, ad a. 435, n. 31-4. Vid. etiam supra § 327, p. 528. Cf. Tillemont t. XIV, S. Procle, p. 709-10.

negotio summam denuo moderationem injunxit (e). Inter cæteros Orientis episcopos, qui cum catholicis communicabant, Rabulæ Edesseni mediis hisce litibus inmortui successor Ibas ob animum Nestorianis erroribus propensiorum maxime infamabatur; quam ob rem Proclus, conservandæ puræ fidei pacisque genuinæ æque studiosus, egregiis litteris plurimum institit, ut Joannes eum ad tomum subscribendum subjectaque capitula damnanda permoveret (f). — Aliquot annis post (a. 444), Athanasio, extorri Perrheorum episcopo, suffragatus, omni charitate et modestia Domnum, Antiochiæ episcopum, datis litteris rogavit, ut ejus causam denuo examinaret (g). Obiit Proclus sanctitatis fama ubique conspicuus a. 446 (h).

S. Procli hodie supersunt *Orationes et Epistolæ*.

I. *Orationes* viginti septem ejus nomine circumferuntur (i), quarum tamen nonnullæ citra dubium spurix, aliæ saltem suspectæ sunt (j).

Huc pertinent :

1. *Sermones in festis Domini* (k), seu de mysteriis vitæ Christi, scil. *De nativitate Domini* (A. Mai l. c., pp. 92, 93), *De incarnatione Domini nostri Jesu Christi*, altero post Christi natalem die (orat.

(f) *Epistola hæc Procli ad Joannem*, quæ in Opp. Procli ed. Riccardi est ep. 3, transumpta est ex concilio Constantinopolit. II, collat. vi et v (Mansi t. IX, col. 504-4, 270-71). Cf. Tillemont t. XIV, S. Cyrille, art. 142 (p. 631-32), et S. Procle (ibid., p. 709).

(g) *Epistola hæc Procli ad Domnum*, ex concil. Chalcedon. act. xiv (Mansi t. VII, col. 321-26) accepta in Opp. Procli ed. Riccardi, est ep. 15. Cf. Tillemont, t. XIV, S. Cyrille, art. 148 (p. 647-49).

(h) Insignia laudum præconia, quibus veteres sanctum hunc episcopum extulerunt. Vid. ap. Tillemont t. XIV, S. Procle, p. 717-18, et in fronte Opp. S. Procli (Galland, t. IX, p. 603-15).

(i) Harum *viginti duæ* in edit. Gallandii cæteris meliøre deprehenduntur, quinque nuper ab A. Maio in *Spicileg Roman.* t. IV (Romæ 1840) p. 77, 98 e codd. antiquis erutæ fuere.

(j) Dubiæ sunt hæc orationes : *De incarnatione D. N. Jesu Christi et de infusoriis* (orat. II), item *In natalem diem D. N. Jesu Christi* (orat. IV), quæ idem plane initium habet cum oratione I Theodoti An-cyrani lecta in concilio Ephesino; et oratio altera in S. Stephanum (orat. xvii). — Spurix sunt : *Laudatio Dei Genitricis Mariæ* (orat. vi), absurda quædam continens; et oratio prior in S. Stephanum (orat. xvii), quæ Asterium Amasenum auctorem habet. — *Oratio hæc in S. Stephanum* apud Gallandium inter scripta S. Procli prætermissa est; hinc *Oratio altera in S. Stephanum*, quæ in edit. Riccardi, orat. xviii numeratur, ap. Galland. locum orat. xvii obtinuit, et sic deinceps numerus *Orationum* ap. Riccard. et Galland. una semper discrepat, ut oratio XIX ed. Riccardi sit orat. xvii ap. Galland., etc. — Cf. de singulis Procli orationibus tam genuinis, quam dubiis et spuris Riccardi et Combetisii notas; Tillemont t. XIV, S. Procle, note 3 (p. 860-801); Ceillier l. c., n. 12-25. (p. 484-91); J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 505-510. De stylo et characteribus harum *Orationum* vid. Dupin t. IV, p. 73, et Tillemont l. c., p. 718-19.

(k) *Festa Domini*, quæ tempore S. Procli in Ecclesiæ usu erant, ipse enumerat orat. III n. 2.

π), et de ejusdem *circumcisione* octavo post nati-
vitatē die (A. Mai l. c. p. LXXXIV—VII), in s.
theophania sive in epiphania Domini (orat. VII);
sermo *De incarnatione*, dictus in Sabbato ante Qua-
dragesimam (A. Mai l. c. p. LXXXVIII—XCII); *In*
transfigurationem (orat. VIII); *In ramos Palmarum*
(orat. IX); in feriam quintam *De caena Domini* (orat.
X); in Parasceve *De passione Dominica* (orat. XI);
unus *De resurrectione Domini* dictus in nocte paschali
(orat. XII); tres in *S. Pascha* (orat. XIII, XIV et XV);
unus *De ascensione Domini* (A. Mai l. c. p. LXXVII—
LXXXIII); denique unus *In S. Pentecosten* (orat. XVI).

2. *Laudes sanctorum*. Has inter eminet celeberrima illa *laudatio* in *SS. Dei Genitricem Mariam*, Nestorio præsente habita, ab eoque frequenter impugnata (orat. I); et altera similis argumenti (orat. V). Accedunt *laudatio* S. Pauli apostoli fervidior (orat. XIX), S. Andreae apostoli (orat. XX), et S. Joannis Chrysostomi (orat. XXI). His adjungendus venit sermo *De S. Clemente martyre*, Ancyrae in Galatia episcopo (A. Mai l. c. p. XCIV—VIII).

3. *Tractatus de traditione divinæ Missæ* (seu orat. XII), alioquin nonnisi fragmentum, quo præcipui liturgiæ apud Græcos recensentur auctores, ac præsertim liturgiæ S. Basilii et Joannis Chrysostomi origo exponitur, a quibusdam in dubium vocatur (a).

II. *Epistolæ* S. Procli *septem* hodie exstant, quarum longe celeberrima est: *Tomus* (seu *Epistola de fide*) *ad Armenios*, quo mysterium Incarnationis Domini perquam accurate exponitur, adeo ut episcopi catholici per totum Orientem eidem subscriberent tanquam normæ rectæ fidei, ipsique Romani

(a) Cf. Tillemont l. c. p. 801.; Ceillier l. c., n. 26 (p. 491—93), et t. I, cap. 2, art. n. 8, (p. 510—11.); Eu. Renaudot *Liturg. Oriental. Collect.*, t. I, p. 22, et 26—7, J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 510—11. Card. Bona *Rerum liturg.* lib. I, c. 9, n. 9, etiam liturgiæ S. Procli memorat.

(b) De nomine *Tomi* vid. supra t. I, § 115, p. 405. — De *Tomi* hujus auctoritate cf. Tillemont

A pontifices summis laudibus illum extollerent (b). Cæteræ *epistolæ* vel *epistolarum* fragmenta (scil. cp. 3, 4, 10, 11, 13, 17) ubique insignem ejus charitatem produunt, nec minus fidei zelum, quam pacis atque justitiæ amorem spirant (c).

Ex doctrina S. Procli illud maxime notatu dignum, quod sæpius in *Tomo ad Armenios*, et in celeberrima illa *Laudatione SS. Dei Genitricis* (orat. I) illibatam S. Mariæ virginitatem etiam post partum disertis verbis astruit.

Editiones: S. Procli Opuscula Gr. et Lat. ed. G. Elmenhorst, Lugduni Batav. 1617 in 8°. (Hæc editio continet tantum quatuor orationes et tres epistolas atque *Tractatum de traditione divinæ liturgiæ*, pleraque Gr. et Lat.; vid. de singulis Hoffmann *Lexicon bibliograph.* t. III, s. v. Proclus p. 473—74.) — S. Procli *anælecta* (seu *Opera collecta*) a Vincentio Riccardo Gr. et Lat. cum commentar., Romæ 1650 in 4°. — P. Combefisius in *Auctario novo Bibliothecæ Patrum*, Paris. 1648, t. I, p. 302—496, homilias seu orationes viginti S. Procli (omissa tantum oratione Asterii Anaseni) iterum recensitas Gr. et Lat. cum notis edidit. — Denique omnia S. Procli opera, quæ hucusque reperta sunt, ex edit. Riccardi et Combefisii collecta optime exhibentur Gr. et Lat. in Galland *Biblioth. Patrum* t. IX, p. 601—704, ubi etiam (p. 703—4) fragmenta quædam ex orationibus deperditis et ex epistolis nonnullis Procli reperiuntur. Quibus nunc addere oportet sermones ab A. Mai repertos, quorum primus Gr. et C Lat., reliqui Latine tantum exhibentur.

t. XIV, S. Cyrille, art. 141 (p. 630—31); J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 511—12.

(c) Riccardi editio sedecim epistolas habet, quibus Gallandius decimam septimam adjecit; sed pars major illustrandis rebus gestis S. Procli inservit, ac nonnisi *septem* de quibus supra in *Vita S. Procli* singillatim actum est, Proclum ipsum auctorem habent.

VETERUM TESTIMONIA DE S. PROCLUSO

EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

I.

CYRILLUS ALEX. in *Exposit. Symboli. Ex part. III, Conc. Ephes. cap. 43, sub fin.* — *Conc. edit. Ven. Labb., tom. III, pag. 1721.*

Ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φιλόχριστος τῶν ἁγίων Πατέρων χορὸς, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυνὶ τὸν τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας κατακοσμήσας θρόνον. ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφός, καὶ συνεπίσκοπος Πρόκλος.

D Hæc sentit nobiscum amantissimus Christi sanctorum Patrum chorus, et ipse qui nunc sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ thronum exornat, religiosissimus et sapientissimus frater et coepiscopus Proclus

Idem *ibid.*, pag. 1727, ad Joannem Antioch. et synod.

Ἐν τῇ πρὸς Ἀρμενίους Ἐπιστολῇ, τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομῶν, διεκήρυξε σαφῶς ὁ ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφός ἡμῶν, καὶ συνεπίσκοπος

In *Epistola ad Armenios*, cum sermonem veritatis recte tractaret, diserte prædicavit sanctissimus et religiosissimus frater noster et coepiscopus Pro-

clus, vir pius, et ad certamen adversus eos qui A Πρόκλος, ἀνὴρ εὐσεβής, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀνταποδύεσθαι μεμελετηκώς, ὅτι καὶ νικᾷν ἔθος αὐτῷ πρεσβεύοντι τὴν ἀλήθειαν.

II.

SOCRATES Hist. eccl. lib. vii, cap. 26.

Orta est autem post obitum Attici multa circa ordinationem episcopi contentio, dum alii alios quærebant: nam quidam Philippum presbyterum, nonnulli vero Proclum ordinari cupiebant: erat autem et is presbyter. Communiter vero cunctus populus Sisinnium ordinari optabat.

Ἐγένετο δὲ μετὰ τὴν τελευταίαν Ἀττικοῦ πολλή φιλονεικία περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου, ἄλλων ἄλλον ζητούντων· τινὲς μὲν γὰρ, φησί, Φλιππον τὸν πρεσβύτερον ἐζήτουν, τινὲς δὲ Πρόκλον· καὶ οὗτος δὲ πρεσβύτερος ἦν. Κοινῇ δὲ πᾶς ὁ λαὸς ἐπόθει γίνεσθαι Σισίννιον.

Idem *ibid.*, cap. 28.

Mortuo Cyzicenorum episcopo, Sisinnius Proclum Cyzici ordinavit episcopum. Cum itaque Proclus B Cyzicum esset profecturus, prævenerunt eum Cyziceni, ac virum religiosum, nomine Dalmatium, ordinarunt. Et hoc fecerunt neglecta lege quæ jubet, ne præter sententiam Constantinopolitani episcopi, ulla fiat episcopi ordinatio. Legem autem istam ideo neglexerunt, quod ea ad solius Attici personam lata pertineret. Mansit itaque Proclus Constantinopoli, et licet Ecclesiæ suæ non præset, in ecclesiis tamen Constantinopolitanis docendo floruit.

Τοῦ Κυζικηνῶν ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ Σισίννιος Πρόκλον ἔχειροτόνησε πρὸς ἐπισκοπὴν τῆς Κυζίκου. Μέλλοντος οὖν διάγειν ἐπ' αὐτὴν, φθάνουσιν οἱ Κυζικηνοὶ καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα ἀσκητικόν, ᾧ ὄνομα ἦν Δαλμάτιος. Καὶ τοῦτ' ἐποίησαν, ἀμελήσαντες τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, χειροτονίαν ἐπισκόπου μὴ γίνεσθαι. Ἠμέλησαν δὲ τοῦ νόμου τούτου, ὡς Ἀττικῷ μόνῳ εἰς πρόσωπον παρασχεθέντος. Ἐμεινεν οὖν ὁ Πρόκλος, οικείας μὲν Ἐκκλησίας μὴ προσεστώς, ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Κωνσταντινουπόλεως μετὰ τὰς διδασκαλίας ἀνθῶν.

Idem *ibid.*, cap. 35.

Post depositionem vero Nestorii, rursus disceptatio erat de eligendo episcopo. Et multi quidem Philippum, plures vero Proclum eligebant; et obtinisset sane Procli electio, nisi potentum nonnulli obstitissent, canone ecclesiastico prohiberi dicentes: Ne quisquam episcopus uni addictus ecclesiæ ad aliam civitatem transferatur. Hoc dicto ac credito, coactus est populus acquiescere.

Μετὰ δὲ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν, πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ἦν. Καὶ πολλοὶ μὲν Φλιππον, πλείους δὲ τὸν Πρόκλον ἐπελέγοντο· καὶ ἐκράτησεν ἂν ἡ Πρόκλου γνώμη, εἰ μὴ τινες τῶν μεγάλα δυναμένων ἐκώλυσαν, φησάντες, κανόνα ἐκκλησιαστικὸν κωλύειν, τὸν ὀνομασθέντα τινὸς πόλεως ἐπίσκοπον εἰς ἑτέραν μεταφέρεισθαι πόλιν. Τοῦτο λεχθὲν καὶ πιστευθὲν, τὸν λαὸν ἡσυχάζειν ἠνάγκαζεν.

Idem *ibid.*, cap. 36.

Qui tunc ista dicere conati sunt, vel invidia fuerunt erga Proclum infecti, vel et canones, quæve sæpenumero utiliter in ecclesiis gesta fuere, ignorabant.

Οἱ τότε ταῦτα λέγειν ἐπιχειρήσαντες, ἀλλ' ἢ κατασκευάσασθαι φθόνῳ τῷ πρὸς τὸν Πρόκλον, ἢ ἀγνοεῖν καὶ τοὺς κανόνας, καὶ τὰ πολλάκις χρειωδῶς ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις γενόμενα.

Idem *ibid.*, cap. 40.

Maximianus vero cum biennium ac menses quinque Ecclesiæ pacate præfuisset, mortuus est, consulibus Areobindo et Aspare, duodecima die Aprilis. Accidit autem, ut hebdomada esset jejuniorum, Paschatis festo vicina: erat autem dies illa quinta vocata. Tunc autem et Theodosius imperator causæ huic sapienter providit: etenim ne denuo in electione episcopi disceptatio oriretur, et Ecclesia perturbaretur, incunctanter, nondum humato Maximiani corpore, presentibus episcopis præcepit, ut Proclum ordinarent: nam ad eam rem et Cælestini episcopi Romani litteræ quæ allatæ fuerant, consentiebant, quas ille et Cyrillo Alexandrino, et Joanni Antiochiæ, et Rufo Thessalonicensi miserat, nihil impedire docens, eum qui alii esset Ecclesiæ nuncupatus, vel etiam episcopus esset, ad aliam trans-

Μαξιμιανὸς δὲ δύο ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς πέντε μηνὶν ἡσύχως τῆς Ἐκκλησίας προστάς, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Ἀρεοβίνδου καὶ Ἀσπαρος, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀπριλλίου μηνός. Συνέβη δὲ ἐν αὐτῇ τὴν ἑβδομάδα εἶναι τῶν νηστειῶν, τὴν γεινιάζουσαν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ· ἡμέρα δὲ ἦν καλουμένη πέμπτη. Τότε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδοσίος σοφῶς τοῦ πράγματος προνόησεν· ἵνα γὰρ μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ἦ, καὶ ταραχὴ τῇ Ἐκκλησίᾳ κινήσῃ. μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἐτι κειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ τοῖς παρούσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσει· τὸν Πρόκλον ἐπέτρεψεν· τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων Κελεστίνου ἐπιστολαὶ παρούσαι ἐγίνοντο σύμφηροι, ὅς ἐκεῖνος ἀπεστάλαξε Κυρίλλῳ τε τῷ Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ Ῥούφῳ τῷ Θεσσαλονίκης, διδάσκων ὡς οὐδὲν κωλύει τὸν τε

ἐτίρας πόλεως ὀνομασθέντα, ἣ καὶ ὄντα ἐπίσκοπον, Ἄ ferri Ecclesiam. Ordinatus itaque Proclus, funus corporis Maximiani procuravit.

εἰς ἄλλην μετατίθεσθαι. Ἐνθρονισθεὶς οὖν ὁ Πρόκλος τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ σώματος ἐποίησατο.

IDEM *ibid.*, cap. 41.

Πρόκλος ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀναγνώστης ἐτύγχανεν ὄν, ἐφοῖτα τε εἰς διδασκάλους, καὶ ῥητορικῆς ἐγένετο ζηλωτής. Τελέσας δὲ εἰς ἄνδρα, τὰ πολλὰ παρῆν τῷ ἐπισκόπῳ Ἀττικῷ, ὑπογραφεὺς αὐτοῦ τῶν λόγων γενόμενος. Προκόψαντα δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῇ τάξει τῆς διακονίας Ἀττικὸς προηγάγετο· ἀξίωθεις δὲ καὶ πρεσβυτερίου, ὡς προεῖπον, ὑπὸ Σισιννίου πρὸς τὴν Κυζικίου ἐπισκοπὴν προεδιήθη. Τότε δὲ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας τὸν θρόνον ἐκληρώθη. Ἦν δὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὸ ἦθος, εἰ καὶ τις ἄλλος· ὑπὸ γὰρ τῷ Ἀττικῷ παιδευθεὶς, πάντα αὐτοῦ τὰ χρηστὰ Β ἐμιμήσατο· τὴν δὲ ἀνεξικακίαν, πλεόν ἦν ἐκεῖνος εἶχεν, ἐξήσκησεν. Ὁ μὲν γὰρ τοῖς αἰρεσιώταις φοβερὸν ἐν καιρῷ ἑαυτὸν ἐπεδείκνυσεν· οὗτος δὲ προσήνης τοῖς πᾶσιν ἐγένετο· τούτῳ δὲ μᾶλλον αὐτοῦς, ἢ βίε προσάγεσθαι προνοῶν· αἵρεσιν γὰρ οὐδεμίαν σκύλλειν αἰρούμενος, τὸ ἀξίωμα τῆς πραότητος τῇ Ἐκκλησίᾳ φυλάξας ἀπέδωκε· κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὸν βασιλεῖα μιμούμενος Θεοδοσίον.

IDEM *ibid.*, cap. 42.

Ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀπέδχετο· καὶ γὰρ τοῖς ἀληθῶς ἱερωμένοις ἐφάμιλλος, καὶ οὐδαμῶς τοὺς διώκειν ἐθέλοντας ἀπέδχετο.

Proclus ex primæva ætate lector fuerat, et auditis præceptoribus rhetoricæ operam dederat. Cum autem in virum evasisset, episcopo Attico frequenter aderat, ac librorum illius amanuensis erat. Progressum autem, Atticus ad diaconatus etiam ordinem subvexit: deinde et presbyterium sortitus, a Sisinnio, sicut antea dixi, ad episcopatum Cyzicenum ordinatus est. Postmodum vero et Constantinopolitanæ Ecclesiæ sedem est consecutus. Erat autem hic vir, si quisquam alius, ingenio ac moribus bonus, etiam ab Attico institutus, quæcumque in illo bona fuerant, imitatus est; clementia vero usus est majore, quam in Attico fuerat. Ille namque hæreticis terribilem se, pro tempore ostenderat; hic vero omnibus placidus fuit, et hoc se pacto eos magis quam violentia attracturum præcogitavit: etenim nullam hæresim divexare volens, mansuetudine dignitatem Ecclesiæ salvam restituit; atque ea in re Theodosium imperatorem imitatus est.

IDEM *ibid.*, cap. 43.

Θνήσκει μὲν Βαρβάρων ὁ ἐπαρχος, ᾧ ὄνομα ἦν C Ῥούγας, βληθεὶς κεραυνῷ· λοιμὸς τε ἐπιλαθόμενος τὸ πλεῖστον τῶν ὑπ' αὐτῷ ἀνθρώπων διέφθειρεν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐξήρχεσεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν, πολλοὺς τῶν ὑπολειφθέντων ἀνέλωσεν. Τότε δὲ καὶ ὁ ἐπίσκοπος Πρόκλος, ἐκ τοῦ Ἰεζεκιηλ προφητεῖται ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκων, τῇ γενομένῃ ἐκ Θεοῦ σωτηρίᾳ προσαρμόσας, ἱκανῶς ἐθαυμάσθη. Ἡ δὲ προφητεία ἐστὶν αὕτη· Καὶ σὺ, υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ Γὼγ ἄρχοντα, Ῥώς, Μισὸχ καὶ Θεβέλ· κρινῶ γὰρ αὐτὸν θανάτῳ, καὶ αἵματι, καὶ ὑετῷ κατακλύζονται, καὶ λίθοις χαλάζης· καὶ πῦρ, καὶ θεῖον βρέξω ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰς ἔθνη πολλὰ μετ' αὐτοῦ. Καὶ μεγαλυνηθήσομαι, καὶ ἐνδοξασθήσομαι, καὶ γνωσθήσομαι ἐναντίον πολλῶν ἐθνῶν· D καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ εἰμι ὁ Κύριος. Σφόδρα μὲν οὖν, ὡς ἐφην, ἐθαυμάσθη ἐπὶ τούτοις ὁ Πρόκλος.

Barbarorum dux, nomine Rugas, fulmine ictus interiit; et pestis subsecuta maximam eorum hominum qui sub illo fuerant, partem interemit. Neque sic plaga quievit; sed et ignis e cælo delapsus, plurimos ex iis qui remanserunt, consumpsit. Tunc sane episcopus Proclus, cum in ecclesia de collata salute Ezechielis exponeret prophetiam, admirationi fuit abunde. Erant autem verba prophetiæ: *Et tu, fili hominis, vaticinare contra Gog principem, Rhos, Misoch et Tobel; judicabo enim eum morte, et sanguine et imbre vehementi, et lapidibus grandinis; et ignem, et sulphur pluam super eum, et super omnes qui cum eo, et super gentes multas cum eo. Et magnificabor et glorificabor, et notus ero in conspectu multarum gentium: et cognoscent quia ego sum Dominus*¹. Vehementer itaque, sicut dixi, ob ista admirationi fuit Proclus.

III.

Ex concilio Antiocheno sub Domno, in texto actioni xiv concilii Chalced., edit. Ven. Labb. tom. IV, pagg. 1659, 1662, 1663.

Δόμνος ἐπίσκοπος τῆς Ἀντιοχείας εἶπεν· Οἶδα κατὰ γὰρ ἐκδεδημηχέναι τὸν ἐπίσκοπον Ἀθανάσιον· καὶ γὰρ ἐκόμισέ μοι γράμματα τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἀγιοτάτων ἐπισκόπων, τοῦ κυρίου Πρόκλου, φημί, καὶ τοῦ κυρίου Κυρίλλου.

Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Novi et ego formidasse reverendissimum episcopum Athanasium: nam detulit mihi litteras Dei amantissimorum et sanctissimorum episcoporum, domni Procli scilicet et domni Cyrilli.

¹ Ezech. xxxviii, 22 seq.

Theodorus episcopus dixit: Divinæ litteræ per Dei amatissimum episcopum Athanasium prolatae sunt sanctorum archiepiscoporum. Jubeat tua sanctitas has relegi coram sancto concilio.

Theoctistus episcopus Berrhoæ dixit: Hæc ipsa et ego perspexi, quia falsa docuerit sanctissimos et venerabilissimos episcopos, Proclum videlicet et Cyrillum, reverendissimus episcopus Athanasius.

Sabbas episcopus dixit: Si quietem diligeret reverendissimus episcopus Athanasius, non eum oportuerat post repudium et jusjurandum, importunum existere sanctissimis Patribus et archiepiscopis Proclo et Cyrillo.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ὅσα γράμματα διὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Ἀθανασίου κεκόμισται τῶν ἀγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. Κελευσάτω σου ἡ ἀγιότης, ταῦτα ἀναγνωσθῆναι ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου.

Θεόκτιστος ἐπίσκοπος Βερρόιας εἶπε· Τὰ αὐτὰ συνεῖδον καὶ ὡς ψευδῆ ἐδίδαξε τοὺς ἀγιωτάτους καὶ ὀσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους, Πρόκλον φημί καὶ Κύριλλον ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος.

Σάββας ἐπίσκοπος εἶπεν· Εἰ τὴν ἡσυχίαν ἠγάπα ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος, οὐκ ἔβρι αὐτὸν μετὰ παραίτησιν καὶ ὄρκους ἐνοχλῆσαι τοῖς ἁγίοις Πατέρεσι καὶ ἀρχιεπισκόποις Πρόκλῳ καὶ Κυρίλλῳ.

IV.

THEODORITUS epist. LXXVI, ad Flavianum, *Opp. tom. III, pag. 964.*

Scito, domine, quod demisso erga nos animo fuit, ex quo in urbe vestra, tempore beatæ memoriæ Procli, synodica acta composuimus, sequentes canones sanctorum Patrum.

Ἰσθι, δέσποτα, ὡς τὴν πρὸς ἡμῶν ἔσχε μικροψυχίαν, ἐξ οὗ τοῖς παρ' ὑμῖν γεγενημένοις συνοδικοῖς, ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλου, συνεθέμεθα, τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων κανόσιν ἀκολουθήσαντες.

IDEM epist. CX, ad Domnum, *ibid. pag. 980.*

Consuetudinem itaque secuti sumus, et homines insignes, tum doctrina, tum vita celebres. Multa etiam alia hujusmodi beatæ memoriæ Proclus Constantinopolitanus episcopus edoctus, et ipse ordinationem suscepit et laudavit, litterisque approbavit.

Ἔθει τοίνυν ἠκολουθήσαμεν, καὶ ἀνδράσιν ἐπισήμοις, καὶ ἐπὶ γνώσει καὶ βίῳ πολλοθρυλλήτοις. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα δεδιδαγμένος ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλος ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπίσκοπος, καὶ αὐτὸς τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο, καὶ ἔγραψεν ἐπαινῶν καὶ θαυμάζων.

V.

Ex libello Eusebii episcopi Dorylæi in act. 1 conc. Chalced., *edit. Ven. Labb. tom. IV, pag. 931.*

In fide sanctorum Patrum trecentorum decem et octo in Nicæa congregatorum, et in his quæ sapuit et exposuit beatissimus Cyrillus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus, et magnus Athanasius, et Gregorius, et Proclus, sancti episcopi.

Τῇ πλείετι τῶν ἁγίων Πατέρων, τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ, τῶν ἐν Νικαίᾳ συναγαγεμένων, καὶ τοῖς φρονηθεῖσι καὶ ἐκτεθεῖσι παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείων μεγαλοπόλειως γεγονότος ἐπισκόπου, καὶ Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου, καὶ Γρηγορίου, καὶ Πρόκλου τῶν ἁγίων ἐπισκόπων.

Ex act. XI ejusdem conc. Chalced., *ibid. 1611 et 1612.*

Lucianus reverendissimus episcopus Byziæ dixit: Suscepit eum beatissimæ memoriæ Proclus. Gloriosissimi iudices dixerunt: Si Proclus sanctæ memoriæ, qui fuit archiepiscopus regiæ Constantinopolis, suscepit Bassianum reverendissimum episcopum, et communicavit ei tanquam episcopo Ephesiorum metropolis reverendissimus clerus sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ nos edoecat. Theophilus reverendissimus presbyter Constantinopolis sanctæ Ecclesiæ dixit: Ut coram Deo, et suscepit eum sanctæ memoriæ Proclus communicantem, et synodalibus litteris honorans, dimisit eum ad Ephesum; et in diptychis posuit ejus nomen, et recitabatur usque ad modicum abhinc tempus. Omnes reverendissimi clerici sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ dixerunt: Et nos hæc ipsa didicimus. Suscepit enim eum, et communicavit ei beatæ memoriæ Proclus, et fecit synodicas litteras, et in diptychis eum posuit.

Λουκιανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βύζης, εἶπεν· Ἐδέξατο αὐτὸν ὁ μακαρίτης Πρόκλος. Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· Εἰ Πρόκλος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης, ὁ γεγωνὺς ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλειως, ἐδέξατο αὐτὸν Βασσιανὸν τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον, καὶ ἐκοινώνησεν αὐτῷ ὡς ἐπίσκοπῳ τῆς Ἐφεσίων μητροπόλειως, ὁ εὐλαβέστατος κληρὸς τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπόλειως Ἐκκλησίας διδασκέτωσαν. Θεόφιλος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἀγιωτάτης Ἐκκλησίας εἶπεν· Ὡς ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ἐδέξατο αὐτὸν ὁ ἐν ἁγίοις Πρόκλος κοινώνικοντα, καὶ συνοδικοῖς γράμμασι τιμήσας αὐτὸν, ἀπέλυσεν ἐπὶ τὴν Ἐφεσον· καὶ ἐν τοῖς διπτύχοις ἔταξεν αὐτοῦ τὸ ὄνομα, καὶ ἐλέγετο ἕως πρὸ ὀλίγου καιροῦ. Πάντες οἱ εὐλαβέστατοι κληρικοὶ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἀγιωτάτης Ἐκκλησίας εἶπον· Καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ λέγομεν. Ἐδέξατο γὰρ αὐτὸν, καὶ ἐκοινώνησεν αὐτῷ ὁ μακάριος Πρόκλος, καὶ ἐποίησε συνοδικὰ γράμματα, καὶ εἰς τὰ διπτύχα αὐτὸν ἔταξεν.

Ex act. xiv ejusdem concilii Chalced., ibid. pag. 1646.

Ἀθανάσιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπε· Τὸ ἐμὸν πρᾶγμα ἀπὸ μακροῦ χρόνου κατήρκεται· καὶ τοῦτου ἤκουσαν οἱ τῆς μακαρίας μνήμης Κύριλλος τε καὶ Πρόκλος, καὶ φανεροῦς τύπους ἔγραψαν τῷ Ἀντιοχείας γενομένῳ ἐπισκόπῳ Δόμνῳ· συνέθετο ἐκείνος πληροῦν ταῦτα. Ἄξιόν, εἰ παρίσταται τῇ ὑμετέρᾳ ἐξουσίᾳ, τὰ γράμματα τῶν ἀρχιεπισκόπων ἀναγνωσθῆναι. Οἱ ἐνδοξότατοι ἀρχόντες εἶπον· Τὰ γράμματα Πρόκλου καὶ Κυρίλλου τῶν τῆς εὐλαβοῦς μνήμης ἀναγνωσέσθωσαν.

A Athanasius reverendissimus episcopus dixit : Mea causa a longo tempore inchoata est, et hanc audierunt beatæ memoriæ Cyrillus et Proclus, et certas litteras scripserunt Domino qui fuit Antiochenus episcopus, promisitque ille eas complere. Rogo itaque, si videtur vestræ potestati, archiepiscoporum litteræ relegantur. Gloriosissimi iudices dixerunt : Litteræ Procli et Cyrilli reverendissimæ memoriæ relegantur

VI.

Ex epistola Quintiani episcopi Asculani ad Petrum Fullonem episcopum Antiochiæ, ex tom. V Concil. edit. Ven. Labb., pag. 226.

Ταύτας τὰς δώδεκα καθαιρέσεις ἀπέστειλά σοι, εἰδὼς ὅτι χρὴ ἐξακολουθεῖν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ ὁσιωτάτου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν Ἐκκλησίας ἐπισκόπου Πρόκλου· πῶς ἐν τῷ κάμπῳ καταδραμῶν σὺν παντὶ τῷ λαῷ, κυματιζομένης ὑπὸ σεισμῶν τῆς αὐτῆς πόλεως· καὶ θρήνου ὑπὸ πάντων ἀναπεμπομένου, ἄφροντα πῆδη εἰς τὸν οὐρανὸν ἀρθῆναι ὑπὸ τινος δυνάμεως, καὶ τοῦψ ἐνθῆσθαι τοῦ λιτανεύειν τὸ Τρισάγιον καὶ λέγειν· Ἄγιος ὁ Θεός· ἄγιος ἰσχυρός, ἄγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Καὶ ταῦτα τοῦ ἐπαγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ προστάχθη. Ὅς καὶ μετὰ τριῶρον ἔσθη ἐν τῷ τριβουναλίῳ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ αὐτοῦ [τοῦ] ἐπισκόπου, καὶ ταῦτα διηγῆσατο. Καὶ οὕτως λιτανεύσαντων, ἔστησαν οἱ σεισμοί.

B Has duodecim depositiones ad te misi, sciens quod oportet sequi revelationem sanctissimi Procli Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopi; quando in campum eum universo populo cucurrit, fluctuante ipsa civitate sub terræ motu, et omnibus fletum emittentibus, repente puerum in aera levare a quadam virtute, et huic imponi suppliciter occurrere Trisagium, ac dicere : Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis; et hæc annuntiare episcopo jussus est. Qui et per tres horas stetit in tribunali, secus pedes ipsius episcopi, et hæc narravit. Et hic suppliciter orantibus stetit terræ motus.

VII.

Ex epistola Acacii episcopi CP. ad eundem Petrum Fullonem, ibid. pag. 231.

Οὐ μόνον γὰρ τὸν χερουβικὸν ὕμνον ἐνόθευσας, δι' οὗ καὶ ἡ ἡμετέρα πόλις ἐστερεώθη σαλευομένη ποτὲ ὑπὸ ἀνευδότηων σεισμῶν, παιδὸς νηπίου περὶ τὸν αἰθέρα ἀρπαγέντος ἐπ' ἔψεσι πάσης τῆς πόλεως ὡς ἔως τρίτου οὐρανοῦ κατὰ τὸν θεσπέσιον Παῦλον. Κάκεῖ ἀκηκόετος τὴν ἀρόητον ταύτην ὑμολογίαν· καθ' ἣν ὥραν ἐν τῷ κάμπῳ τὰ πληθὴ μετὰ δακρύων ἀνεβόων τὸ, Κύριε, ἐλέησον, πρὸς τὸν Θεόν, ἅμα τοῦ ἐν ἀγίοις Πρόκλου τοῦ γεροντοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ ἀρχιεπισκόπου ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ φιλοχρίστου πόλεως.

C Non solum enim cherubicum illum hymnum corrupisti, per quem et nostra civitas firmata est, cum olim moveretur ab interioribus terræ motibus, puero infante ad æthera rapto in conspectu totius civitatis usque ad tertium cœlum, quemadmodum divinus Paulus¹. Ibidem hanc ineffabilem hymnologiam obaudivit; in qua hora in campo multitudo cum lacrymis : Domine, miserere, exclamabat ad Deum, simul cum sancto Patre nostro Proclo archiepiscopo hujus regalis et a Deo amatæ civitatis

VIII.

Ex epistola Justini episcopi in Sicilia ad eundem Petrum Fullonem, ibid. pag. 227.

Ἀέξει σὺν ὡς ἀδελφοῦ σου παραίνεσιν· καὶ γενοῦ ποιεῖν τῶν προβάτων, καὶ οὐ λύκος· καὶ τῷ μακαρίῳ Πρόκλῳ ἀκόλουθος γενοῦ, καὶ τῇ αὐτοῦ ἐν τῷ κάμπῳ ἀποκαλύψει.

D Suscipe ergo tanquam fratris tui admonitionem; et fias pastor ovium, et non lupus; et fias sectator beati Procli et revelationis ejus in campo.

IX.

Ex Hist. eccl. Tripartita, lib. xii, cap. 3, apud Cassiodorum, Opp. tom. I, pag. 348.

Sisinnius Proclum in Cyzico consecravit; qui antequam proficisceretur ad Cyzicum, cives præcedentes Dalmatium monachum episcopum sibimet ordinaverunt, parvi pendentes regulam qua jubetur, præter Constantinopolitanum episcopum ordinatio-

acm ibi fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quia Attico soli hæc lex personaliter præstita videbatur. Mansit ergo Proclus non habens Ecclesiam propriam : qui tamen in doctrina ecclesiarum Constantinopoleos valde florebat.

¹ II Cor. xii, 2.

Ibid. cap. 10, pag. 351.

Maximianus cum duos annos et sex menses Ecclesiam gubernasset, defunctus est consulatu Ariobindæ et Asparis, die xii mensis Aprilis, in septimana majore jejuniorum, feria v. Tunc igitur Theodosius imperator sapienter causam prospexit, ne rursus de episcopatu seditiois quæstio aut tumultus in Ecclesia nasceretur. Cum adhuc ergo corpus Maximiani jaceret, præsentibus episcopis præ-

A cepit inthronizare Proclum. Quod etiam Romani episcopi Cœlestini litteræ firmaverunt, quas ad Cyrillum Alexandriæ destinavit episcopum et ad Joannem Antiochenum et Rufum Thessalonicensem, dicens quia nihil prohiberet alterius civitatis existentem episcopum in aliam demigrari. Inthronizatus igitur Proclus exsequias Maximiani corporis celebravit.

Ibid. cap. 11, pag. 352.

Proclus ab ætate prima lector fuit, apud doctores tamen observans zelator quoque in rhetorica : qui dum ad perfectam venisset ætatem, plerumque cum Attico erat episcopo exceptor sermonum ejus. Et dum proficeret, ab Attico diaconus ordinatur, postea presbyter. A Sisinnio vero Cyzici ordinatur episcopus. Hæc equidem ei primitus provenerunt; postea thronum Constantinopolitanæ sortitur Ecclesiæ. Erat enim vir moribus optimis; et ab Attico utiliter eruditus, omnia ejus imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidem hæreticis

B se terribilem opportune monstrabat; iste vero omnibus mitis erat; et sic eos potius quam violenter flectere nitebatur, nullam hæresim fatigare volens : in hac parte Theodosium imitatus imperatorem. Ille namque judicabat, contra culpabiles imperiali non uti potestate : hic autem parvi pendebat, si quis de Deo non ita saperet, sicut ipse. In his igitur etiam imperator laudabat eum; cum et ipse veros sacerdotes imitaretur, et nequaquam persequi volentesmitteret.

X.

Ex Confessione fidei Joannis Maxentii, in Biblioth. PP. Paris. tom. IV, part. 1, pag. 437.

 εἶσατο. Καὶ ἐκεῖ τὸ φρικτὸν γέγονε συνάλλαγμα·
 δοὺς γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σάρκα. Ὁ αὐτὸς μετὰ τῆς
 Παρθένου, καὶ ἐκ τῆς Παρθένου. Ὁ μὲν γὰρ ἐπεσκέ-
 σεν αὐτὴν· ὁ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. Εἰ ἄλλος ὁ Χρι-
 στὸς καὶ ἄλλος ὁ Θεὸς Λόγος, οὐκ ἔστι τριάς ἡ ἀγία
 Τριάς· ἀλλὰ κατὰ σέ, αἰρετικὲ, τετράς. Μὴ σχίσσης
 τὸν τῆς οἰκονομίας χιτῶνα τὸν ἀνωθεν ὑφαντὸν·
 μὴ μαθητεύσης Ἀρείφ. Ἐκεῖνος γὰρ ἀσεβῶν τὴν
 οὐσίαν τέμνει· σὺ τὴν συνάφειαν μὴ μέριξε, ἵνα μὴ
 μερισθῆς ἀπὸ Θεοῦ. Τίς ἐπέφανεν, εἰπέ μοι, τοῖς ἐν
 σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις; Ἄνθρωπος; Καὶ
 πῶς ἠδύνατο ἐν σκότει διάγων κατὰ Παῦλον τὸν λέ-
 γοντα· Ὁς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ
 σκοτούς; Ἢμεν γὰρ ποτε σκότος, κατὰ τὸ γεγραμ-
 μένον· ῥῆν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. Τίς οὖν ἐπέφανεν
 ἡμῖν; Δαβὶδ σε διδάσκει, λέγων· *Εὐλογημένος ὁ
 ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*. Τίς οὗτος; εἰπέ φα-
 νερώς, ὦ Δαβὶδ· Ἀναβόησον τῇ Ἰσχυί, καὶ μὴ
 φελοῖ· Ὁς σάλλιγγα ὑψώσων τὴν φωνὴν σου·
 εἰπέ τίς οὗτος· Κύριος, ψῆσιν, ὁ Θεὸς τῶν δυνά-
 μων· Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. Ὁ γὰρ
 Λόγος σὰρξ ἐγένετο. Συνῆλθον αἱ φύσεις, καὶ ἀσύγ-
 χυτος ἔμεινεν ἡ ἑνωσις.

est 37. Coierunt in unum naturæ, mansitque unio

Θ. Ἦλθε σῶσαι, ἀλλ' ἐγρήν καὶ παθεῖν· πῶς οὖν
 ἦν δυνατὸν ἐκάτερα γενέσθαι; Ἀνθρωπος ψιλὸς σῶ-
 σαι οὐκ ἰσχυε· Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο.
 Τί οὖν; Αὐτὸς ὦν Θεὸς ὁ Ἐμμανουήλ, γέγονεν ἄν-
 θρωπος· καὶ ὁ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὁ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν.
 Διὰ τοῦτο ὡς εἶδεν ἡ Ἐκκλησία στεφανώσασαν αὐτὸν
 τὴν συναγωγὴν ταῖς ἀκάνθαις, θρηνηδοῦσα τὴν τόλ-
 μαν, ἔλεγε· *Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, ἐξέλθετε, καὶ
 ἴδετε τὸν στέφανον, ᾧ ἐστεφανώσων αὐτὸν ἡ μή-
 τηρ αὐτοῦ*. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὸν ἀκάνθιον ἐφόρσε
 στέφανον, καὶ τὴν τῶν ἀκανθῶν ἔλυσεν ἀπόφασιν·
 ὁ αὐτὸς ὦν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐν γαστρὶ
 Παρθένου· ὁ αὐτὸς ἐν ἀγκάλαις μητρὸς, καὶ ἐπὶ
 περὺγων ἀνέμων· ὁ αὐτὸς ἄνω ὑπὸ ἀγγέλων προσ-
 εκυνεῖτο, καὶ κάτω τελώναις συνανεκλίνετο· τὰ
 σεραφίμ οὐ προσέβλεπε, καὶ Πιλάτος ἠρώτα· ὁ δου-
 λος ἐβράκιζε, καὶ ἡ κτίσις ἐφρισεσεν· ἐπὶ σταυροῦ ὁ
 αὐτὸς ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης αὐτοῦ οὐκ
 ἔγεγύμνωτο ἐν τάφῳ κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν
 ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέβριον· ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν
 ᾄδον ἐσκόλευσεν· ὧδε πλάνος ἐσχοφαντεῖτο, καὶ
 ἐκεῖ ἅγιος ἐδοξολογεῖτο.

hic, seductor calumniam vocabatur 47, illicque sanctus

mihi salutem contulisset : sed ipse in Virginis utero
 editus, reum induit. Mira quædam ac stupenda illic
 facta est commutatio : dans enim spiritum, accepit
 carnem. Idem ipse cum Virgine, et ex Virgine.
 Nam illud quidem obumbravit ei ; hoc ex ea car-
 nem assumpsit (20). Si est alius Christus, alius Deus
 Verbum jam non erit trinitas sancta Trinitas ;
 sed sententia tua, o hæretice, quaternitas. Noli dis-
 cindere incarnationis tunicam desuper contextam,
 noli esse discipuus Arii. Ille enim deitatis substan-
 tiam impie secat ; tu ne conjunctionem divides, ut
 ne a Deo dividaris. Quisnam obsecro iis illuxit,
 qui in tenebris et umbra mortis sedebant 38? Homo-
 ne? At quomodo poterat, qui et ipse in tenebris
 versaretur, juxta quod divinus Apostolus Paulus
 ait : *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum* 39? *Era-
 mus enim aliquando tenebræ*, sicut scriptum est,
nunc autem lux in Domino 40. *Ecquis tandem illuxit*
nobis? Docet te David, dicens : Benedictus qui venit
in nomine Domini 41. *Ecquisnam iste? Dicitio*
clarius, o David 42 [Isaias], *Clama fortiter, et ne par-
 cas; quasi tuba exalta vocem tuam* 43 : edicito quis
 iste sit : *Dominus, inquit, Deus virtutum : Deus Do-
 minus, et illuxit nobis* 44. Nam, *Verbum caro factum*
 absque ulla confusione.

IX. Ad salvandum venerat ; sed mori quoque il-
 lum oportebat. At utraque hæc, quonam pacto fieri
 poterant? Purus homo salvare non poterat : Deus
 solus mori nequibat. Quid igitur? Ipse Deus exsi-
 stens, nempe Emmanuel, homo factus est ; et id
 quidem quod erat, salutem contulit : quod vero
 factum est, passiones ac mortem subiit. Quocirca
 cum ecclesia synagogam cerneret spinis illum cor-
 nasse, lugens tantum facinus, aiebat : *Filiæ Hieru-
 salem, egredimini, et videte coronam qua coronavit*
eum mater sua 45. Ipse namque spineam coronam
 gestavit 46, spinarumque dissolvit sententiam 47.
 Ipse in sinu Patris 48, atque in utero matris. Ipse
 in ulnis matris, et supra ventorum pennas inco-
 dens 49. Ipse in cælis ab angelis adorabatur, atque
 in terris communi cum publicanis mensa discum-
 bebatur 50. Ipsum in quem nec seraphim audebant
 aspicere, Pilatus interrogabat, servus colaphis cæ-
 debatur 51, et creatura horrebat : cruci affligebatur,
 nec thronum gloriæ deserebat ; sepulcro claudeba-
 tur, et cælum pellis instar extendebatur 52 : inter
 mortuos reputabatur, et despoliabat infernum 53 :
 gloriose predicabatur (21).

30 Luc. i, 79.

31 Coloss. i, 13.

32 Ephes. v, 8.

33 Psal. cxvii, 26.

34 Isa. lviii, 1.

35 Psal. lvm.

36 Psal. cxvii, 27.

37 Joan. i, 14.

38 Cant. iii, 11.

39 Joan. xix, 2.

40 Gen. iii, 18.

41 Joan. i, 18.

42 Psal. ciii, 3.

43 Matth. ix, 10.

44 Joan. xviii, 33.

45 Psal. ciii, 2

46 Matth. xxvii, 52.

47 Ibid. 63.

48 Isa. vi, 3.

(20) *Illud quidem obumbravit ei ; hoc ex ea car-
 nem assumpsit*. Ὁ μὲν γὰρ ἐπεσκέσεν αὐτὴν· ὁ δὲ
 ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. Affert Riccardus variantes mul-
 tas lectiones ; sed ego hanc Regii codicis vice om-
 nium arbitror ac probatissimam : cui simile est,
 quod superius posuit, ἀπονήσκει δ ἐγένετο, καὶ
 λυτροῦται δ ὑπήρχε. Ut ubique quod est Dei ac
 quod hominis, in eodem Domino Jesu ac Filio di-
 stinguat, ac cuique rationi, quæ sunt propria, tri-

buat. Qua Deus, erat cum Maria juxta angeli ver-
 bum, *Dominus tecum*, antequam etiam incarnare-
 tur ; ipseque ei obumbravit, ut sine ardore concu-
 piscentiæ conciperet ipsum ; ut homo, carnem ex ea
 sumpsit. Sic paulo inferius : ὁ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὁ δὲ
 γέγονεν, ἔπαθεν· *Quod erat*, id est, Deus, *salutem*
contulit ; quod factum est, id est, homo, *mortem*
subiit.

(21) *Illic sanctus gloriose predicabatur*. Hunc lo-

X. O mysterium! Miracula video, et Divinitatem A prædico: passiones cerno, nec humanitatem inficior. Ceterum Emmanuel, naturæ quidem portas aperuit ut homo (22); virginitatis autem claustra non violavit neque perrupit, ut Deus: quin ita ex utero est egressus, sicuti per aurem est ingressus: ita natus, sicut conceptus. Ingressus est sine passione; egressus est absque ulla corruptione, juxta quod ait propheta Ezechiel: *Convertit me, inquit, Dominus ad viam portæ sanctuarii exterioris quæ respiciebat ad orientem; et hæc clausa erat. Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, porta hæc clausa erit, et non aperietur; et nullus transiet per eam; sed solus Dominus Deus Israel: ipse ingreditur et egredietur, et erit porta clausa*⁴⁹. En aperte declaratam sanctam Dei genitricem Mariam. Dirimatur ergo omnis contradictio, ac Scripturarum doctrina illustremur; quo et cælorum consequamur regnum in Christo, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

(23) ORATIO II.

De incarnatione Domini nostri Jesu Christi, et de infusoriis.

I. Pulchra quidem est psalmodum lyra; divinitus inspirata Spiritus cithara; jucundum pariter ac terribile est prophetiæ canticum; salubre semper psalmodum melos, melleo concentu suo perturbatos affectus sedans. Uti enim falx ad spinas habet, sic et psalmus habet ad tristitiam. Psalmus namque canore modulatus, animi ægrotudines amputat; mœrorem radicitus excindit; perturbationes abstergit; luctus sedat; sollicitudines curat; dolore fatigatos recreat; peccatores ad compunctionem exstimulat; ad pietatem excitat; deserta, urbium frequentia auget; urbes componit; monasteria conflatur; virginitatem documento tradit; mansuetudinem edocet; charitatem sancit; paupertatis studium beatum prædicat; ad patientiam comparat; in cœlum sublimes tollit; Ecclesiam frequenti hominum conventu opplet; sacerdotem sanctum efficit; fugat dæmones; futura prophetat; mysteria prænuntiat; Trinitatem promulgat, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*⁵⁰. Consessorem Filium prædicavit: non ignominioso ministri nomine Unigenitum notavit. Quam sane ob causam nuper beatus David, indefatigabilem decantans na-

⁴⁹ Ezech. XLIV, 1, 2. ⁵⁰ Psal. CIX, 5.

cum affert Damascenus epistola *De trisagio*, quem Theopaschitæ objecerent, aliter legentes ac habeant modo codices: nempe ter repetitam vocem ἄγιος: ut neque illa littera improbanda sit, sed duntaxat hæreticorum malus usus, ac quod vellent, ita in Filium referri hoc canticum, ut non etiam referatur in Patrem et Spiritum sanctum; quod falsum liquet ex aliis aliisque locis Scripturæ, quibus alia aliaque persona apparuisse dicitur.

(22) *Aperui, ut homo.* Sic ipse exposuerim: ut spectata quidem naturæ humanæ conditione, Do-

I. Ὁ τοῦ μυστηρίου! βλέπω τὰ θαύματα, καὶ ἀνακρηρῶ τὴν Θεότητα· ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀπαρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. Ἄλλ' ὁ Ἐμμανουήλ, φύσεως μὲν πύλας ἀνέψεν ὡς ἄνθρωπος· παρθενίας δὲ κλειθρα οὐ διέρρηξεν ὡς Θεός· ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας προήλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως ἐτέχθη, ὡς συνελήφθη. Ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, ἀφράστως (24) ἐξήλθε, κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιήλ τὸν λέγοντα· Ἐπέστρεψέ με, φησὶ, Κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῶν ἀγίων τῆς ἐξωτέρας, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς με· Ὅτι ἀνθρώπου, ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται· οὐκ ἀνοιχθήσεται· οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἡ Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, μόνος· αὐτὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. Ἴδου ἀπόδειξις ἐναργῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας. Ἀνέβθω τοίνυν ἀντιλογία πᾶσα, καὶ τῇ τῶν Γραφῶν καταφωτισώμεθα γνώσει, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν τύχωμεν ἐν Χριστῷ. ᾗ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΑΓΟΥΣ Β'.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὰς ἐπιρυστρίδας.

Α'. Καλὴ μὲν ἡ τῶν ψαλμῶν λύρα· θεόπνευστος ἡ τοῦ Πνεύματος κιθάρα· τερπνὸν καὶ φοβερὸν τὸ τῆς προφητείας ἄσμα· σωτήριος αἶψὴ ἡ ψαλμωδία, τὰ πάθη κοιμίζουσα τῇ μελωδίᾳ. Ὅπερ γὰρ ἐστὶν ἀκάνθαις δρεπάνῃ, τοῦτο γίνεται καὶ λύπη ὁ ψαλμός. Ψαλμὸς γὰρ μελωδοῦμενος ἐκτέμνει ἀθυμίας· *Κριζοτομεῖ τὰς λύπας· ἀποσογιγίζει τὰ πάθη· κοιμίζει τοὺς θρήνους· χειρουργεῖ τὰς φροντίδας· ψυχαγωγεῖ τοὺς ἐν ὀδύνας· ἀμαρτωλοὺς καταναυγεῖ· ἐξυπνίζει πρὸς εὐσέβειαν· ἐρημίας πολλίζει· τὰς πόλεις σωφρονίζει· συγκροτεῖ μοναστήρια· παρθενίας ὑπαγορεύει· πραότητα ἐκδιδάσκει· νομοθετεῖ ἀγάπην· μακαρίζει φιλοπτωχίαν· πρὸς ὁπομονὴν ἀλείφει· εἰς οὐρανοὺς μετεωρίζει· στενοχωρεῖ Ἐκκλησίαν· ἀγιάζει ἱερέα· δαίμονας φυγαδεύει· προφητεύει τῇ μέλλοντι· μυστήρια προκηρῦττει· νομοθετεῖ τῇ Τριάδι, λέγων· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθροὺς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Σύνθρονον τὸ Ἰὶδὸν ἐκῆρυσεν, οὐ λειτουργὸν τὸν ὁμοούσιον ἐστηλίτευσε. Διὰ τοῦτο γὰρ ἄρτιως ὁ μακάριος Δαβὶδ τὴν ἀκάματον φύσιν, τὴν παντοδύναμον οὐσίαν, τὴν ἀήτητον βούλησιν, τὴν μὴ βραδύνουσαν χάριν, τὸν ἀθόνητον δημιουργὸν, τὸν αὐτεξούσιον Ἰὶδὸν, τὸν ὑπο-*

minus vulvam aperturus esset; at non tamen aperuerit potentia deitatis, ad quam claustra ipsa perinde habent ac si aperta essent: quæ est etiam expositio Amphiloehii.

(23) Edidit Riccardus ex antiquo Cryptæferratensi codice, stilo scommatico ac polemico in Judæos, sive etiam Judæorum nomine in assecras Nestorianos: totum Procli, ut patet ex crebro usu vocis μορφή et σχῆμα, ἀντὶ φύσεως quem sanctus Ephraemius apud Photium ipsi tribuit.

(24) Leg. cum aliis ἀφάρτως.

ταγῆς ἐλεύθερον Θεόν, τὸν μὴ καλεούμενον Δεσπότην, ἀνυμνῶν ἐξῆς· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Αἰσχυνέσθωσαν Ἄρειος, καὶ Εὐνομίος, Μακεδονίος τε καὶ Νεστόριος, τὸ τετράπυλον τοῦ διαβόλου ἄρμα· οἱ τῶν αἰρέσεων σκόπελοι· αἱ τῆς βλασφημίας σπιλάδες· τὰ τῶν ψυχῶν ναυάγια· αἱ τῆς δυσσεβείας ὑφαλοὶ πέτραι· οἱ πονηροὶ τῆς Τριάδος ζυγοστάται· ἀκουσάτωσαν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Ὁ Δαβὶδ τὰ ἔργα μεγαλύνει, καὶ οἱ βλάσφημοὶ τὸν κτίστην σμικρύνουσι. Πάντα γὰρ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα, τὰ τοῦ Δεσπότητος Χριστοῦ· Θεοῦ γὰρ ἐστὶ Λόγου τεράστια, καὶ γλώττης τάχος νικῶντα· ἰσχὺν δὲ τοῦ δημιουργήσαντος παριστῶντα.

siquidem Dei Verbi sunt prodigia; eaque, ut et linguam quantumcunque expeditam superent, et conditoris potentiam expriment.

B. Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ Δεσπότης. Ἄγγελους ἐκ μὴ ὄντων παρήγαγεν· ἔνευσε, καὶ ἡ κτίσις οὐκ ἐθράδυνεν· ἐκέλευσε, καὶ τὸ φῶς ἐκ σκότους ἀνέτειλε, τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν ἐστερέωσε· τὴν δὲ γῆν ἐκ τοῦ βάθους διαλελυμένην ἀνέσπασε, τὸν ἥλιον ὡς νυμφίον ἐκόσμησε· τὴν δὲ σελήνην, διὰ τὴν χρεῖαν ποικίλως ἐσημάτισε, δῆμους ἀστέρων ἐκ φωτὸς ἐχάλκευσε· καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν μαχομένων στοιχείων ἐχαρίσατο· [πῦρ, ὕδωρ·] ἡ γῆ ποταμοὺς ἀναβλύζει, καὶ ὁ ἀήρ μετεωρίζει τὰ βάρη· καὶ τὴν ἐναντιότητα, ἡ τέχνη αὐτοῦ εἰς φιλίαν ἐκέρασεν. Εἶπω τὸ μυστήριον. Θεὸς ὢν, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, διὰ τὸ Παρθένου ἔνθα παρθῆν ἐπέδημησε· καὶ ὁ τόκος αὐτὸν οὐκ ἠλάττωσε, καὶ ἡ ὥδὸς τὴν ἀκτιστον φύσιν οὐκ ἠλλώϊωσεν· ἀλλὰ κτιστὴ μορφή τὸν κτίστην ἐσημάτισε, καὶ τὸν ἀχώρητον σαρκωθέντα ὁ κόσμος ἐχώρησε. Γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, διὰ ξύλου τὴν φύσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἠλευθέρωσε· διὰ τάφου θάνατον ἐνέκρωσε· διὰ ὕβρεως δόξαν ἐγεώργησεν· ἐν ποταμῷ τὸ τῆς κολυμβήθρας μυστήριον ἐσκογράφησε. Καὶ ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Χριστός, ἐμαρτύρησεν ἀρτίως ἡ θάλασσα, καὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ οἱ δαίμονες. Τῆς μὲν γὰρ ἡ ζάλη κατηνάζετο· τῶν δὲ ἀνέμων ἡ βία ἐκοιμίζετο· οἱ δὲ δαίμονες ἀοράτως ἐμαστιζόντο. Καὶ ἐμαρτύρει τὰ στοιχεῖα τῇ δυνάμει τοῦ παρόντος, ὅτι τοῦτον ἐφοβήθησαν, περὶ οὗ ὁ προφήτης ἐν ψαλμοῖς ἔδδα· *Εἰδοσάν σε τὰ ὕδατα, ὁ Θεός, καὶ ἐφοβήθησαν.*

Γ. Ὅντως πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ Δεσπότης· κωφευοῦσα γὰρ τῇ κτίσει, γλώτταν ἐχαρίσατο, τὸν

⁵¹ Psal. ciii, 24. ⁵² Isa. xl, 22. ⁵³ Psal. xviii, 6. ⁵⁴ Bar. iiii, 38. ⁵⁵ Hebr. iv, 15. ⁵⁶ Matth. viii, 23; Luc. viii, 23. ⁵⁷ Psal. lxxvi, 17.

(25) *Ignem temperat aqua.* Haud dubium desiderari vocem aliquam; nec enim duæ illæ voces, πῦρ, ὕδωρ sic absolute coherent; nec quis facile possit sanare locum absque novo codice.

(26) *Suo modo testimonio,* ἀρτίως ἐμαρτύρησεν. Bene Riccardus futurum μαρτυρήσει, inulavit præterito. Porro indicat Proclus, paulo ante lectum fuisse Evangelium Matth. viii, 23, sive Luc. viii, 23, de sedata maris tempestate ac expulsis dæmonibus: ut hoc indicio haberi possit certum tempus

turam, omnipotentem substantiam, insuperabilem voluntatem, celerem gratiam, suapte auctoritate conditorem, sui juris Filium, Deum nullius ditioni subjectum, Dominum nullius imperio mancipatum, claro præconio dicebat: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti*⁵¹. Confundantur Arius et Eunomius, Macedoniusque et Nestorius, quadrijugis diaboli currus, hæresum scopuli, blasphemiarum cautes, animarum naufragia, impietatis subdola saxa, Trinitatis mali pensitatores: audiant Davidem dicentem: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti*, David opera magnificat; blasphemique, creatoris gloriæ detrabunt. Omnia namque Christi Domini opera, mira plane sunt ac nova:

B II. Omnia in sapientia fecit Dominus. Ex nihilo angelos produxit: annuit, et creatura nihil morata adfuit; jussit, et lux et tenebris eluxit. Cælum sicut cameram firmavit⁵²; terram autem ab alto diremptam gurgite extraxit. Solem tanquam sponsum exornavit⁵³; lunam vero utilitatis ergo variata mutatione eformavit. Stellarum multitudinem ex luce fabricavit; pugnaciumque elementorum concordiam donavit. Ignem temperat aqua (25); terræ visceribus scaturiunt flumina: aer gravia elevat; contrariaque ac pugnantia, ejus ars mutuo amicitie sædere copulavit. Pandam mysterium. Deus cum esset, in terris visus est⁵⁴; ac per Virginem eo advenit, ubi jam aderat; nihil partu diminutus est; nec editio increatam naturam quidquam immutavit, sed creata forma creatorem formavit, ac eum qui capi non potest, mundus indutum carne cepit ac comprehendit. Factus homo sine peccato⁵⁵, per lignum humanam naturam a peccato liberavit; per sepulcrum interemit mortem; per contumeliam gloriam captavit: in flumine, lavacri sacramentum adumbravit. Christum porro Deum esse, suo modo testimonio (26), mare et venti dæmonesque comprobant. Nam maris quidem procella sopiebatur; ventorum impetus sedabatur, dæmonesque invisibili ratione excruciabantur⁵⁶. Elementa ejus qui aderat potentiam contestatam reddebant, quod eum timuerint, de quo propheta in Psalmis clara voce dicebat: *Viderunt te aquæ, Deus, et timuerunt*⁵⁷.

III. Vere omnia in sapientia fecit Dominus. Muta siquidem cum esset creatura, linguam ei largitus est,

habitæ hujus orationis; nona scilicet dominica ab indictione, qua etiam exstat Ceramei homilia. Liqueet vero ex his et similibus, ut non esset unius Ecclesiæ Hierosolymitanæ traditio, ut post lectum Evangelium inter Missarum solemnia haberetur concio; quo Wastelius argumento hinc inde monumenta Chrysostomo inscripta, Joanni suo ac Hierosolymitano minus solida veritate nititur asserere.

nempe hominem; protoplasti uterum, terræ virginis pulverem effecit. Quemadmodum enim in utero demittitur semen; effingitur corpus; informatur lutum; animatur caro; constituitur animal; exsilit qui est ad imaginem⁽²⁷⁾; paritur ratio; manetque nihilominus testis expers efformatio, ac generatio inexplicabilis: sic in protoplasto Adam, pro matrice, divinæ fuerunt manus; pro semine, terrenus pulvis; pro mensibus, conditoris æternitas; pro doloribus, fictoris impatibilitas; pro partu, divina insufflatio; pro lacte, paradisi fons; pro alimento, mensa nullo labore comparata; pro forma, principis exemplaris imago; pro dignitate, immortalitas per gratiam; pro subditis, una cum eo fictum animal. Ac partus quidem, qualis erat formatio, existit; eumque molestia nulla violavit aut infecit. Erubescant Judæi, qui virginalem partum insectantur ac irrident, dicentes: Si virgo peperit, nequam virgo permansit. Miser ac infelix: Adam in mundum productus est, nec ulla molestia aut labe efformatum infecit: Deoque carne nato, partus corruptionem sustinere debuerit? Idcirco enim Christus Dominus secundus Adam secundum carnem dictus est quoniam is qui præcessit, primus Adam Christi Domini figura fuit. Nimirum lutum adumbravit figulum. Adamum autem Christi figuram gessisse, audi ex beato Paulo dicente: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ; qui est forma futuri*²⁸. Quemadmodum vero Adamus, Christi Domini figura fuerit secundum carnem, accipe. Servus, naturæ principium⁽²⁸⁾; Dominus interminabilis principium vitæ. Efformarunt illum divinæ manus; hic, qua novit ipse ratione, carnem sibi adjunxit. Ille ad imaginem factus est; hic ipsa est increata imago. Ille per insufflationem animatus est; hic in servi forma visus est. Illius domus est paradisi; hujus, cælum seles est. Ille lingua est creaturæ; hic, caput Ecclesiæ. Ille manum in arborem extendit, mortemque decerpit²⁹⁻³⁰; hic manus in cruce expandit, mundumque in ulnas accepit: ac clamat in Evangeliiis: *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum*³¹⁻³². Ille mulierem habuit insidiatricem; hic in thalamum habuit Virginem. Adamo dormienti adempta fuit: costa³³, atque ex ea ædificata mulier, nec quidquam Adamo defuit; Christo carne crucifixo atque

ἄνθρωπον λέγω· καὶ μήτραν τοῦ πρωτοπλάστου, τὸν χοῦν ἐποίησεν ἐκ γῆς ἀγεωργήτου. Ὡς περ γὰρ ἐν μήτρᾳ καταβάλλεται σπέρμα· διαπλάττεται σώμα· μορφούται ὁ πηλός· ψυχοῦται ἢ σὰρξ· ἀποτελεῖται τὸ ζῶν· σκιρτᾷ ὁ κατ' εἰκόνα· τίκεται ὁ λόγος, καὶ ἀμάρτυρος μένει ἡ διάπλασις, ἀνεριμνηυτος δὲ ἡ γέννησις· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου Ἄδὰμ· ἀντὶ μήτρας, αἱ θείαι γεγόνασι χεῖρες· ἀντὶ σπέρματος, ὁ γῆινος χοῦς· ἀντὶ μηνῶν, τὸ ἀχρονον τοῦ ποιήσαντος· ἀντὶ ὠδίνων, τὸ ἀπαθὲς τοῦ πλάσαντος· ἀντὶ τόκου, τὸ θεῖον ἐμφύσημα· ἀντὶ γάλακτος, ἡ πηγὴ τοῦ παραδείσου· ἀντὶ τροφῆς, ἡ ἀμοχθος τράπεζα· ἀντὶ μορφῆς, ἡ εἰκὼν τοῦ ἀρχετύπου· ἀντὶ ἀξιώματος, τὸ κατὰ χάριν ἀθάνατον· ἀντὶ ὑπηκόων, τὸ συμπλασθὲν ζῶον. Καὶ γέγονε μὲν ὁ κατὰ διάπλασιν τόκος· κάματος δὲ, τὸν τόκον οὐχ ὕβρισεν. Αἰσχυρῶσθησαν Ἰουδαίων παῖδες, οἱ τὴν παρθενικὴν ὠδὶνα διασύροντες, οἱ λέγοντες· Εἰ ἔτεκε παρθένος, οὐκ ἔμεινε παρθένος. Ἄθλις καὶ ταλαίπωρε, ὁ Ἄδὰμ εἰς τὸν κόσμον παρήχθη, καὶ κάματος τὴν διάπλασιν οὐχ ὕβρισεν· ὁ Θεὸς κατὰ σάρκα ἐγεννήθη, καὶ φοβρὰν ὁ τόκος ὑπέμεινε; Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δεύτερος Ἄδὰμ κατὰ σάρκα ὁ Δεσπότης Χριστός· ἐπειδὴ ὁ προλαθὼν Ἄδὰμ τύπος τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ. Ἐσχιογράφησεν ὁ πηλός τὸν κεραμέα. Ὅτι δὲ τύπος ἦν, ἀκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ Ἄδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἀμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιωμάτι τῆς παραβάσεως Ἄδὰμ, ὃς ἐστὶ τύπος τοῦ μέλλοντος. Καὶ ὅπως τύπος ἦν ὁ Ἄδὰμ τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ κατὰ σάρκα, ἀκουε· Ὁ δούλος, φύσεως ἀρχὴ· ὁ Δεσπότης, ἀρχὴ ζωῆς τέλος μὴ ἐχούσης. Ἐκεῖνον αἱ θείαι χεῖρες ἐπλασαν· οὗτος, ὡς οἶδεν, ἑαυτὸν ἐσάρκωσεν. Ἐκεῖνος γέγονε κατ' εἰκόνα· οὗτος, εἰκὼν ἀκτιστος. Ἐκεῖνος δι' ἐμφυσήματος ἐψυχώθη· οὗτος ἐν δούλου μορφῇ ὤφθη. Ἐκεῖνος ὁ παραδείσιος οἶκος· τούτου ὁ οὐρανὸς θρόνος. Ἐκεῖνος γλώττα τῆς κρίσεως· οὗτος, κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐκεῖνος τὴν χεῖρα εἰς δένδρον ἐξέτεινε, καὶ θάνατον ἐτρέψησεν· οὗτος τὰς χεῖρας ἤπλωσεν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ τὸν κόσμον ἐνηγκαλίσσατο· καὶ βοᾷ ἐν Εὐαγγελίοις· Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἐλκύσω πρὸς ἑμαυτόν. Ἐκεῖνος γυναῖκα ἔσχεν ἐπίθουλον· οὗτος Παρθένον ἔσχε θάλαμον. Τοῦ Ἄδὰμ καθεύδοντος ἡ πλευρὰ ἀφῆρέθη, καὶ ὠκοδομήθη ἡ γυνὴ, καὶ τῷ Ἄδὰμ οὐδὲν ἔλειψε· τοῦ Δεσπότης Χριστοῦ κατὰ σάρκα σταυρωθέντος καὶ ταφέντος, τῷ

²⁸ Rom. v, 14. ²⁹⁻³⁰ Gen. iii, 6. ³¹⁻³² Joan. xii, 34. ³³ Gen. ii, 21.

(27) *Exsilit qui est ad imaginem*, σκιρτᾷ ὁ κατ' εἰκόνα· Ipse nimirum animus; quod sequenti membro magis explicat, τίκεται ὁ λόγος· *ratio paritur*. Fuit forte in ea opinione, ut anima rationalis ac λόγος, vere exiret ac educeretur e materia sic disposita, a qua nec alii quidam æquales abhorruerunt: quanquam fuit tandem ab Ecclesia proscripta. Non licet, aut libet alias opiniones quas subinde Proclus indicat, adnotare, in quibus præsertim nihil est periculi, tametsi est aliquid novi, ac a nostrorum ac modernorum philosophia abhorrentis, ut paulo ante, de formatione stellarum ex lumine.

(28) *Naturæ principium*, φύσεως ἀρχὴ. Nihil hic Procli clarius. Prosequitur enim, quibus convenit Adamum inter et Christum, ut ille hujus figura fuit: quare valde ridicula Riecardi conjectura, ut loco φύσεως, sit legendum φθίσεως: pro *natura*, *corruptionis*; atque ab eo auctor Christi ac Adam i comparisonem inchoaverit, in quo illi maxime videntur contrarii. Adamus ergo naturæ principium, ut caput generis; eoque figura Christi, qui principium est ac auctor vitæ æternæ, caput ipse prædestinatorum.

αἵματι αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία ἐξηγοράσθη, καὶ τῆς Θεο-

A sepulto, ejus sanguine redempta fuit Ecclesia; passio tamen haudquaquam ejus Divinitatem tetigit.

Δ'. Ἀλλὰ ζητούμενόν ἐστι, τίνος ἔνεκεν μὴ ἐγρηγορότος τοῦ Ἀδάμ, ἀλλὰ καθεύδοντος ἀφῆρέθη ἡ πλευρά, καὶ ἀνωκοδομήθη ἡ γυνή. Οὐκ ἐχρῆν μάλλον ἐγρηγορηκότος, ὥστε μαρτυρεῖν τῇ διαπλάσει, καὶ ἐκπλήττεσθαι τὴν τέχνην, καὶ δοξολογεῖν τὴν σοφίαν τοῦ ποιήσαντος· πῶς ἐκ πηλοῦ ἐγένοντο νεῦρα καὶ σάρκες, ὁστέων ἀρμολογία καὶ λεπτότης τριχῶν; Ἀλλ' οὐ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ταῦτα διὰ δύο πράγματα· πρῶτον μὲν, ἵνα μὴ ἀφαιρούμενος ἀλγήσῃ, καὶ ἀλγήσας μισήσῃ τὴν γυναῖκα· καὶ γέννηται αὐτῷ δυσμενῆς ἡ ὁμόφυλος· δεύτερον δὲ, ὃ μεζῖόν ἐστι καὶ θεϊότερον· ἤδει ὁ Θεὸς ὅτι φιλόνηκον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι διαπλάσεις αὐτεξούσιος ἐστίν· ἵνα μὴ οὖν ἀρῆξται καὶ Θεοῦ τόκον πολυπραγμανεῖν, ἐπιβάλλει αὐτῷ ὕπνον, χαλινῶν τὴν τόλμαν, μονοουχλ

IV. Verum investigandum est, cur non vigilante Adamo, sed dormiente, costa ei ablata sit, ac ex ea ædificata mulier? Nonne satius erat ac commodius, eo pervigile fieri, ut formationis testis foret, artisque admiratione defixus, conditoris sapientiam summis laudibus celebraret: ut nimirum ex luto facti essent nervi carnesque, ac apta illa ossium compago pilorumque tenuitas? Verum non permisit Deus ita fieri duplici ex causa: primo, ne cui costa adimebatur indolesceret, atque indolescens mulierem odio haberet, fieretque ei invisus, quæ gentilis ac agnata esset. Tum vero, quod sublimius est ac divinius: Noverat Deus hominem esse animal pugnacis contentionis acerrime cupidum, ac statim formatum, sui juris ac potestatis futurum: quo circa, ne Dei ipsum partum curiose nimis perscrutari inciperet, immittit ei somnum, quo quasi freno audaciam compesceret; vix non talia ad eum dicens: Si agnatæ formationem minime licuit conspexisse, ne præsumas ineffabilem Dei potentiam formatum, sui juris ac potestatis futurum: quo circa, ne Dei ipsum partum curiose nimis perscrutari inciperet, immittit ei somnum, quo quasi freno audaciam compesceret; vix non talia ad eum dicens: Si agnatæ formationem minime licuit conspexisse, ne præsumas ineffabilem Dei potentiam

incomprehensibilemque generationem curiose investigare. Non potes perspicere animo, qua homo ratione generetur: divinæque incarnationis mysterium rimari poteris ac intelligere?

Ε'. Ἀλλ' ὁρῶ ὑμᾶς στενωχωρούμενους, καὶ βέλτιον ἐνθάδε κατευνάσαι τὸν λόγον· εἰ δὲ βιασταὶ ἐστέ, τῶν βιαζομένων δὲ ἐστὶν ἡ βασιλεία, προσθήσω τοῖς εἰρημμένοις. Εἰκὸς τῶν Ἰουδαίων τινὰ παρῆναι ἐν ταῦθα, καὶ ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Χριστοῦ λαυθάνειν τῆν ἀλώπεκα τῆς Ἰουδαίας, καὶ μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, στήκειν ἔξω καὶ σκώπτειν τοὺς λόγους, καὶ λέγειν τοιαῦτα· Διὰ τί, Χριστιανοὶ, καινοτομεῖτε ταῦτα, καὶ κομπάζετε ἐπὶ πράγμασιν ἀναποδείκτοις; Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη ποτέ; οὐδέποτε ἄλλοτε, εἰ μὴ μόνον ἐπὶ Μωϋσέως. Ἀλλὰ τότε οὐδὲ ὤφθη, ὃ Ἰουδαῖς· καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς λέγων οὕτως· Πρόσεχε σταντῷ, καὶ συμβιβάσεις εἰς τὴν καρδίαν σου πάντα τοὺς λόγους, οὓς ἐωράκασιν οἱ ὀφθαλμοὶ σου· καὶ διδάξεις τοὺς υἱοὺς σου, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν σου· μνησθητι τὴν ἡμέραν Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, τὴν ἡμέραν τῆς ἐκκλησίας, ὅτε ἐλάλησε Κύριος πρὸς με, λέγων· Ἐκκλησίασον πρὸς με τὸν λαόν, καὶ ἀκούσωσι τὰ ῥήματά μου, καὶ διδάξουσιν αὐτὰ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν. Καὶ προσήλθετε, καὶ ἐστῆτε ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Σινά· καὶ τὸ ὄρος ἐκαλετο πυρὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἠκούσατε τὴν φωνὴν τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἐκ μέσου τοῦ πυρός· φωνὴν ῥημάτων ἠκούσατε, καὶ ὁμοίωμα οὐκ ἴδετε. Ἄ τοίνυν οὐκ εἶδες, τί κομπάζεις ἑωρακῆναι; Τί οὖν μοι, φησὶ, προσφέρεις, ὅτι ἡδύνατο γυνὴ γεννῆσαι Θεόν; Εἰς τοῦτο γάρ σοι λέγω· ὅτι οὐ λέγω σοι· ὅτι ἡδύνατο γυνὴ Θεὸν γεννῆσαι, ἀλλ' ὅτι ἡδύνατο Θεὸς σαρκωθεὶς γεννηθῆναι ὑπὸ γυναίκῃ· πάντα γὰρ αὐτῷ δυνατὰ. Ὅμως εἰ ἀπιστεῖς, ὃ Ἰουδαῖς, τοὺς ἐμοῖς λόγοις, ἐντρέπου τὰς τῶν προφητῶν βίβλους· ἐγκυψὼν ἐν αὐταῖς, καὶ βλέπε ὅλον τὸ μυστή-

V. Cæterum coarctari vos video: proinde satius foret hic sermonem abrumpere. At si vim facitis, cum cælorum regnum eorum sit qui vim faciunt⁴³, dictis aliquid addam. Verisimile plane est adesce hic aliquem Judæam, atque in vinea Christi, Judæam delitescere vulpem; atque adeo dimissa concione foris constitutum, cæpturum sermones joco cavillari, taliaque effutire: Ut quid, o Christiani, nova hæc designatis, quæve demonstrari ac probari haudquaquam possunt, tumide temereque jactatis? Deusne in terris aliquando visus est? Nunquam sane, nisi tempore duntaxat Moysis. Atqui ne tunc quidem, o Judæe, visus est: hujusque rei testis estō idem ipse Moyses, qui sic ait: Attende tibi ipsi, et colligendo conferes in corde tuo omnia verba quæ viderunt oculi tui: et ea docebis filios tuos, et filios filiorum tuorum. Recordare diei Domini Dei tui, diei concionis, quando locutus est Dominus ad me dicens: Convoca ad me populum, et audiant vocem meam, et docebunt filios suos. Et accessistis, et stelistis sub monte Sinai: et mons conflagravit igni usque ad cælum: et audistis vocem Domini Dei vestri de medio ignis. Vocem verborum audistis, et similitudinem non vidistis⁴⁴. Quid ergo te vidisse jactas, quæ non aspectasti? Quid hoc igitur, inquit, mihi ingris? potuisse scilicet mulierem Deum generare? Ad id plane respondeo, me quidem nequaquam dixisse, Mulierem generare potuisse Deum, sed utique Deum incarnatum a muliere generari; siquidem omnia ei possibilis sunt⁴⁵. At certe, o Judæe, si meis verbis fidem non habes, reverere libros prophetarum: illis incumbere, totumque divinum mysterium in eis exaratum vide: universum illic Virgi-

⁴³ Matth. xi, 12. ⁴⁴ Deut. iv, 9-12. ⁴⁵ Matth. xix, 26.

nis miraculum adumbratum cerne. Ait namque propheta : *In die illa dicit Dominus omnipotens* (prophetiam prius referam : deinde vero interpretationem addam) : *In die illa dicit Dominus omnipotens, advocabit homo proximum suum subter vitem suam, et subter ficum suam* ⁴⁵. *Et convertit me* (29), inquit, *angelus qui loquebatur in me : et suscitavit me, sicut suscitari solet homo de somno suo, et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum, et septem lucernæ, et septem infusoria, et duæ olivæ desuper. Et interrogavi angelum, et dixi : Quid sunt hæc, Domine? Et dixit mihi : Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi : Non, Domine. Et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit : Hic est Sermo Domini* ⁴⁶. *O altitudo divitiarum cum sapientiæ tum scientiæ Dei* ⁴⁷! Legimus prophetiam, interpretationem adjungamus.

Λόγος Κυρίου. "Ὁ βάθους [καὶ] πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ Θεοῦ γνώσεως! Ἀνεγνωμεν τὴν προφητείαν, ἐπαγάγωμεν τὴν ἐρμηνείαν.

VI. *In die illa dicit Dominus omnipotens.* In qua die, o propheta? In die incarnationis, quando Virgo cæli quamdam speciem prætulit : quando ex utero prosilierunt radii : quando sol incarnatus e matrice prorupit : quando lux humanam figuram induit : quando partus ejus qui nascebatur, non in initium, sed ortus fuit. *Et convertit me, inquit, angelus qui loquebatur in me : et suscitavit me, sicut quando homo excitatur a somno suo.* Quisnam angelus? Is qui læta faustaque annuntiavit Mariæ. Quis somnus? Legis tempus. Quandoquidem ut in somno palpebræ pupulas obtegunt, ita legis tempore velamen cor obtexerat. *Et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum.* Quid est ergo illud *candelabrum*? Sancta Maria. Cur autem *candelabrum*? Quia immateriale lumen, nempe Deum incarnatum, portavit. Ut quid vero *aureum totum*? Quia etiam post partum virgo permansit. Ait namque : *Porta hæc clausa erit. Non aperietur, et nullus transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel solus transibit per eam : et erit clausa, quoniam princeps et egredietur, et fores post se claudet* ⁴⁸. Uterum autem portam vocari, testatur Job dicens : *Cur non conclusit portas uteri mei* ⁴⁹? Et sicut candelabrum non est lucis causa, sed lucis vehiculum : ita etiam virgo non est ipsa Deus, sed Dei templum. *Et lampas, inquit, super ipsum.* Quidnam est *lampas*? Deus Verbum incarnatum, lumen orbis terræ, is qui dicit : *Ego sum lux mundi* ⁵⁰. Sicut autem in lampade materia flammam excipit, ita in mysterio ac incarnatione Deus servi formam suscepit. Et quemadmodum lampas splendorem ex alto demittit, ita Dominus e cælis in terram ve-

ριον θεολογούμενον· βλέπε ὄλον τὸ παρθενικὸν θαῦμα σκιαγραφούμενον. Καὶ γὰρ λέγει ὁ προφήτης· Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει Κύριος παντοκράτωρ· πρῶτον ἀναγινώσκω τὴν προφητείαν, καὶ τότε λέγω τὴν ἐρμηνείαν. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, προσκαλέσεται ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ. Καὶ ἐπέστρεψέ με, φησὶν, ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἔμοι, καὶ ἐξήγειρέ με, ἐν τρόπῳ ἐξηγήρηθ' ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρὸς με· Τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· Ἐώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνίου χρυσοῦ ὄλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἐπὶ λύχνου, καὶ ἐπὶ ἐκπαρστρίδες, καὶ δύο ἐλαίαι ἐκίνω. Καὶ ἐπηρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· Τί ἐστὶ ταῦτα, Κύριε; καὶ ἐπέ μοι· Οὐ γινώσκεις τί ἐστὶ ταῦτα; καὶ εἶπον· Οὐχί, Κύριε· καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἔμοι, καὶ εἶπεν· Οὗτος ὁ

Γ'. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ, ὡ προφήτα; Τῇ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὅτε Παρθένης οὐρανὸν ἐμιμήσατο· ὅτε ἐκ γαστρὸς ἐξεπήδησαν ἀκτῖνες· ὅτε ἐκ μήτρας προέκυπτε σαρκωθείς ἥλιος· ὅτε τὸ φῶς ἐσοχηματίσθη ἀνθρωπεῖα μορφῇ· ὅτε ὁ τόκος τοῦ τεχθέντος, οὐκ ἀρχή, ἀλλ' ἀνατολή. Καὶ ἐπέστρεψέ με, φησὶν, ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἔμοι, καὶ ἤγειρέ με, ἐν τρόπῳ ὅταν ἐξηγήρηθ' ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ. Τίς ὁ ἄγγελος; ὁ τὴν Μαριάμ εὐαγγελισάμενος. Τίς ὁ ὕπνος; ὁ τοῦ νόμου καιρὸς. Ὡσπερ γὰρ ἐν τῷ ὕπνῳ τὸ βλέφαρον τὴν κόρην καλύπτει, οὕτως ἐν τῷ νόμῳ τὸ κάλυμμα τὴν καρδίαν ἐσκέπασε. Καὶ εἶπεν πρὸς με· Τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· Ἐώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνίου χρυσοῦ ὄλη. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ λυχνία; ἡ ἅγια Μαρία. Διὰ τί δὲ λυχνία; ἐπειδὴ τὸ αὔλον φῶς Θεὸν σαρκωθέντα ἐδάστασε. Διὰ τί δὲ χρυσοῦ ὄλη; ἐπειδὴ καὶ μετὰ τόκον παρθένης ἔμεινε. Φησὶ γὰρ· Ἡ πύλη αὐτῆ κεκλεισμένη ἔσται· οὐκ ἀνοιχθήσεται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέληθ' δι' αὐτῆς, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ μόνος διελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται κεκλεισμένη, διότι ὁ ἡγούμενος καὶ ἐξελεύσεται καὶ κλείσει τὰς θύρας διώσθων αὐτοῦ. Ὅτι δὲ ἡ γαστήρ πύλη λέγεται, μάρτυς Ἰωβ λέγων· Διὰ τί οὐ συνέκλεισε πύλας γαστρὸς μου; Καὶ ὡσπερ ἡ λυχνία οὐκ αὐτῆ φωτὶς αἰτία, ἀλλὰ φωτὸς δχημα, οὕτως καὶ ἡ Παρθένης, οὐκ αὐτῆ Θεός, ἀλλὰ Θεοῦ ναός. Καὶ τὸ λαμπάδιον, φησὶν, ἐπάνω αὐτῆς. Τί τὸ λαμπάδιον; ὁ σαρκωθείς Θεὸς Λόγος, τὸ φῶς τῆς οἰκουμένης, ὁ λέγων· Ἐγὼ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Καὶ ὡσπερ ἐν τῷ λαμπάδιῳ ἡ ὕλη φλόγα δέχεται, οὕτως ἐν τῷ μυστηρίῳ ὁ Θεὸς μορφὴν δούλου ἔλαβε. Καὶ ὡσπερ τὸ λαμ-

⁴⁵ Zach. II, 10.

⁴⁶ Zach. IV, 1-6.

⁴⁷ Rom. XI, 55.

⁴⁸ Ezechi. XLIV, 2, 5.

⁴⁹ Job III, 10.

⁵⁰ Joan. VIII, 12.

(29) *Et convertit me*, ἐπέστρεψέ με. Venit stitit, traxitque ad spectaculum ac visionem. Decet illud pronomen in LXX ubi redditur, *Et reversus est*,

etc. Posset reddi : *et accurrit angelus*, etc. Gentianus Hervetus etiam reddidit, *et convertit me*, in Quæstionibus Anastasii Nicæni.

πάδιον ἐξ ὕψους τὴν αὐγὴν καταλάμπει, οὕτως ὁ Δεσπότης ἐξ οὐρανῶν ἐπεδήμησε τῇ γῆ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐβόα· Διὰ σπλάγγνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπισκέψατο ἡμᾶς Ἀνατολὴ ἐξ ὕψους.

Z'. Καὶ τὸ λαμπάδιον, φησὶν, ἐπάνω, καὶ ἑπτὰ λύχνοι. Τίνες οἶδε ἑπτὰ λύχνοι; οἱ κατὰ μέρος νόμοι. Πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει γὰρ ὁ Δαβὶδ· Λύχνος τοῖς ποσὶ μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβους μου. Καὶ Σαλομών· Ὅτι λύχνος ἐντολὴ νόμος (30), καὶ φῶς. Ἐνταῦθα οὖν λέγει τοὺς ἑπτὰ νόμους. Ὅτι δὲ ἑπτὰ νόμοι ἦσαν, ἀκουε. Πρῶτος νόμος ὁ Ἐμφυτος, περὶ οὗ φησὶν ὁ Παῦλος· Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. Δεύτερος νόμος ὁ διὰ τῆς ἔψευς· ὃν γὰρ ὁ νόμος κηρύττει δημιουργόν, τοῦτον ἡ ἔψις διὰ τῶν κτισμάτων πιστοῦται. Ἐκ γὰρ μεγέθους, καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γερουσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. Τρίτος νόμος, ἡ ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐντολὴ· καὶ βοᾷ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· Ὅστε ὁ μὲν νόμος ἄγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἀγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή. Τέταρτος νόμος, ὁ ἐπὶ τοῦ Νῶε, ἐν τῇ νεφέλῃ. Πέμπτος νόμος, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ, ὁ τῆς περιτομῆς. Ἑκτος, ὁ τοῦ γράμματος. Ἑβδομος, ὁ τῆς χάριτος· καὶ οὗτος δὲ ἡ χάρις νόμον ἔχει, ἀκουε πάλιν Παύλου λέγοντος· Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάξετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. Λέγει δὲ Ἡσαΐας· Ἐκ Σιών ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. Ἐνταῦθα οὖν λέγει ἑπτὰ λύχνους τοὺς ἑπτὰ νόμους. Ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ Χριστὸς ὁλοῦς τοὺς νόμους πληρῶσαι κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν λέγοντα· Πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην· διὰ τοῦτο εἶπε τοὺς ἑπτὰ λύχνους, ἑπτὰ νόμους. Καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τίνες εἰσὶ; τὰ ἑπτὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα. Πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει μὲν Ἡσαΐας· Ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ρίζης Ἰεσσαί, [καὶ ἄνθος ἐκ ρίζης] ἀναθήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Κυρίου, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· πνεῦμα βουλήσας καὶ ἰσχύος· πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας. Καὶ πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν· καὶ δύο ἐπαρυστρίδες, καὶ δύο ἐλαΐαι ἐπάνω. Τίνες αἱ δύο ἐλαΐαι; αἱ δύο διαθήκαι. Καὶ διὰ τί ταύτας εἶπεν ἐλαίας; ἐπειδὴ ὡσπερ ἡ ἐλαία ἀειθαλὲς ἔχει τὸ φύλλον, οὕτω καὶ αἱ δύο διαθήκαι ἀπαύστους τὰς περὶ Χριστοῦ ἔχουσι μαρτυρίας.

H'. Καὶ ἐκηρώθησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· Τί ἐστὶ ταῦτα; καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος· Οὐ γινώσκεις τί ἐστὶ ταῦτα; καὶ εἶπον· Οὐχί, Κύριε. Τί λέγεις, ὃ προφήτα; σὺ λέγεις, ὅτι εἶδον λυχνίας, καὶ λαμπάδιον, καὶ λύχνους, καὶ ἐπαρυστρίδας. Πῶς σὺν ἔρωτα; ἂ εἶδες; Ναί· εἰκόνα γὰρ ἔβλεπον, καὶ θαῦμα ἠρεύνων, φησὶν. Ὅσπερ γὰρ οἱ πλόντες ἐν τῇ

nit. Quocirca etiam clamabat propheta: *Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto* ⁸¹.

VII. *Et lampas, inquit, desuper, et septem lucernae. Ecquid septem lucernae? Peculiares totidem leges. Unde id constat? Nimirum quia ait David: Lucerna pedibus meis, lex tua, et lumen semitis meis* ⁸². Salomon item: *Lucerna mandatum legis, et lux* ⁸³. Hic itaque septem leges signat propheta. Quod autem fuerint septem leges, audi. Prima lex, est naturalis insita, de qua ait Paulus: *Cum enim gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex* ⁸⁴. Secunda lex, est aspectabilis: quem enim lex praedicatorum conditorum, hunc aspectus per creaturas astruit ac probat. *A magnitudine enim et specie creaturarum, per proportionem, earum creator conspicitur* ⁸⁵. Tertia lex, est mandatum de ligno: ac Paulus apostolus alta voce praedicatorum: *Itaque lex quidem sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum* ⁸⁶. Quarta lex est tempore Noe, in nube (31). Quinta tempore Abrahami, de circumcissione. Sexta, lex scripta. Septima, gratia. Quod autem etiam gratia legem habeat, audi rursus Paulum dicentem: *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi* ⁸⁷. Isaias etiam ait: *De Sion exibit lex, et Verbum Domini de Hierusalem* ⁸⁸. Cum itaque hic septem lucernas dicit, septem intelligit leges. Nam quia Christus venit, ut adimpleret universas leges, juxta quod ait beatus Paulus: *Plenitudo legis Christus ad justitiam* ⁸⁹: idcirco septem leges, septem vocavit lucernas. Quidnam vero sunt septem infusoria? Septem Spiritus dona. Unde id liquet? Quia dicit Isaias: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ascendet: et requiescet super eum Spiritus Domini; spiritus sapientiae et intellectus; spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et replebit eum spiritus timoris Domini* ⁹⁰. *Et septem infusoria; et duae olivae desuper. Ecquoniam duae olivae? Duo testamenta. Quam ob causam vero haec vocavit olivas? Quia sicut oliva semper virentia servat folia: ita et duo testamenta sempiterna preferunt de Christo testimonia.*

VIII. *Et interrogavi angelum, et dixi: Quid sunt haec? Et dixit angelus: Non cognoscis quid sunt haec? Et dixi: Minime, Domine. Quid ais, o propheta? Tu dicis: Vidi candelabrum, et lampadem, et lucernas, et infusoria. Ut quid ergo ipsa quae vidisti, interrogas? Utique: Imaginem enim videbam, inquit, et miraculum perscrutabar. Ut enim ii qui*

⁸¹ Luc. i. 78. ⁸² Psal. cxviii, 105. ⁸³ Prov. vi, 23. ⁸⁴ Rom. ii, 14. ⁸⁵ Sap. xiii, 5. ⁸⁶ Rom. vii, 12. ⁸⁷ Galat. vi, 2. ⁸⁸ Isa. ii, 3. ⁸⁹ Rom. x, 4. ⁹⁰ Isa. xi, 1-3.

(30) Leg. νόμου, juxta LXX.

(31) In nube. In qua nimirum Deus positum vo-

luit symbolum clementiae, et ut deinceps mundus non esset periturus simili aquarum diluvio.

mare navigant, quamvis ipsum pelagus intueantur, haud tamen ad ima delitescens margaritam cernunt : ita etiam propheta extimam quidem imaginem cernebat, arcanum vero exquirebat mysterium. Idecirco ait : *Et interrogavi angelum, et dixi : Quid sunt hæc? Ecquid tandem angelus? Non ait vidisse candelabrum, et lampadem, lucernasque, et infusoria : sed misso ænigmatē, aperit miraculum, edicitque : Hic est Sermo Domini.* Fitque angelus evangelista : jubens enim valere symbola visui proposita, miraculum prædicat, aitque : *Hic est Sermo Domini.* Quid ais, o angele? Ostendisti vasa, et Verbum evangelizas? Utique; nam ænigma est quod spectatur, gratiaque mysterium. Quia enim Dominus Deus de Virgine nasciturus erat secundum carnem ac humanam formam accepturus, proque sua incarnandus voluntate : criminaturi vero erant Judæi miraculum, ac dicturi : Quonam pacto Dei Verbum, Verbum quod erat in principio, Verbum quod erat apud Deum⁶¹, potuit in humana forma nasci, et ex suo sigmento carnem sumere? ut ergo Judæorum ora obstrueret, ostendit prophetæ, pro Virgine, candelabrum; infusoria pro donis; pro testamentis olivas, pro Salvatore lampadem. Quod autem prophetæ lampadem appellaverint Dominum Christum, incarnatum, inquam, Verbum, Deum non mutatum, ex Isaia accipe, cum ait : *Exsurret anima mea in Domino; induit enim me vestimento salutis et tunica lætitiæ : sicut sponso circumposuit mihi mitram, et sicut sponsam ornavit me mundo; et sicut terram efferentem florem suum, et sicut hortus semina sua, sic germinare faciet Dominus justitiam et exultationem coram universis gentibus⁶². Propter Sion non tacebo, et propter Hierusalem non relinquam, donec egrediat ut lumen justitiæ meæ; salutare autem meum ut lampas accendatur⁶³.* Ipsi gloria et imperium et honor, una cum Patre, simulque Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO III (32).

De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi.

I. Crebra eaque diversa celebritatum solemnia humanam exhilarant vitam, dum festorum dierum recursu, tristem ærumnosæ hujus vitæ molestiam in voluptatem convertunt. Ut enim adversis tempestatibus acti, trajecto infesti maris æstu, portibus gaudent tanquam fidissimo vitæ sinu : sic post multas negotiorum molestias cum feriat homo, celebritate tanquam curarum requie ac securitatis matre gaudet. Festus namque dies, molestiarum et oblivio; curarum somnus; gaudii

⁶¹ Joan. 1, 1. ⁶² Isa. Lxi, 10, 11, sec. LXX. ⁶³ Isa. Lxii, 1.

(32) Hanc quoque habuit idem Riccardus ex eadem Cryptæferratensi bibliotheca : opus sane, quamquam breve, Procli vena ac ingenio dignum. Indicat habuisse illam altero die a Christi natalitiorum festo die : quæ forte ratio fuit, ut potius

θαλάσση τὸ μὲν πέλαιος βλέπουν, τὸν δὲ κρυπτόμενον κάτω μαργαρίτην οὐχ ὀρώσιν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης εἰκόνα μὲν ἔβλεπε, καὶ μυστήριον ἠρεῖνα. Διό φησιν· Καὶ ἠρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· Τί ἐστὶ ταῦτα; Τί οὖν ὁ ἄγγελος; οὐ λέγει ὅτι εἶδεν λυχνίαν, καὶ λαμπάδιον, καὶ λύχνους καὶ ἐπαρυστρίδας· ἀλλ' ἀφείλετο τὸ αἰνίγμα, κηρύττει τὸ θαῦμα, καὶ λέγει· Οὗτος ὁ Λόγος Κυρίου. Καὶ γίνεται ὁ ἄγγελος εὐαγγελιστὴς· ἀφείλετο γὰρ τὴν ὄψιν, κηρύττει τὸ θαῦμα, καὶ λέγει· Οὗτος ὁ Λόγος Κυρίου. Τί λέγεις, ὦ ἄγγελε; Σκευὴ ἐδειξας, καὶ Λόγον εὐαγγελίζεις; Ναί· αἰνίγμα γὰρ τὸ θέαμα, καὶ μυστήριον ἡ χάρις. Ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλον ὁ Δεσπότης Κύριος ἐκ Παρθένου τίκτεσθαι κατὰ σάρκα, καὶ σχηματίζεσθαι ὡς ἄνθρωπος, καὶ σαρκουῖσθαι ὡς ἤθελεν ἤμελλον ἐκ Ἰουδαίῳ διατῦρειν τὸ θαῦμα, καὶ λέγειν· Πῶς ἠδύνατο ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ Λόγος, ὁ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγος, ἐν σχήματι ἀνθρώπου γεννᾶσθαι, καὶ ἐκ τοῦ οἴκειου πλάσματος σαρκουῖσθαι; βουλόμενος οὖν ἀποφράξαι τῶν Ἰουδαίων τὰ στόματα, εἰδείξε τῷ προφήτῃ ἀντὶ τῆς Παρθένου, τὴν λυχνίαν· ἀντὶ τῶν χαρισμάτων, τὰς ἐπαρυστρίδας· ἀντὶ τῶν διαθηκῶν, τὰς ἐλαίας· ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος, τὸ λαμπάδιον. Καὶ ὅτι λαμπάδιον λέγουσιν οἱ προφῆται τὸν Δεσπότην Χριστὸν, τὸν σαρκωθέντα Λόγον, τὸν μὴ τραπέντα Θεόν, ἄκουε Ἡσαίου λέγοντος· Ἀγαλλιᾶσθω ἡ ψυχὴ μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐρέδυσσε γὰρ με ἑμῷ σωτηρίῳ, καὶ χιτῶνα εὐπροσύνης· ὡς ἑμυρῶ περιέθηκέ μοι μίτραν· καὶ ὡς ἑμυρῶν κατεκέσθησέ με κόσμῳ· καὶ ὡς ἑμυρῶν ἀβύσσουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς· καὶ ὡς κῆπος τὰ σπέρματα αὐτοῦ· οὕτως ἀνατελεῖ Κύριος δικαιοσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν. Διὰ Σιών οὐ σωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀτήσω, ὥς ἂν ἐξέβληθαι ὡς φῶς ἡ δικαιοσύνη μου· τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς κενθήσεται. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ τιμὴ σὺν τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Γ'.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (33).

A'. Πολλὰ καὶ διάφοροι πανηγύρεις τὸν ἀνθρώπινον φαιδρύνουσι βίον, τῷ κύκλῳ τῶν ἑορτῶν τῆς ἐπιμόθου ζωῆς τὸ λυπηρὸν εἰς ἡδονὴν μεταβάλλουσαι. Ὅσπερ γὰρ οἱ μετὰ ζάλῃς ἐκ πελάγους καταβάντες χαίρουσι τοῖς λιμένσιν, ὡς ζωῆς ἀγκάλαις· οὕτως μετὰ πολλὰς πραγμάτων περιστάσεις ἑορτάζων ὁ ἀνθρώπος, χαίρει τῇ πανηγύρει ὡς ἀμεριμνίας μητρὶ. Ἐορτὴ γὰρ ἐστὶ λύπης λήθη· φροντίδων ὑπνος, χαρᾶς γεωργός, φαιδρότης πρόξενος, προσευχῆς κειρὸς, πενήτων θέρος, ἐκκλησιῶν κόσμος,

inscripta sit *De Incarnatione, quam In festum natalis Domini.*

(33) Colum. codex, εἰς τὰ γενέθλια τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

πώλων πανήγυρις, ἔχθρας ναυάγιον, φιλίας ἀνατολή, ἂ ἐπὶ γῆς οὐρανός. Καὶ τί τὰ πολλὰ λέγω; Ἐορτὴ ἀναστάσεως καρπός, κατὰ τὸν προφήτην λέγοντα· Ἐόρταζε, Ἰούδα, τὰς ἑορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ἐκ τῆς γῆς ὁ ἔμφυσῶν εἰς πρόσωπόν σου.

Β. Ἄλλὰ πολλὰ μὲν, καθάπερ ἔφην, αἱ πανηγύρεις· οὐκ ἴσα δὲ τῶν ἑορτῶν τὰ κέρδη. Αἱ μὲν γὰρ παρὰ Θεοῦ ἐνομοθετήθησαν, αἱ δὲ παρὰ διαβόλου εἰσέφρησαν. Διόπερ καὶ αἱ μὲν, ψυχῶν ἀπειλοῦσι ζημίαν· αἱ δὲ γαστρὶ λειτουργοῦσι κόρον· αἱ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐμποροῦνται τὴν σωτηρίαν. Οἱ Ἕλληνες ἑορτάζουσιν· ἀλλ' αἰσχρῶς τὰ πάθη θεοποιήσαντες, ἐντεῦθεν ἀναμάττονται τῆς αἰσχύνης τὸν βόρβορον. Ἰουδαῖοι πάλιν ἑορτάζουσιν· ἀλλὰ θεὸν τὴν κοιλίαν περιφέρουσι, καιροῦς ἀμαρτημάτων μετὰ κόρον τὰς ἑορτάς ποιοῦντες. Ἐν ἐρήμῳ ἑορτάζοντες, τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ προσεκύνησαν· εἰς κρίσεις καὶ μάχας ἐνήστειον· ἐν Ἱεροσολύμοις ἑορτάζοντες, σταυρὸν κατὰ τοῦ Δεσπότης συνέπηξαν. Ὁ Ἰουδαϊκὰ ἑορταῖ, ὧν καὶ ἡ φαιδρότης πλάνος, καὶ ἡ τρυφή φόνος. Αἱ δὲ τῶν Χριστιανῶν πανηγύρεις θεῖαι καὶ παράδοξοι, καὶ δυνάμεις πηγαὶ καὶ θησαυροὶ σωτηρίας. Ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡμῶν πανήγυρις, Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν κηρύσσει. Ἡ δὲ μετ' ἔχεινην, ὑδάτων ἁγιασμὸν καὶ βαπτίσματος εἰκονογραφεῖ μητρὰν. Ἡ τρίτη κατάδυσιν θανάτου, καὶ σταυροῦ τρόπαιον, καὶ ἀναστάσεως δῶρον, καὶ πατρῶσις ἐλευθεροποιὸν εὐαγγέλιζται. Ἡ τετάρτη, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνοδὸν, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν κέκραγε καθ' ἑδραν. Ἡ πέμπτη Πνεύματος ἁγίου κάθοδον, καὶ μυρίων χαρισμάτων δμβροῦς σαλπίζει. Αὗται εἰσιν αἱ ἑορταὶ ἃς ἐποίησεν ὁ Κύριος· ἀγαλλισώμεθα καὶ ἐσφρανθῶμεν ἐν αὐταῖς.

Γ. Τί γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς (33) θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἦν χθὲς ἐπετελέσαμεν, οὔτε μετὰ φρίκης καὶ δόξης; Τί γὰρ ἦν χθεσινής ἑορτῆς τὸ θαῦμα; ἀλλὰ παρακαλῶ, μετὰ συγγνώμης ἀκούσατε, Πηλίνη γὰρ γλώσσα Θεοῦ μυστήρια διαπορθεύσαι ἐπιχειρεῖ. Τί οὖν τῆς χθεσινής ἑορτῆς τὸ θαῦμα; θεότιτος καὶ ἀνθρωπότητος ἀνερμήνευτον μυστήριον· ὠδὴν ἀλόχευτος· σάρκωσις ἀπαθῶς τὸν ἀσχημάτιστον μορφώσασα· τόκος παράδοξος· ἀρχὴ, καὶ οὐκ ἀρχὴ τοῦ τεχθέντος· τῆς μὲν γὰρ ἀνθρωπότητος γέγονεν ἀρχὴ, ἡ δὲ θεότης ἐμεινεν ἀναρχος· μορφή μορφὴν προσλαβούσα, καὶ ἡ Τριάς οὐκ ἐπλεόνασεν εἰς τε-

A seges; lætitiæ conciliatio; precationis tempus; pauperum messis; ecclesiarum ornatus; urbium celebris conventus; inimicitiae exitum; amicitiae ortus; in terra cælum. Quid vero multa prosequor? Est festus dies resurrectionis fructus, juxta quod ait propheta: *Celebra, Juda, festivitates tuas: Ascendit enim e terra, insufflans in faciem tuam* ⁶⁶ (35).

II. At sane multæ quidem sunt, uti dicebam, solemnes celebritates; non tamen æqualia sunt feriarum lucra. Aliæ quippe a Deo sunt constitutæ: aliæ a diabolo illatæ: proinde etiam, harum quidem aliæ in animarum jacturam vertuntur; aliæ ventris satietatem ministrant; aliæ denique, humano generi salutem negotiantur. Puta, gentes sua festa colunt; verum turpiter affectus deificantes ac vitia, turpitudinis inde cœnum hauriunt ac sibi asciscunt. Judæi quoque dies festos agunt; sed ventrem deum circumferunt, feriasque post satietatem peccatorum causas reddunt. In deserto festum actitantes diem, auream imaginem adorarunt ⁶⁶: ad lites et contentiones jejunabant ⁶⁶: Hierosolymis festum diem celebrantes, crucem adversus Dominum compegerunt. O Judaica festa! quorum et hilaritas error, et deliciæ cædes. Ad Christianorum solemnia (36) divina sunt et admirabilia, vereque fontes ac thesauri salutis. Nam prima nostra celebritas, Dei ad homines adventum prædicat. Quæ vero hanc sequitur, aquarum sanctificationem ac baptismatis vulvam graphicè exprimit. Tertia, mortis interitum ac tropæum crucis, resurrectionisque donum, ac quo patribus parta est libertas, læto faustoque nuntio indicat. Quarta, primitiarum nostrarum in cælos ascensum, earumque a dextris consessum clamat. Quinta, Spiritus sancti descensum ac sexcentos gratiarum imbres quæ fecit Dominus: Exsultemus, et lætemur in

III. Quid enim utique, in ea quam hesternæ die peregrimus solemnitate, non admirabile ac novum, honoreque ac gloria plenum? quod namque illud hesternæ festivitatis miraculum? Verum, obsecro, cum indulgentia audite. Lutea enim lingua est quæ Dei mysteria traducere audeat ac aggreditur explicare. Quodnam illud itaque hesternæ solemnitate est miraculum? Nimirum divinitatis et humanitatis inexplicabile mysterium; nullis partus sordibus inquinata proles; incarnatio, nulla eum passione informans, qui nullam formam aut figuram admittat: partus admirabilis (37): Nati principium,

⁶⁶ Nah. i, 15; ii, 1. ⁶⁶ Exod. xxxii, 1 sqq. ⁶⁶ Isa. lviii, 4. ⁶⁷ Psal. cxvii, 24.

(34) Leg. αὐτῇ.

(35) *Insufflans in faciem tuam*. Allusio est ad insuflationem qua Deus homini animam indidit: vel etiam ad dominicam illam in discipulos (Joan. xi, 22). Idem enim et naturæ primum, et gratiæ postea insufflavit Spiritum; ipse qui e terra ascendit, ac resurrexit, nostræ primitiæ ac auctoris resurrectionis. Etiam Cyrillus in *Nahum* ii, explicat de resurrectione: et Chrysostomus hom. ii ex decem Romæ editis

(36) *Christianorum solemnia*. Eodem fere modo Asterius festum Kalendarum traducens, Christianorum percenset festa, ac eorum rationes. Videndus item Chrysostomus in *Philogonium*, ac homil. de Pentecost. apud Duceum.

(37) *Partus admirabilis, τόκος παράδοξος*. Habentur hæc ac sequentia, usque ad illa verba, καὶ ἀνθρώπος ἐξ ἐμοῦ, in codice Columnensi Procli nomine, inter Patrum testimonia de duabus naturis, ut refert Riccardus.

(34) Baron. *omissa negatione, Sed paveo minorem laudibus navem mergendam attonitus.*

(35) Baron. *orthodoxiæ rete deduxit.*

(36) Baron. *merces autem copiosa.* Huc usque Proclo perducere licuit orationem sine carentem, acclamationum jugibus tonitruis interruptam populi adstantis, et instantis, sibi Joannem reddi : cum Proclus ex more illa tantum apponens verba, *Gratia et misericordia, etc.*, finem imposuit orationi clamoribus populis interceptæ. Hæc Baronius.

Basnagio in suis *Annalibus politico-ecclesiasticis* ad ann. 438, § 3, haud probatur Baronii sententiæ, existimantis hunc Procli sermonem prius fuisse recitatum, quam ipse de revocando Chrysostomi corpore Theodosium adiret. Verum præter ea quæ infra refert Combefisius ex Cosma Vestitore, ipsemet Proclus Baronianam sententiæ confirmat, dum ait sub initium Orationis : *In ponto jaces (Chry-*

Gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi:
(C. II) cum Deo Patre et Spiritu sancto, gloria, et

potestas, atque magnificentia, in sæcula sæculorum. Amen.

sostomas) . . . et longa manu ostentans vos, clamat! etc. Sic enim legendus hic locus, prout illum

restituimus ex eodem Baronio, qui eum ex codice manu exarato descripsit.

MONITUM IN HOMILIAS SEQUENTES.

(Angelo Mai, *Spicilegium Romanum*, tom. IV, pag. XLIII et LXXVIII seqq.)

Homiliarum istarum primam suppeditavit codex Vaticanus sæculi decimi. Alteram *De circumcissione Domini* nactus sum in palimpsesto, sub Chrysostomi homilia quadam latentem: placuit enim nescio cui amanuensi, deleto discipulo magistrum scribere. Ægre banc orationem ex posterioris scripturæ involucris extricavi, res tamen prospere demum cessit. Tres alias Procli homilias, Græce apud nos deperditas, sed a Syris interpretibus conservatas, jamdiu nuntiaveram in Syrorum Vatt. codicum catalogo (*Script. vet.* t. V, part. II, p. 42-44) nempe in duobus exstantes codicibus 368 et 369. Nunc vero ut ejus catalogi a me editi fructum (quod et alias feci) ostendam, tres illas homilias, *De dogmate incarnationis*, *De nativitate Domini* (quarum utraque ab Ephræmio Antiocheno, ut infra dicam, memoratur), et *De sancto Clemente Ancyræ* in Galatia celebri episcopo ac martyre, Latine saltem ex Syriaca lingua ad Occidentalis Ecclesiæ notitiam perferendas curavi. Hæc nimirum quinque Procli homiliæ in nullis hactenus editionibus apparuerant.

A.

Πρόκλου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως
εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

A. Εὐλογητὸς ὁ Θεός! εἰς οὐρανὸν μὲν καὶ γῆν ἡ τῆς κτίσεως διανέμεται φύσις, οὐκ ἔξ δέ με τῆν διαίρεσιν βλέπειν ἡ συνάψασα σήμερον χάρις τὴν τούτων διαίρεσιν. Τίς γάρ ἂν εἴποι λοιπὸν οὐρανὸν τῶν ἐν γῆ διαίρεσθαι, καὶ κάτω τῆς ἐμῆς εἰκόνας καὶ ἄνω τῆς ἐμῆς βασιλευούσης; Ἀλλὰ καὶ κάτω μὲν ἐστὶ ὑπὸ τῆς φθορᾶς τυραννόμεθα, καὶ διδόμεν τῷ διαβόλῳ χαρὰν ἀνχλισκόμενοι τάφοις· δὲ ἂν δὲ εἰς οὐρανοὺς ἀναβλέπει, τὴν χαρὰν ἀποτίθεται, βλέπων ἄνω τὴν τῶν κάτω νεκρῶν ἀναστάσιμον βίβαν· βλέπει τὸν κάτω παρ' αὐτοῦ παραδοθέντα σταυρῷ, εἰς οὐρανοὺς τὸ ἡμέτερον σῶμα περικείμενον καὶ τρόμῳ συνέχεται, μὴ συνῶν τὴν δύναμιν. Ὡς κέρδους ἐκ ζημίας ἡμῶν τεχθέντος! Ἐκερδάναμεν οὐρανὸν, ζημιωθέντες παράδεισον· κατενεχθέντες (37)... ὡτεροι διὰ πτώματος ἔστημεν· ὡσθέντες, εἰς οὐρανὸν ἀνηχέθημεν· ἔσω τοῦ παραδείσου πληγέντες, ἔξω τοῦ λατροῦ τὴν θεραπείαν εὐρήκαμεν· παρὰ τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς νεκρωθέντες, παρὰ τῷ τῆς χριστοκτονίας ὑγιάναμεν ξύλῳ· ἐν τῷ λιμένι βυθισθέντες, ἐν τοῖς τῆς θαλάσσης ἀνεζήσαμεν κύμασιν.

B. Ποῦ σου, καταποντιστά, τὸ κακούρημα; Ὅν ἐπηξας τῷ κυβερνήτῃ σταυρὸν, γέγονεν τῇ ναυαγούσῃ φύσει βοήθεια, καὶ πρὸς λιμένας οὐρανοῦ παρέπεμψεν, λύσας τὴν θρηνηδίαν τῇ γῆ, ἣν πρὸ τῆς ἀναλήψεως ἔσχεν τοῖς πράγμασιν τὸν ὄδυρμόν ποιούμενη. Ὡς περ γὰρ οἱ οὐρανοὶ τὴν θέλαν διεγούνηται δόξαν, συνθέσει τὴν τέχνην φθειγόμενοι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ γῆ τοῖς πάθεσιν ὡς φωναῖς ἐθρηνηθεῖ.

³⁷ Psal. XVIII, 1.

(37) Desunt duo brevissimi versiculi, i. l. est sex circiter verba, quia furunculus toto ex codice icu-

A

Procli archiepiscopi Constantinopolitani sermo de
Domini nostri ascensione.

I. Benedictus Deus! Quanquam hæc mundi structura in cælum terramque dividitur, attamen banc distinctionem mihi cernere jam non concedit præsentis diei gratia, quæ res diversas copulavit. Quis enim abhinc dicat cælum a terra differre, quando quidem imago mea tum in terra regnat, tum etiam in cælo? Et inferne quidem corruptionis tyrannidem patimur, atque in sepulcris tabescentes diabololum gaudio afficimus; sed tamen hic idem, converso ad cælum aspectu, gaudio exiit, dum illic resurrectionis mortuorum principium causamque miratur. Videt enim superne, quem ipse cruci suffixerat, corpore nostro indutum cælum incolere. Ea propter terrore corripitur, vim sacræ dispensationis minime intelligens. O lucrum ex detrimento nobis enatum! Paradiso terrestri amisso, cælum lucrati sumus; usque ad inferni barathrum dejecti, sublimiores post casum evasimus; præcipientes aoti, in cælum revoluti sumus; intra paradisum vulnerati, extra illum medici operam salutarem invenimus; apud vitæ lignum morti dediti, apud ferale Christi lignum convaluimus; in portu naufragi, in mediis pelagi undis reviximus.

II. Ubi tuum, pirata, maleficium? Quam crucem gubernatori navis fixisti, ea naufragæ hominum naturæ salus exstitit, eamque ad cælestem portum perduxit; orbem terrarum luctu liberans, in quo ante Domini ascensionem jacebat, dum suas vices planctibus deploraret. Namque ut cæli gloriam Dei enarrant, structura sua artificem celebrantes³⁸, sic terra doloribus suis tanquam vocibus lamentab-

culas sive ornatus abscidit, uti hic, ubi in postica icuuculæ parte hæc Procli amissa particula fuit.

tur. Neque ulla calamitatum requies erat, sed perpetuum molestiarum pondus ingruerat. Primum hominem nacta Adamum, mox a serpente ictum sepelivit ³⁶. Dum adhuc defleret, ecce Abelis incidit luctus ³⁷; quem dum peragit, aliam filiorum suorum a Lamecho experta est cadem ³⁸. Interim dum hos luget, commune orbi supervenit diluvium ³⁹: quo nondum finito, Sodomitas amisit ⁴⁰: deinceps in calamitatibus aliis consenuit. Initium solatii habuit Drum ex Virgine natum, quo per incarnationem apparente terrarum orbis desolatione liberatus est, hilaritatem oculis hausit, expectatum sanatore conspexit, ad cunabula ejus hymnos angeli cecinerunt ⁴¹; imperavit orco mortuorum resurrectionem seu potius restitutionem ⁴², eumque morigerum habuit; Patris testimonium per Spiritus gratiam sub columbæ specie cælo advenientem attraxit, eratque novum spectaculum, Dominus in carne apud Jordanem a servo baptizatus ⁴³. Sed in luctum conversum est gaudium; vidit benefactorem suum crucifixum, vidit lætitiarum suam morti traditam, vidit suæ hilaritatis auctorem in sepulcro depositum ⁴⁴. Sol terrenis malis compassus est, contristatum est cælum, et sui splendoris veste deposita, sacci instar tenebris indutum est ⁴⁵.

III. Igitur his calamitatibus obrutus terrarum orbis, atque omni bona spe viduatus, intolerando denique luctu oppressus, repente videt firmissimi sempiternique gaudii auctorem, secundum ex inferis Adam, infinita gloriæ luce vestitum reverti; videt tabulas immortalitatis scribentem suisque discipulis annuntiantem, adoratum ut Dominum, supra montes nube elatum, per aerem splendide vectum, comitantibus angelorum agminibus. Alii enim cito volatu præcedebant, cælestibus janitoribus summi regis Christi adventum nuntiantes; alii latus cum reverenti timore stipabant, alii coram cum hymnis saltabant, alii aliis eum canticis celebrabant. Ille interim ætheream aulam tranabat, cælum tanquam aerem penetrabat, ipse cælorum opifex a singulis angelorum ordinibus adoratus, venerabundas cohortes prætergrediebatur: dum eum discipuli propriis oculis cernerent elatum in cælum, haud utique tanquam in cælum, sed reapse in cælum. Atque ut oculi discipulorum in cælum erant intenti ⁴⁶ dum Christi caro in altum paulatim sublevaretur, ita etiam cælestes spirituum virtutes, de cælo in cælum stupefactæ inhiabant, corpore illo in sublime coram se ipsis elato, donec Christus in Patris sinum receptus est, a quo nunquam discesserat.

IV. Cane igitur, o terra, canticum denuo pro planctu. Ecce illa, ob quam doluisti, natura in cælum translata fuit; cognatio tua in cælos migravit; spectata aerem Adami hodie pedibus supposi-

οὐ γὰρ ἐπαύσατο συμφοραῖς περιβαλλομένη, ὑπὸ θρῆψος δηχθέντα κατέθεψεν· ἔτι τοῦτον θρηνηούσῃ, τὸ κατὰ τὸν Ἄβελ συμβέβηκεν πένθος· ὡς ἐθρηνησθεῖ τὸν Ἄβελ, ἄλλην τῶν αὐτῆς τέκνων ὑπὸ Λάμεχ ἀνδροφονίαν ἐώρα· ὡς ἀπυδύρετο τούτους, τὸ κοινὸν τοῖς πᾶσιν συμβέβηκεν ναυάγιον· μήπω τούτου σθεσθέντος, Σοδομιτῶν ἠτεκνούτο· ἐφεξῆς ἐπ' ἄλλοις ἐπαλαιούτο κακοῖς Ἀρχὴν ἀνέσσω; ἔσχεν Θεὸν τὸν τεχθέντα ἐκ Παρθένου, οὐ φανεῖτος κατ' οἰκονομίαν ἐλευθερωτοῦ τῆς γυμνώσεως ἡ γῆ· ἱλαρίας ἐλάμβανεν βλέμμα· ἐπίδοξος ἐρυγίας ἐωρᾶτο φάτην αὐτῆς πάντες ἄγγελοι περιστάντες ἀνύμουν· προσέταττεν ᾄδῃ περὶ νεκρῶν ἀναστάσεως, μᾶλλον δὲ ἀποδόσεως, καὶ πειθόμενον Ἰδεν· εἴλεκεν διὰ τοῦ Πνεύματος χάριν ἐν εἶδει περιστερᾶς ἐξ οὐρανοῦ κατιούσαν τοῦ Πατρὸς τὴν μαρτυρίαν· καὶ τὴν ἰδεῖν ξένον θαῦμα, Δεσπότην ὑπὸ δούλου ἐν Τορδάνῃ σαρκὶ βαπτιζόμενον. Ἄλλ' ἐστράφη πρὸς πένθος τὸ καύχημα· Ἰδεν γὰρ τὸν εὐεργέτην σταυρούμενον, Ἰδεν τὴν εὐφροσύνην νεκρωθεῖσαν, Ἰδεν ἐν τάφῳ κειμένῃ τῆς χαρᾶς ἀφορμῆν· συνέπαθεν ἡλιος τοῖς ἐπιγείοις κακοῖς· συνήλγησεν οὐρανός, καὶ τὸ τῆς λαμπρότητος ἐκδυσάμενος ἔνδυμα καθάτερ τινα σάκκον μετεμφιάσατο σκότος.

Γ'. Τσαύταις τοίνυν συμφοραῖς ἡ γῆ κρατουμένη, καὶ πάσης ἐλπίδος χρηστῆς ἀπομείνασα χήρα, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς φύσεως ἀπαγομένη λοιπὸν ὀδυρμοῖς, βλέπει θεῶν ἄφω ἀναφαιρέτου καὶ ἀνεκκαλήτου χαρᾶς ἐξ Ἰδοῦ τὸν δευτέρου Ἀδάμ ἀποστίλδοντα τῆς δόξης τὸ ἀμετρον φῶς· βλέπει δέλτους ἀθανασίας διαπεμπόμενον, καὶ τοῖς μαθηταῖς εὐαγγελιζόμενον, καὶ προσκυνούμενον ὡς Δεσπότην, ἐπ' ὄρος ἐξ ὄρους ἐπὶ νέφους αἰρούμενον, ὀδεύοντα δι' ἀέρος ἐνδόξως, ἀγγελικοῖς παραπεμπόμενον τάγμασιν· οἱ μὲν γὰρ ἔσπευδον ἔμπροσθεν τοῖς οὐρανοῖς πλωροῖς προμηγύοντες τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ τὴν εἰσοδὸν· οἱ δὲ παρ' ἐκάτερα σὺν φόβῳ παρέτρεχον· οἱ δὲ κατόπισιν ὑμνοῦντες· ἐσκίρτων· ἄλλοι δὲ ἄλλοις αὐτὸν ἐδοξολογοῦν ἕξμασιν· ὡς δι' ἐκκλησίας τοῦ ἀέρος διεῖθη, ὡς ἀέρα τὸν οὐρανὸν διεπέρα ὁ τῶν οὐρανίων ποιητής, καθ' ἕκαστον ἄνω προσκυνούμενος τάγμα, καὶ τὰς προσκυνούσας συμμορίας ὑπερβαίνων, ὥστε αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς αὐταῖς ὄψεσιν ὀρᾶσθαι ἀνιόντα εἰς τὸν οὐρανόν· οὐχὶ ὡς εἰς τὸν οὐρανόν, ἀλλ' εἰς τὸν οὐρανόν. Ὡς γὰρ τῶν μαθητῶν ἐκ τῆς γῆς ἀνηρτισθησαν αἱ ὄψεις πρὸς τὸν οὐρανὸν τῆς σαρκὸς κατὰ μικρὸν ὀψουμένης, οὕτως καὶ αἱ τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀπειμάτων δυνάμεις ἐξ οὐρανοῦ πρὸς οὐρανὸν ἐκεχθῆσαν. τῆς τοῦ σώματος φύσεως ἐπέκεινα κατ' αὐτῶν ἀνιούσης, ἕως ἐν κόλπῳ τοῦ Πατρὸς ὑπεδέχθη ὁ μὴ χωρισθεὶς τοῦ Πατρὸς ποτε.

Δ'. Ἄσων οὖν φθῆν ἀντὶ τῆς θρηνηθῆσας πάλιν, ὁ γῆ· ὑπὲρ ἧς ἡλγησας φύσεως, εἰς οὐρανὸν μετεπέμφθη· ἡ τῶν σῶν συγγένεια ἐν οὐρανοῖς μετεφυτεύθη. Ἀνάβλεψον εἰς ἀέρα τὸν σήμερον παρὰ Ἀδάμ

³⁶ Gen. iii, 4 seqq. ³⁷ Gen. iv, 8 seqq. ³⁸ ibid. 23. ³⁹ Gen. vii, 17. ⁴⁰ Gen. xix, 24. ⁴¹ Luc. ii, 14. ⁴² Luc. vii, 14; viii, 54; Joan. xi, 45. ⁴³ Matth. iii, 16, 17. ⁴⁴ Matth. xxvii, 60. ⁴⁵ Luc. xxiii, 45. ⁴⁶ Act. i, 10.

δευτεροῦμενον· ἐνατένισον οὐρανῷ δεξιουμένῳ τὰ σά· A
εἰ μὴ χωρῆ σου τὸ βλέμμα θεωρῆσαι τὴν εἰσοδον, τῶν
ἀγγέλων ἀκουσον μγνούντων τὴν ἄνοδον· Οὗτος,
φρῖν, ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναλήφθεὶς ἀπ' ὑμῶν εἰς τὸν
οὐρανόν· καὶ τί τῆς ἀναλήψεως τοῦ Ἰησοῦ τοῖς
ἀνθρώποις τὸ κέρδος, τῆς τούτου θεωρίας οὐκ οὕσης
λοιπὸν ὀφθαλμοῖς ἀπολαῦσαι; Ναί φησιν· Οὕτως γὰρ
ἐλεύσεται ὁ ἐρόπων ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμε-
νον εἰς τὸν οὐρανόν· ἀσφαλεῖς αἱ τοῦ γένους
τῶν ἀνθρώπων εὐέλπιδες, ἐν οὐρανῷ βασιλεία συγγενῆ
κακτημένοις, καὶ πάλιν αὐτοῖς φανησόμενον ἐνδόξως.

Ε'. Εὐχόμεθα τοίνυν τῆς οὐρανίας ἐλπίδος εὐέλπι-
δες Χριστῷ πιστεύοντες· τῷ τῆς εἰρήνης ἐνεχύρω
θαρῶμεν· ὅσα φίλα θεῷ ἐργασάμεθα, σεσωσμένων
εὐχαριστίαν ἐπιδεικνύμενοι. Φιλανθρωπευθέντων ἐπ-
ανθρώπῳσιν ἔχομεν· ἀποστῶμεν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν ὡς B
αυμάτων πολῖται· ἀγισώσῃν τελώμεν ὡς ναὸς θεοῦ
καὶ ἀγίας ἀνθρωπότητος μέλη· εἰρηνεύομεν πρὸς τὸν
θεὸν τὸν ἀντι κολάσεως βασιλεῖον ἡμῖν χαρισάμενον,
καὶ διπλασιάσαντα τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· πρῶ-
τερον μὲν γὰρ ὁ προφήτης ἐβόα· Ὁ οὐρανὸς τοῦ
οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκεν τοῖς
ἀνθρώποις· νῦν δὲ καὶ τὴν γῆν ἔδωκεν τοῖς ἀνθρώ-
ποις, καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ ἀνθρώπῳ. Διὸ
λέγει τὸ ἅγιον Πνεῦμα διὰ τοῦ προφήτου· Πάντα τὰ
ἔθνη, κροτήσατε χεῖρα· διὰ τί; Ὅτι Κύριος ὕψι-
στος φοβερός, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν
γῆν. Καὶ πάλιν· Ἀρέθῃ ὁ θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύ-
ριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος· αἱ τῶν οὐρανῶν δυνά-
μεις αἰτίνες ἐβόων· Ἄγιος, ἅγιος, ἅγιος, τρισὶν C
δοξολογίαις μιαν κυριότητα ὁμολογοῦσαι· αὐτῷ
ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ
καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς
αἰῶνας.

B'

Τοῦ αὐτοῦ Προκλίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντι-
νουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὀκτῆήμερον περιτο-
μὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Α'. Κοινὸς μὲν ὁ λόγος τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς,
διδάσκει δὲ μέγα καὶ βαθύ μυστήριον εἰς ὃ ἐπιθυ-
μοῦσιν ἄγγελοι παρακῦψαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον.
Ἑλλήνων μὲν γὰρ οἱ δοκούντες εἶναι σοφοὶ λαλοῦσιν
μὲν τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων οὐδὲν, κατακέχρη-
ται δὲ τῷ κάλλει τῆς λέξεως, ἀπατῶντες διὰ τούτου D
τοὺς ἀκρωμένους· ἡμεῖς δὲ οὐράνιον θησαυρὸν ἐν
ἰσραηλίνους σκεύεσιν ἔχοντες, τουτέστιν τῆ τῆς λέ-
ξεως εὐτελείᾳ καὶ κοινότητι, μακαρίους ἑαυτοὺς εἶναι
πιστεύομεν ὅτι τὰ ἀρεστὰ Κυρίου γνωστὰ ἡμῖν ἔστιν·
οἷε τοίνυν τοῦ κατὰ Χριστοῦ μυστηρίου τὴν ἄρρητον
νίκην οὐμίαν· ἐφ' ἣ καὶ ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαίας
κατεπλήττετελέγων· Κύριε ὁ θεός μου, δοξάσω σε καὶ
ἔμνησῶ τὸ ἔρομά σου, ὅτι ἐποίησας θαυμυστὰ τέ-
ρατα, βουλὴν ἀρχαίαν ἀληθεινήν. Προώριστο μὲν
γὰρ καὶ προέγνωστο πρὸ καταβολῆς κόσμου Χριστός,
πεφανέρωται δὲ καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τοῦ αἰῶνος·

II.

Ejusdem Procli archiepiscopi Constantinopolitani
sermo de Christi Jesu Domini nostri circumcisione,
octava post nativitatem die.

I. Vulgaris quidem est divinæ Scripturæ elocutio,
sed tamen magnum profundumque mysterium do-
cet, in quod desiderant angeli prospicere, ut scri-
ptum est⁴⁹. Etenim ethnici qui videntur sapientes,
nihil reapse utile aut necessarium loquuntur, sed
dictionis abutuntur elegantia, ut hujus lenocinio
audientes decipiant. Nos vero cœlestem thesaurum
in fictilibus vasis habentes⁵⁰, hoc est in dictionis
rusticitate ac vilitate, beatos nos nihilominus existi-
mamus. Cogita igitur Christi ineffabilem mysterii
dispensationem; quam admirans beatus quoque
propheta Isaias aiebat: Domine Deus mi, laudabo
te, hymnum dicam nomini tuo, quia portenta mira-
bilia effecisti, consilium antiquum verax⁵¹. Pravi-
sus est enim et præcognitus ante mundum condi-
tum Christus, postremis autem sæculi temporibus
manifestatus est: natus est de Virgine, eratque in

⁴⁹ Act. i, 11. ⁵⁰ II Cor. vi, 16. ⁵¹ Psal. cxiii, 16.

⁵² I Petr. i, 12. ⁵³ II Cor. iv 7. ⁵⁴ Isa. xxv, 1.

sinu matris tanquam modo genitus puer, caro factus qui erat Verbum æternum.

II. O rem magnam et admirabilem! Puer erat in terra secundum carnem; idemque rursus cœlum implebat; circumcisionem recepit, fuitque sub lege, is qui parem cum Patre thronum habebat; Moysis dominus, præceptum Moysis observavit. Hoc videlicet aiunt beati Pauli verba: *Cum venit plenitudo legis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege*⁶⁶. Non enim sub lege erat ante incarnationem, sed postquam ex muliere factus fuit, tunc legis factus est observator: decretus est autem illi dispensationis in carne modus, nempe ut sub lege esse oporteret eum, qui utpote Deus supra legem erat. Quippe erat æquum, ut qui homo factus esset, humanitatis conditionem non aspernaretur. Reapse tamen humile prorsus et indignum majestate ejus fuisse, legi subjici, ego quoque affirmo. Sed quanquam humile quid esse fateor participare sanguini et carni, attamen necessarium erat, vel potius convenientius, servari ab eo mundum, mortem evacuari, peccatum destrui conversandoque inter homines, universum mundum Patri Deo ab eodem reconciliari.

III. Hujus rei gratia semen Abrahæ apprehendit⁶⁷, et æque ac nos carni et sanguini communicavit; formam servi assumpsit⁶⁸, ut legi esset obnoxius; servi enim officium est legi subesse. Sumpsit igitur servi formam, qui sua natura liber erat; circumciscus est ex legis præscripto; attulit etiam pro se par turturum et duos pullos columbarum⁶⁹. Mirare et hæc; etenim in umbra et typo siebant sub Moyse, sed rei veritas erat Christus. En sacrificium obtulit, typos implevit, sed veritas, ut dixi, Christus erat, qui tenui hac re, cujusmodi est turtur et columba, antiquis præsignatus fuit. Mitissima enim columba est, pulcherrima vero et canora turtur. Talis est Christus: mitissimus quidem ut Deus, canorus autem ut turtur; etenim universum mundum delectat evangelicis prædicationibus. Igitur prout innunt legales typi, uti religiosissimus, turtur est; uti mitissimus, columba est. Servator noster immolatus est, ut nos redimeret pretioso sanguine, et in Spiritu sancto sanctificaret. Ipsum decet gloria et potentia, honor et magnificentia, nunc et semper et per sæcula sæculorum. Amen.

⁶⁶ Gal. iv, 4. ⁶⁷ Hebr. ii, 16. ⁶⁸ Philipp. ii, 7. ⁶⁹ Luc. ii, 24.

(58) Sic legere malui obscuratum locum.

Ἀ ἐγενήθη ἐκ γυναικὸς καὶ ἦν ἐν κόλποις μητρὸς ὡς παῖδιον ἀρτιγενὲς, ἐν σαρκὶ γεγονῶς ὁ προαιώνιος Λόγος.

Β'. Ὁ μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ πράγματος! Βρέφος ἐπὶ γῆς κατὰ σάρκα, καὶ πάλιν ἐπλήρου τὸν οὐρανόν· κατεδέξατο τὴν περιτομήν, ὑπὸ νόμον γέγονεν ὁ σύνθρονος τῷ Πατρὶ· τὴν Μωϋσείως τετήρηκεν ἐντολὴν ὁ Μωϋσείως Δεσπότης· τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Παύλου, Ὅτις δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. Οὐ γὰρ πρὸ τῆς σαρκώσεως ὑπὸ νόμον ἦν· ἀλλ' ὅτε γέγονεν ἐκ γυναικὸς, τότε γέγονεν τὸν νόμον φυλάξας· νομόμικεν μὲν τοίνυν αὐτῷ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος τὸ χρῆναι ὑπὸ νόμον γενέσθαι τὸν ὑπὲρ νόμον ὡς Θεόν. Ἔδει γὰρ ἄνθρωπον γεγονότα, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μὴ ἀτιμάσαι μέτρον· ὅτι μικρὸν καὶ ἀνάξιον παντελῶς τῆς ἐνούσης αὐτῷ μεγαλοπρεπειᾶς τὸ ὑποκείσθαι νόμῳ, ἐρῶ σοι κἀγὼ· οὐ γὰρ μικρὸν ἀλλ' ὡσαύτως· τὸ μετασχεῖν αἵματος καὶ σαρκὸς μικρὸν ὁμολογούμενος· ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖως, μᾶλλον δὲ πρεπωδέστερον αὐτῷ διασῶσαι τὴν ὑπ' οὐρανῶν, καταργήσαι θάνατον, ἀφανίσαι τὴν ἀμαρτίαν, καὶ στοιχῶν (58) τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, εἰς τὸ ἀπ' ἀρχῆς κατακτεσθῆναι τὴν ὑπ' οὐρανῶν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ.

Γ'. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας σπέρματος Ἀβραάμ ἐπελάβετο, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχευ αἵματος; καὶ σαρκὸς· ἔλαβεν δούλου μορφήν, εἰ μὴ καὶ ἐν τῷ ὑποτάσσεσθαι τῷ νόμῳ· δούλου γὰρ τὸ ὑπὸ νόμον εἶναι· ἔλαβεν τοίνυν δούλου μορφήν ὁ κατὰ φύσιν ἴδιαν ἐλεύθερος· περιετιμήθη κατὰ τὸν νόμον· προσεκόμισεν δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ζεύγος τρυγῶνων καὶ δύο, φησὶν, νεοσσούς περιστερῶν. Θαύμαζε καὶ τούτων· ἐν σκιαῖς μὲν γὰρ καὶ τύποις ἦν ταῦτα διὰ Μωϋσείως· ἀλήθεια δὲ ἐστὶν ὁ Χριστός. Ἄλλ' ἰδοὺ προεκόμισεν θυσίαν, τοὺς τύπους πεπλήρωκεν, ἡ ἀλήθεια αὐτὸς ἦν ὁ Χριστὸς ὁ διὰ τοῦ μικροῦ πράγματος ὡς ἐν τρυγόνι καὶ περιστερᾷ τοῖς ἀρχαίοις ὑποδηλούμενος· πρασιότη μὲν γὰρ ἡ περιστερὰ, καλλιστάτη δὲ καὶ εὐφωνος ἡ τρυγῶν. Ἔστιν δὲ τοιοῦτος ὁ Χριστός· πρασιότη μὲν γὰρ ἐστὶν ὡς Θεός, εὐφρονέστατος δὲ ὡς τρυγῶν· κατατέρπει γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανῶν τοῖς εὐαγγελικοῖς διδάγμασι. Οὐκοῦν ὡς ἐν τύποις τοῖς κατὰ τὸν νόμον, ὡς εὐλαδέστατος, τρυγῶν, ὡς πρασιότη, περιστερὰ. Ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἐσφαγίζετο, ἵνα ἡμᾶς ἀγοράσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι, καὶ ἀγιάσῃ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· αὐτῷ γὰρ πρέπει δόξα καὶ κράτος, τιμὴ καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ δεῖ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

III.

EJUSDEM PROCLI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

SERMO DE DOGMATE INCARNATIONIS, DICTUS IN SABBATO ANTE QUADRAGESIMAM,

Græce amissus, sed ex vetere interpretatione Syriaca nunc recuperatus.

I. Copiosa sunt divinæ gratiæ dona, innumeræ A concionum spiritalium utilitates, laudabile nundinarum ecclesiasticarum commercium, gratus honor festorum coram altaribus, gloriosæ merces crucis, salutaris vindemiæ copia ineffabilis, copiosus et sine pare supernorum munerum thesaurus. Nescit paupertatem charitas, neque aliunde Christus divitias sibi conciliat. Inspice, si lubet, dilectissime, divinos libros, ut divitiarum amplitudinem et donatoris munificentiam apprime cognoscas: hinc enim passim doceberis, quomodo Dominus noster Jesus Christus jam inde a rerum initio nunquam destiterit ab humano genere multifariam juvando. Nam primo quidem Adamum illum paradiso pulsum ⁶⁶ damnatumque revocavit, secumque in cœlis voluit considerare. Abelem sacrificii sibi oblatis B causa vidit interfectum ⁶⁷, sed eum post necem fecit homicidii accusatorem. Noachum pene naufragum aspexit, in eoque humani generis conservavit scintillam ⁶⁸. Servum deprehendit Abrahamum, patremque gentium fecit ⁶⁹. Captivum nactus Josephum, castitatis eum exemplar orbi constituit ⁷⁰. Fugitivum ex Ægypto offendit Moysen, atque innumero populo duce præfecit ⁷¹. Josuæ Palæstinæ exploratori cohibendi solis lunæque cursum potestatem attribuit ⁷². Exiguo de grege sumptum Davidem, fecit eum regum satorem ⁷³, radicem generationum, unde tremendum dispensationis mysterium manaturum erat. Balaam bruto jumento loquelam concessit ⁷⁴: navarchum utilem ad Erythræi transitum dedit; Aaronis virgam aridam C floribus præter naturam ornavit ⁷⁵: æneum serpentem in deserto erexit admirabilem ⁷⁶; Eliam famulum in orbe extorrem, igneo curru sedentem ostendit ⁷⁷; Babylonice fornacis flamman in trium puerorum nutricem convertit ⁷⁸; leones in puteo coram Daniele tanquam reverentes ante librum discipulos statuit ⁷⁹: marinum cetum hospitium prophetæ exhibuit ⁸⁰: Rachabæ lupanar in amicum

diversorium transmutavit ⁸¹. Sed jam lingua nar-rando deficit.

II. Nunc ad divitias transeat oratio. Ecclesiastica solemnitas omnigena salutis merce redundat: hic terrestria dona, et cœlestia lucra; hic vitiorum ablatio, et virtutum acquisitio; hic substantiarum oblatio, et tempus remunerationis, hic nubes pluviam parturiens, et sanatio evangelica; hic increata Trinitas, et tubæ apostolicæ; hic loco brutalium libidinum, gloriosi hymni cantantur; hic Adam terrestris dimittitur, et Dominus de cœlo respéndet; hic antiquus rebellis exploditur, et virginicum adoratur mysterium; hic scelerum chirographum scinditur, et concessæ libertatis libellus perscribitur; hic cupidinum interitus, et animorum lætitia. O solemnitas, quæ hic quidem laborem, in cœlis autem mercedem parit! Hic enim elata voce pœnitentia prædicatur, utile Quadragesimæ remedium, abstinentiæ præmium, virginitas regia, grata Deo eleemosyna, mansuetudinis beatitas, summa longanimitatis prudentia, patientia quæ a naufragio liberat, fidei fecunditas, incarnationis Dominicæ incomprehensibile arcanum. Prorsus quo diutius de his cogitabis, eo miranda magis et supra omnem vestigationem intelliges.

III. Revera enim infirmior est intellectus ad scrutandum, quomodo Deus inconvertibiliter factus sit homo; quomodo Verbum sine confusione limo copulatum fuerit, ac Deus impassibiliter ac sine mutatione semet in carnem figuraverit. Quatenus a Patre est, caret principio: quatenus vero factus est, phantasma reputari nequit; idem quippe verusque Deus est, et absque ulla falsitate homo. Qui Patri consubstantialis erat, idem mihi nativitate humana æqualis, excepto tamen peccato ⁷⁶, factus est. Increata est natura divina, humanitatis autem assumptio non est imaginaria, unusque est Filius, neque in duas personas (39) dividitur; etenim cum veneranda œconomia duas sub una

⁶⁶ Gen. iii, 24. ⁶⁷ Gen. iv, 8. ⁶⁸ Gen. viii, 1 seqq. ⁶⁹ Gen. xvii, 5. ⁷⁰ Gen. xxxix, 12. ⁷¹ Exod. iii, 1 seqq. ⁷² Jos. x, 13. ⁷³ I Reg. xvi, 12. ⁷⁴ Num. xxi, 23 seqq. ⁷⁵ Num. xvii, 8. ⁷⁶ Num. xxi, 9. ⁷⁷ IV Reg. ii, 11, 12. ⁷⁸ Dan. iii, 21 seqq. ⁷⁹ Dan. vi, 16 sqq. ⁸⁰ Jon. ii, 1. ⁸¹ Jos. ii, 1. ⁷⁶ Hebr. iv, 15.

(39) Insignem hoc loco deprehendimus (ut jam præmonui *Script. vet. t. X, præf. p. 23*) in Syriaco codice sycophantiam alicujus monophysitæ. Etenim cum priscus Procli interpretes scripsisset hic vocabulum CNUME, *personas*, cujus vocabuli vestigia adhuc visuntur in codice, monophysita Syrus, ut dixi, nescio quis, orthodoxo abraso vocabulo, substituit hæreticam dictionem CHIONE, *naturas*. Cumulatur hujus criminis veritas, quia in alio Syro Vat. codice, in quo hæc eadem Procli oratio

D legitur, deest hoc loco folium, detractum fortasse manu hominis heterodoxi, cui orthodoxa Procli locutio displicebat. Certe Proclum ab eo errore longe abuisse, tum cognita illius scripta satis demonstrant, tum disertius ejusdem alii loci, quos *Script. vet. t. VII, pp. 39, 134, 205*, nos protulimus. Mirum autem est quod hic Procli genuinus locus Græce superest, citante Ephraëmio Antiocheno, apud Photium cod. 229, p. 805: Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως φησιν ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ.

persona naturas adunaverit, unicus conflatur Filius; quamvis id hæretici irrideant, Judæi insanziam putent, ethnici animo aversentur. Haud semet a Patre separavit, et tamen inter homines versatus est⁷⁷; caro factus⁷⁸ sine mutatione; homo, nec tamen in duos divisus: totus in cælo, totusque in terra, et ubique, quia divisionem divina natura non patitur; passus est in eo quod assumpsit, impassibilis mansit in eo quod erat. Dicitur eum Filium, non tanquam deificatum per gratiam, etenim Verbum natura propria Deus est. Ipse est indivisibilis in propria natura, tanquam Patris Filius; sapientia est, uti rerum divinarum œconomus; potentia, ut universæ creaturæ conservator; veritas, ut verus Patris typus; imago, utpote Patri suo consubstantialis absque mutatione; lumen, uti sol animarum; vita, quia in ipso vivimus, movemur, et sumus⁷⁹; justitia, tanquam singulorum pro ratione operum remunerator; sanctitas, tanquam peccati abrogator; salus, utpote mundi per sanguinem suum redemptor; resurrectio, tanquam ejus, qui in sepulchro depositus fuerat, renovator.

IV. Pergin' vero dicere plura? Pergo enimvero, o Judæe, nec pudet, magnaue voce proclamo, quod venerandum œconomix mysterium, salutem vobis negotiatum sit. Aio Christum, quod ad se attinet, esse qui erat; quod ad me autem, eum esse qui factus est. Miracula uti Dens patravit, dolores uti homo sustinuit; mansit is qui erat, et tamen amore hominum ductus, homo factus est per formæ fermentum, quia reapse corpore de femina sumpto natus est⁸⁰. Idem porro et via est⁸¹, quia ducit ad Patrem; janua est⁸², quia intra paradisum recipit; pastor⁸³, quia eum qui deerraverat quærit; ovis⁸⁴, quia propter homines jugulatus est; agnus⁸⁵, quia mundi immunditiam purgat. Denique multifarium est œconomix mysterium;

A essentia autem est immutabilis. Summus est pontifex, prout in tempore factus fuit; Deus est, prout erat; matre caret, quatenus superior nobis est; patre autem caret, quatenus similis nobis est. Generatio ejus nunquam enarrabitur⁸⁶: superne est ineffabilis, inferne item inenarrabilis, ubique inexplicabilis. Corpus ejus animam intellectumque assumpsit; ut in cunctis similis nobis evaderet.

V. Ob hæc omnia, et quia insuper te servaverit, erubescere, o Judæe, necnon ob eos quos tui causa passus est cruciatus, denique etiam ob miracula. Quænam, ais, sunt hæc miracula? Imo, inquam, quænam vos, o Dei hostes, miracula habetis nostris potiora? Majusne sit miraculum, panem de cælo pluere, an Deum carne vestiri? Mare transeuntium gratia divisum, an virgo post partum incorrupta? Virga quæ petram fecit aquarum gurgitem, an crux quæ servatum orbem sanctificavit? Hæc te miracula pudore afficiant, eumque demum adora qui incarnatus est. Sed quænam sunt hæc quæ dico miracula? Generatio absque semine, conceptus sine virili commercio, virgo incorrupta facta mater, et adhuc deinceps virgo: stellæ cursus, angelorum laudatio, pastorum timor, oblatio munerum a magis, mare obediens, fuga spirituum, incensus in aquis, tempestatum sedatio, paralyticorum exultatio, lux cæcis reddita, dæmonum expulsio, mortui suscitati, creaturæ territæ, cæli mœstitia, sol obscuratus, petræ constractæ, templi discissio, destructio inferorum, sepulcrum vacuum inventum, latronis conversio, suffixio chirographi, Synagogæ eversio, Ecclesiæ exaltatio, divinæ religionis propagatio, crucis adoratio. Cum ergo infidelitatis tuæ memineris, fateere cum Moyse: *Hic est Deus meus, hunc laudo*⁸⁷, cui sit gloria et honor per sæcula sæculorum. Amen.

IV.

EJUSDEM PROCLI SERMO DE NATIVITATE DOMINI

Græce amissus, sed in interpretatione Syriaca conservatus.

I. Jam tempus est ut Isaïæ prophetæ verba repetantur: *Lætentur cæli desuper, et nubes depluant justitiam, quia misertus est Dominus populi sui*⁸⁸. *Lætentur cæli desuper*, quia cum ipsi ab initio crearentur, Adam pariter a Creatore de virgine terra formatus fuit, Deique amicus et familiaris apparuit. *Lætentur cæli desuper*, quia nunc per Domini nostri in carne dispensationem sanctificata

D terra est, atque humanum genus de idololatriæ sacrificiis liberatum fuit. *Nubes autem depluant justitiam*, quia hodie Evæ error ablatus fuit et condonatus per Virginis Mariæ puritatem, perque Deum simul et hominem ex ipsa natum. Hodie Adam, post veterem damnationem, ex horrenda illa mortis sententia liberatus fuit; fraudis autem auctor (40) Deum enim nemo vidit unquam, quem-

⁷⁷ Baruch III, 38. ⁷⁸ Joan. I, 14. ⁷⁹ Act. XVII, 28. ⁸⁰ Luc. II, 7. ⁸¹ Joan. XIV, 6. ⁸² Joan. X, 9. ⁸³ ibid. 14. ⁸⁴ Isa. LV, 7. ⁸⁵ Joan. I, 29. ⁸⁶ Isa. LIII, 8. ⁸⁷ Exod. XV, 2. ⁸⁸ Isa. XLV, 8.

(Sermone dicto in Quadragesima, sive initio jejunii quadragesimalis): Ἡ θεία φύσις ἀκτίματος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἀνόθεντος· καὶ ἔστιν εἰς Ἰδὲς, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διατρουμένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν

ὀπόστασιν ἐνωσάσης. Imo idem locus est in opere Leontii apud me *Spicil.* t. IX, p. 35. Non unum igitur habemus de genuina hac homilia testimonium.

(40) Hic unum saltem folium ex codice excidit.

admodum ipse dixit : *Nemo vidit faciem meam, et vixit* ⁹⁰. Natus est igitur ex Virgine Christus, a qua carnem per œconomiae rationem sumpsit, ut ipsi est libitum : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* ⁹¹; atque idcirco Virgo Dei mater evasit. Quomodo virgo post partum manserit verbis explicari nequit, neque item nativitas ejus, propter incomprehensibile divini Verbi erga suam visibilem humanitatem mysterium. Nam secundum suam carnis dispensationem divinum Verbum visibile est; invisibile autem, quia manens quod erat, factum est quod non fuerat. Idem passibile est, et impassibile (41); passibile quidem in eo quod cernitur, impassibile vero, quatenus ejus divinitatem de eadem Patris substantia esse cognoscimus. Porro est de substantia nostra, quia eadem humanitate præditum, præter peccatum. Jam vero Virgo, mater est, quia Verbum incarnatum sine semine edidit; sic tamen ut virginitatem retineat, propter mirabilem illius, qui sic voluit nativitatem. Ipsa mater est secundum substantiam naturæ humanæ divini Verbi, quod in ipsa incarnatum est, et apparuit, atque unitum est, juxta sapientiam ac voluntatem ejus, qui prodigia operatur. *Ex ipsius Christus in carne, ut ait Paulus beatus* ⁹¹.

II. Cave enim putes, eum qui natus est, simplicem esse hominem, vel tantummodo esse Deum. Nam si Christus tantummodo homo esset, qui fieri poterat, ut sancta Virgo, post partum etiam virgo maneret? Igitur dicamus hinc confieri, Christum in duabus naturis subsistere divinitatis atque humanitatis, unum esse Jesum Christum, unicum Filium Dominum Jesum Christum. Etenim duarum naturarum unio, in unica filiatione peracta est, unio fuit non confusio, unio non immutatio, unio, inquam, non permistio: nam manens quod erat, factus quod non fuerat. Etenim ipse fuit, qualis nunc est, qualisque erit et permanebit; homo tamen nostri gratia factus est; amator hominis factus est homo, id quod antea non erat; sed homo factus est, Deus simul manens absque ulla immutatione. Factus est igitur similis mihi propter me, factus est quod non erat, retinens tamen id quod fuerat. Denique factus est homo, ut proprias efficiens passionibus nostras, idoneos nos adoptioni in filios reddat, concedatque illud regnum, cujus utinam nos dignos efficiat gratia et misericordia Domini Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria est, honor, et potestas nunc et omni tempore et per sæcula sæculorum. Amen.

V.

EJUSDEM PROCLI DE SANCTO CLEMENTE MARTYRE SERMO (42).

Græce amissus, sed apud Syros superstes.

I. Duplex, fratres mei, festam hodierna die agitur ob sacerdotis athletæ commemorationem; fuit enim sacerdos simul et martyr: ideoque duplicem fore curam necesse est illorum qui huic contexere panegyricam orationem volent; etenim inter sacerdotium atque martyrium laudes oratorem partiri opus erit. Atqui difficile mihi videtur utramque rem verbis dignis exæquare, cum singulæ verborum modulum eximie superent. Sed enim sancti homines nihil a nobis præter studiosam voluntatem postulant, non ut ipsorum meritis celebrandis pares simus: quippe qui sine ullo verborum meorum admîniculo, suis tantum certaminibus coronam obtinuerunt. Quidnam igitur satis mirabimur in beato martyre ac sacerdote Clemente? Num ejus in sacerdotio puritatem, an inclytum martyrii certamen? ejus erga pauperes misericordiam, an quas fundebat pro peccatoribus lacrymas? ejus pro Ecclesia sollicitudines, an contra errores strenuitatem? singularem ejus mansuetudinem, an tempore omni

fiduciam? verborum facundiam, an continuam operum executionem? Mentis cum Deo conjunctionem, an corporis a puero virginitatem? Sacrorum librorum scientiam, an divinarum minarum prædicationem? ejus ultra temporarias res elationem, an in utroque rerum ordine felicitatem? Miremurne illum magis, tanquam patriæ suæ decus, an illius testem qui orbem tuetur? tanquam florem Galatarum, an ut vas ministerii angelorum? Utrum ut sal Christianæ pietatis, an ut adversus ethnicos gladium? Lumenne mundi, an Judaicæ sectæ persecutorem? Trinitatis prædicatorem, an tubam æqualitatis quæ in ejusdem Trinitatis essentia est? Dicamne hæresum dissipatorem, an Ecclesiæ congregatorem?

II. His quippe dotibus cunctis, quas etiam Paulus tanquam virtutis subsidia episcopique imaginem pinxit, sanctus hic Clemens præditus erat: quatenus enim sacerdos Deum hominibus conciliabat, quatenus martyr bellum pro iisdem contra er-

⁹⁰ Exod. xxxiii, 20. ⁹¹ Joan. i, 14. ⁹² Rom. ix, 5.

(41) Hunc locum ex Procli nominatim sermone et; *κα Θεοφάνια, De nativitate Domini*, citat Ephræmius apud Phot. cod. 229, p. 828 (quæ res veritatem inventi nostri luculenter demonstrat), his verbis: *Ἐνα Ἰδὼν ἑὸ φῶσεω, παθητῆς τε καὶ ἀπαθοῦς.*

(42) Agitur non de Clemente papa Romano, sed

de Clemente episcopo Ancyrae in Galatia, qui celebre martyrium fecit sub Diocletiano an. 235. De hoc martyre Ancyrano Baronius in Martyrol. die 23 Januar, et copiose Surius, Bollandiani, ac Menæa Græca.

rores gerebat. O anima, quæ per duos hos honoratissimos veluti fratres, sacerdotium atque martyrium, purificata es! Quid enim est martyr? pro cruce victor per sanguinem; puginator pro dogmate resurrectionis post triduum peractæ; fervidus pro fide athleta; quia Dei timor vocem ejus adigebat, violentam, inquam, pro mysteriorum veritate vocem. Turris fuit alte fundata, quæ minime decidit, fidelis rei mandatæ exsecutor, corporis sui consummator, errorum messor, vitæ nuntius his qui vitam implorant, planta laboribus irrigata, arbor quæ cæsa fructum germinat, patiens athleta, vulnera non exhorrens. Illic ignominiam hosti intulit, seque virum omni laude majorem præbuit; hic morte sua paradysum sibi præripuit. Medicus fuit virtutis remediorum conscius, negotiator qui suo sanguine cœleste regnum comparavit, gladius rutilans contra inimicum, crudelitatem plagarum non renuens a dæmonibus perpeti, fanorum terror laudabilis, idolorum molendinum, sedulus sacrificiorum purgator, sacrorum cœtum lux inextincta, sapiens Ecclesiæ architectus, abditus altaris thesaurus; atque, ut uno verbo dicam, vera stabilisque virtutis columna. Talis est martyr.

III. Quid vero sacerdos est? lux Ecclesiæ, fons in civitate, sedis ecclesiasticæ sol, altaris corona, mœrentium portus, luna discurrens, justitiæ regula, virginitatis imago, exemplar mansuetudinis, fidei argumentum, provisor pauperum, improborum hostis, gratuitus viduarum lugentium defensor, miserorum autem pupillorum imploratus tutor, iniquam vim retundens, rapinas impediens, alieni doloris particeps, pro aliis sponte sollicitus, fida adversus mortem salus, pauperum thesaurus, memoriale veluti ac liber sacræ Scripturæ, tonans fidei orthodoxæ lingua, populi monitor, rationalis hæresum laqueus. Prorsus nihil aliud sacerdos est, quam Deus quidam in orbe visibilis. Talis, inquam, fuit Dei sacerdos beatus Clemons. Sacerdos quidem major Aarone fuit, martyr autem Stephanus par.

IV. Quæ enim est comparatio ministerii sub lege, cum illo regnantis gratiæ? Nomina utique paria sunt, verum actus longe diversi. En illic, o Judæi, sacerdotium legis, hic autem incruentum ministerium; illic altare lapideum, hic suavis de conscientia pura procedens. Caput illius sacerdotii fuit Aaron, nobis holocaustum est Christus. Quantum inter famulum et herum, tantum prorsus inter duo sacerdotia interest. Aaron in eremo vitulum conflavit, Christus in cruce semet veluti ignominiam Patri obtulit; illic arca tabulas virgam urnamque continens, hic Virgo Verbum incarnatum concipiens et formidandi mysterii ministra; illic stola sacerdotalis, hyacintho, purpura, bysso, crocoque intexta, hic gratiæ tunica de aqua, spiritu, fideque baptismi composita; illic ephod cum gemmis, hic suave jugum et pondus leve; illic lami-

na cum signaculo, hic frontibus nostris impressa crux; illic aurea tiara, hic justitiæ unctio; illic tympana reboantia, hic laudantium linguæ; illic malorum splendor Punicorum, hic virtutum lumina; illic gemmæ duodecim rationale ornantes, hic duodecim evangelizantes apostoli; illic cruore et aqua cum hyssopo et lana coccinea aspergitur populus, hic baptismus aqua scilicet cum spiritu unctiois populum sanctificat; illic una in familia sacerdotium consistebat, hic potestas operibus impletur; sacerdotium illud tanquam fenum mane præterit, nostrum autem ceu luna in æternum manebit.

V. Ne nimium gloriare sacrificiis, o Hebræe; umbra erant, ideoque disparuerunt. Cur mihi sacrificiorum multitudinem enumeras, qui Abrahæ fidem [contemnis? Convertite cogitationem tuam ad rei initium, ut inscitiam tuam recognoscas. Nam sacrificia quidem perficit sacerdotium; stirps vero ad sacerdotium provehit; stirpis origo Abraham, verumtamen Abrahæ non stirps, sed fides, laudata fuit. Cur ergo cum fide careas, indictis a lege sacrificiis contentus es? Si tu quidem filius es Abrahæ, cur eum crucifixisti, cujus Abraham figura fuit? Illic juvenes comitantur, hic angeli laudant; illic mons excelsus, hic lancea; illic ignea flamma, hic Judæus exclamans; illic angelus cœlitus vocat, hic sol in cœlo tristatur; illic aries pro liberato primogenito immolatur, hic templum dissolvitur, Verbumque æternam redemptionem peragit. Videat ut umbra in rem veram transit?

VI. Cæterum maligni homines contradicendi voluntate non carent. Jam impudenter Judæus responsum concinnavit hujusmodi: Cur vos, inquit, nobis illuditis, qui majore quam vos gloria ornatur? Res quidem nostræ commendabiles, vestræ contra detestabiles sunt. Propter nos aquæ in sanguinem versæ sunt. Propter nos panis de cœlo pluit; propter nos mare divisum fuit; propter nos denique virga floruit. Porro nihil hujusmodi apud vos est: vobis antrum, præsepe, panniculi sunt, quæ sunt extremæ necessitatis atque ignobilitatis indicia. O Judaicam impudentiam! Tu passionem memoras, et prodigia retices? Paupertatem irrides, nec gloriam prædicas? Jesum de Maria ortum affirmas, eumque priorem esse Maria dissimulas? Vociferaris filium esse Mariæ quod ad carnem attingit, creatorem autem illius esse, quatenus Deus est, non profiteris? Antrum appellas, et astrum non respicis? Clamitas eum in præsepe positum, cantus angelicos silentio premis? Panniculos vituperas, magorum adorationem non commemoras?

VII. Ego, o Judæe, unum Filium profiteor; credo increatam Trinitatem, nec Filii unitatem confusione aliqua aut permistione conflatum judico. Idem Deus homoque est; quatenus Deus, miracula operabatur; quatenus homo, passionem perpetiebatur. Undenam hoc? Audi, o Judæe, Isaiam prophetam utramque rem prædicantem²²: *Parvulus natus est*

²² Isa. IX, 6.

nobis (43); hic illius dispensationem in carne narrat. *Filius datus est nobis*; nunc de ejus æterna natura loquitur. Dic jam aliquid, o propheta, de duarum naturarum unione, deque unica Filii persona. *Et facta est potestas illius super humerum ipsius*; ipsius, inquam, non ipsorum. *Et vocabitur nomen ejus Angelus magni consilii*; unius, inquam,

(43) Ex Procli sermone deperdito in hæc Isaiaæ verba, Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν,

A non duorum. Postremo dic, o propheta, quis hic qui advenit, homone an Deus incarnatus? Deus est, qui hominis gratia corpus est factus: *Vocabitur enim nomen ejus Angelus magni consilii, Deus, fortis, dominator, princeps pacis, pater futuri sæculi*; per quem et cum quo gloria sit Patri, nunc et in omne tempus, et sæcula. Amen.

citatur fragmentum ex concil. Chalced. et ex Anastasii *Hodego* apud Galland. *Bib. PP.* t. IX, p. 703.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ

EJUSDEM S. PROCLI

TRACTATUS DE TRADITIONE DIVINÆ MISSÆ.

Interprete Vincentio Riccardo, cler. regul.

Πολλοὶ μὲν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοῦς ἱερούς ἀποστολοῦς διαδεξαμένων θειοὶ ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν. Ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι καὶ διαπρύσιοι τυγχάνουσιν· ὁ τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητῆς καὶ διάδοχος, αὐτῶ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων· καὶ ὁ θεὸς Ἰάκωβος, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν Ἐκκλησίας τὸν κληρὸν λαχὼν, καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ πρῶτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατασταθείς. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος μετὰ ταῦτα τὸ βῆθμον καὶ κατωφερὲς τῶν ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς λειτουργίας μῆκος ὀκνοῦντων, ταύτην οὐ περιττὴν καὶ μακρὰν εἶναι νομίζων, ἀλλὰ τὸ τῶν συνευχομένων τε καὶ ἀκρωμένων βῆθμον διὰ τὸ πολὺ τοῦ χρόνου παρανάλωμα ἐκκόπτων, ἐπιτομώτερον παρέδωκε λέγεσθαι· μετὰ τὴν εἰς οὐρανὸς ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οἱ ἀπόστολοι, πρὸ τοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρῆναι, ὁμοθυμαδὸν εὐρισκόμενοι, εἰς προσευχὰς πανημερίους ἐτρέποντο, καὶ τὴν τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος μυστικὴν ἱερωργίαν παραμύθιον εὐρηκότες, διεξοδικώτατα αὐτὴν ἤδον· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ διδάσκειν πάντων προὔργιατερον ἠγοῦντο. Πολλῶ δὲ μετὰ εὐφροσύνης καὶ πλείστης χαρᾶς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ τοιαύτῃ θεῖᾳ τελετῇ, ἀεὶ τοῦ Κυριακοῦ μεμνημένοι λόγου, *Τοῦτο ἐστὶ τὸ σῶμά μου, λέγοντος· καὶ, Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ, Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἶμα ἐν ἐμοὶ μένει, καὶ γὰρ ἐν αὐτῷ.* Διὸ καὶ πνεύματι παντετριμμένῃ πολλὰς εὐχὰς ἐμελ-

B Multi quidem et alii divinæ Ecclesiæ pastores et doctores, qui sacris successerunt apostolis, sacrosanctæ missæ editionem scriptis demandantes tradiderunt Ecclesiæ. Quorum primi, iique præclarissimi censentur: beatus nimirum Clemens summi illius apostolorum principis discipulus et successor, qui sacris apostolis ei dictantibus, illam edidit; et divus Jacobus, qui Hierosolymitanam Ecclesiam nactus est in sortem, ejusque primus a primo magnoque illo summo pontifice Christo Deo nostro fuit constitutus episcopus. Tum inde magnus Basilius hominum socordiam et in deterius prolapsionem conspicatus, ac proinde longinquitate productæ missæ pertæsus: non quod ipse supervacaneum quidquam vel nimis longius productum in ea fore arbitraretur; sed ut pariter tum simul orantium, tum audientium ignaviam ex longo illo temporis intervallo præcideret, breviorē recitandam tradidit. Salvatore nostro in cælos assumpto, apostoli antequam per omnem terrarum orbem dispergerentur, conspirantibus animis convenientes, ad integram orandum diem convertebantur; et cum multam consolationem in mystico illo Dominici corporis sacrificio positam reperissent, fusissime longoque verborum ambitu missam decantabant: id enim pariter ac docendi institutum, cæteris rebus omnibus tanquam præstantius anteponendum existimabant. Maxima sane cum alacritate plurimoque gaudio huic divino sacrificio tempus insumentes instabant impense; jugiter memores illorum verborum Domini dicentis: *Hoc est corpus meum* 11. Et: *Hoc facite in meam commemorationem* 12. Et: *Qui man-*

11 Luc. xii, 19. 12 1 Cor. xi, 24.

ducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo 99. Quocirca et contrito spiritu multas preces decantabant, impense divinum implorantes Numen. Quin etiam eos qui ex Judæis ac gentibus recenter baptizati erant, his gratiæ mysteriis assuefaciebant: et ea quæ ante gratiæ tempus erant, utpotè quæ gratiæ forent umbra, relinquere docentes, pie religioseque instituebant. Ejusmodi itaque precibus Spiritus sancti accessum præstolabantur, ut divina ejus præsentia propositum in sacrificium panem et vinum permistum aqua, ipsum illud corpus, ipsumque sanguinem Salvatoris nostri Jesu Christi palam faciat, consecraturumque demonstret. Qui plane religiosus ritus huc usque servatur, et ad finem usque sæculi servabitur. Ac posteri fidei firmitatem fervoremque abjicientes, negotiis hujusce sæculi et mundi curis mancipati, longinquitate productæ missæ, ut superius dixeram, pertæsi, vix ad divinam audiendam recitationem Dominicorum conveniebant verborum. Quamobrem et divus Basilius medica quadam ratione usus, brevioram eam concisiorumque reddidit. Hauffi vero multo post Pater ille noster, aurea præditus lingua Joannes, de ovium salute, ut pastorem decet, strenua cura sollicitus, naturæ humanæ socordiam ignaviamque respiciens, fibras omnes ac radices satanici prætextus hujus prorsus voluit evellere. Et idcirco multa præcidit, et concisiori pressiorique oratione sacrum consciendum statuit, ne sensim homines qui libertatem quamdam et inertiam quam maxime complectantur, fallacibus adversarii rationibus decepti, ab ejusmodi apostolica hæc et divina absterriti traditione, eam omitterent; quemadmodum hoc ipsum multis, variis sæpe in locis accidisse, ad hunc usque diem deprehendimus.

99 Joan. vi, 57.

EPISTOLÆ SANCTI PROCLI

ARCHIEPISCOPI CP.

ET VARIORUM AD IPSUM ET ALIOS,

(44) EPISTOLA I,

Ex libellis porrectis a presbyteris et diaconis, qui transmissi sunt ab episcopis et clericis et monachis, et cæteris Magnæ Armeniæ et Persidis et aliis gentibus.

Proclo sanctissimo episcopo Constantinopolitanæ civitatis.

Fuit aliquis, pestifer (45) homo, magis autem **C** habuit, in angulo et ignobili loco orbis terrarum fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema et nomen episcopi latitans, in Mopsuesteno secundæ Ciliciæ vili opido, vere quidem et principaliter a Paulo Samo-

(44) Exstat in collat. 5 concilii Constantinopolitani II, œcumenici V. — Collect. Ven. Labb. tom. VI, pag. 76, cum subsequentibus notis Baluzii.

(45) Pestifer. Veteres libri, pestis. Ita etiam in

epistola tertia Pelagii II *Ad episcopos Istriæ*. Mor vero iidem libri, *fera hominis, habens*. Sic etiam in codice epistolarum ejusdem Pelagii II.

sateno descendens, licet Photino et cæteris hæresiar-
 chis in libro *De incarnatione Domini nostri
 Jesu Christi*, in toto suo proposito ipsis verbis in-
 veniatur usus, et si quid pejus. Iste per machinationem
 et audaciam et errorem diaboli, volebat omnes
 homines acuta sua, sicut colubri (46), lingua,
 et veneno quod sub lingua aspidis est, deperire. Et
 interim quidem retinebatur suo latibulo, timens
 potestatem eorum qui a magno Deo et Salvatore
 nostro Jesu Christo acceperant calcare supra colu-
 bros et scorpiones⁴⁶, et omnes vires inimici: dico
 autem sanctos apostolos, et qui consequenter ab
 his susceperunt, martyres et confessores et episco-
 pos, et cæteros sanctos. Invenio autem, nescio
 quomodo, tempore, cœpit reperire et extra fines suos,
 fiduciam gerens, et in parœcia (47) ad eum non
 pertinente, tanquam eruditus sermocinator, et in
 Antiochia Syriæ in ecclesia alloquens, sic dixit:
 « Homo Jesus. *Quid est enim homo, quod memor
 es ejus* »? Apostolus autem (48) de Jesu dictum
 fuisse hoc dixit: *Eum enim qui paulo minus ab an-
 gelis minoratus est, videmus, inquit*⁴⁸, *Jesum*. Quid
 ergo? Homo Jesus (49) similiter omnibus homini-
 bus, nullam habens differentiam ad homines ejus-
 dem generis præter ea quæ gratia ei dedit: gratia
 autem data naturam non immutat. Sed post mortis
 destructionem *donavit ei Deus nomen super omne
 nomen*⁴⁹. Qui donavit, Deus est: cui donavit,
 homo Jesus Christus, primitiæ resurgentium; *est
 enim primogenitus ex mortuis*⁵⁰. Ascendit ergo et
 ad dexteram Patris sedet, et est supra omnia. O
 gratia, quæ super omnia data est Jesu! O gratia,
 quæ superavit omnium naturam! Qui est
 ejusdem mihi naturæ, super cœlum demonstratus
 est, in dextera Patris sedet, et dico ad eum: Non
 una natura mea et tua? et tu quidem in cœlo, ego
 autem in passionibus (50): et tu quidem supra
 omnem principatum et potestatem, ego autem in
 cœno. Sed audiam ad ea, quod bene complacuit in
 me Patri. *Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit:
 Quare sic me fecisti*⁵¹? Nihil habeo ad hoc quod di-
 cam; sed mei fratres, qui ejusdem mihi matris
 filii sunt, dicunt mihi: Ne disjungas hominem et
 Deum, sed unum eundemque dic hominem. Dico
 connaturalem mihi, dico Deum. Si dixerò connat-
 uralem Deo, dico: Quomodo homo et Deus unum?
 Nunquid una natura hominis et Dei, domini et
 servi, factoris et facturæ? Homo homini consub-

stantialis, Deus autem Deo consubstantialis. Quo-
 modo ergo Deus et homo unum per unitatem esse
 possunt? Salvans, et qui salvatur? qui ante sæcula,
 et qui ex Maria apparuit? Sed vehementer doleo,
 quia mei fratres hæc mihi dicunt, ut loquar in Ec-
 clesia, quæ non est possibile dicere bene sapientes. »
 Hæc (51) ab impio Theodoro dicta posuerunt, et
 inferunt sic: Non qualemcumque autem tumultum
 ex impiissimis suis verbis Ecclesiæ movens, cog-
 nitus est huc atque illuc a rectitudine dogmatum de-
 clinans. Nec enim recta via ejus, qui perversus est.
 Unde multi clericorum fiduciam (52) habuerunt
 eum convincentes; et miserum autem Nestorium
 moveri, et lædioso quæ ab eo dicta sunt, susce-
 pisse; et alia multa perturbatio a populo facta est
 ex dissonantibus Christianorum Ecclesiæ verbis
 ejus, sicut continet epistola Joannis Antiochiæ *ad
 Nestorium*. Multo autem tempore scilicet perseve-
 rans Theodorus, persuasit multis et Nestorio, quod
 Christus Filius Dei vivi, qui de sancta Virgine Maria
 natus est, non est qui ex Patre natus est Deus
 Verbum, consubstantialis Genitori; sed homo pro
 quantitate suæ voluntatis ex Deo Verbo cooperatio-
 nem suscipiens, et non prius meritis conjunctio-
 nem Dei Verbi, antequam immaculatus fieret, ut
 particeps fiat immaculationis, solius nominis filia-
 tionis et dominationis. « Quomodo enim, inquit,
 homo et Deus unum (53) per unitatem esse potest?
 qui salvat et qui salvatur? qui ante sæcula, et qui
 ex Maria apparuit? dominus et servus, factor et
 factura? » Ita et talia (54) ipse Christi impugnator
 Theodorus ausus est dicere, et in suis conscriptis
 inseri fecit, fingens quasi contradicere Ario et Eu-
 nomio et Apollinari, et non penitus Deo Verbo de
 substantia Dei Patris genito dans, aut secundum
 carnem de sancta Virgine Maria nativitatem, aut
 aliud aliquid de incarnatione et humanatione; sed
 Jesu Christo, qui et unctus est et participatur ho-
 norem, cujus particeps est propter ex Deo Verbo et
 consubstantiali Filio præparationem sibi factam, ut
 conversetur bene. Persuaso (55) autem impio Ne-
 storio una cum aliis, gaudebat jam diabolus, quod
 per filium suum Theodorum persuasit multis et
 Nestorio, errori servire. Non est autem contentus
 quorundam in locis Syriæ perditione, sed volebat
 multo amplius terram comprehendere. Contigit au-
 tem istam Ecclesiam viduam fieri, et nescimus ex
 quibus peccatis aut quomodo obtinuit episcopatum

⁴⁶ Luc. x, 19. ⁴⁷ Psal. viii, 5. ⁴⁸ Hebr. ii, 9. ⁴⁹ Philipp. ii, 9. ⁵⁰ Coloss. i, 18; Apoc. i, 5.
⁵¹ Isa. xlv, 9; Rom. ix, 20.

(46) *Colubri*. Veteres libri, *colubræ*. Sic etiam in epistola Pelagii.

(47) *Parœciæ*. Paris. liber, *parochiam ad eum non pertinentem*. Epistola Pelagii, *parœciam ad eum non pertinentem*.

(48) *Autem*. Vox hæc deest in libro Parisiensi.

(49) *Homo Jesus*. Paris., *homo est Jesus Christus*.

(50) *Et tu quidem... in passionibus*. Supplendus hic locus in codice Parisiensi, ita quo sic habetur.

Et tu quidem in cœlo, ego autem in terra. Et tu quidem in dextera Patris, ego autem in passionibus.

(51) *Hæc... inferunt sic*. Ista omittit Riccardus.

(52) *Fiduciam*. Veteres libri, *tunc fiduciam*.

(53) *Unum*. Deest hæc vox apud Riccardum: improvide; paulo enim ante repetitur.

(54) *Ita et talia*. Paris., *ista et alia*.

(55) *Persuaso*. Idem codex, *persuasit*.

Nestorius quorundam circumventionem, non habentium nec ex Deo accipientium gratiam : et potestate abutens (56), exultabat sua impietate superare auctorem suum Theodorum. Miseratus autem Deus Ecclesias, suscitavit multa (57) contra eum ; in quibus et humiles constituti, nihil prætermisimus usque ad mortem pro veritate certantes, sicuti et in nostris contra Theodorum et scripta ejus, libellis ad Alexandrinum religiosissimum episcopum Cyrillum diximus (58), et in his quæ ad vestram dicimus beatitudinem. Et petimus postquam isti præ-

lecti (59) fuerint, et illos perlegere, quatenus fiat unitas vestra contra Theodorum, et sacrilega capitula, et dogmata ejus et eorum qui similia sapiunt vel docent. Et sicut Domino placuit condemnari manifeste et nominatim in Epheso ab universali synodo sacrilegum Nestorium, si per vos etiam antea condemnatum sine nomine, sacrilegiorem in varia impietate Theodorum nominatim eodemnari, et eos qui secundum impiissimam ejus expositionem hactenus in Syria et Cilicia sapiunt et docent.

EPISTOLA II.

Procli episcopi Constantinopolitani ad Armenios, de fide (60).

Dei amantissimis ac religiosissimis episcopis et presbyteris et archimandritis, per universam Armeniam orthodoxæ sanctæ Ecclesiæ, Proclus in Domino gaudere.

I. Non mediocriter, fratres, animum rationemque nostram violento mœnore confudit ac sauciavit rumor novellorum ac fallacium zizaniorum, quæ nuper in vestra regione communis ille nostræ naturæ inimicus callide supereminavit. Solet enim tristium rumorintolerabili vulnere animum percutere, non dum ejusmodi exercitationibus assuetum ; tantoque acerbius ferit, telaque altius infigit, quanto periculum non in concreta corporis natura sistit, sed gliscente fama subtiliorem animi statum obsidet, sermone dispergens pretiosam illam fidei vestem aut discissam esse, aut prorsus deprædatione sublatam. Omnem etenim virtutem ii expellendam putant, in quibus rationis vis non fuerit culpa naturæ materialis obscurata : omne quoque vitium a prudentibus viris jure fugiendum censetur ; quippe cum ex adverso pugnet cum ipsa natura, eo ipso quod est contra naturam. Sicut enim id quod utile est eligentibus, necessario tuendum est : ita quod ejusmodi non est ac potius contrarium, aut præsens repellendum est, aut si metuitur, ne eveniat sollicitè præcavendum. Virtutis igitur multæ sunt species : hanc autem varie definiunt, sive gentiles qui errore ducuntur, et quorum discernendi subtilitatem ignoratio Divinitatis obscurat ; seu Christiani, qui fidei luce mentis oculos illuminatos habentes, solem justitiæ clarius per confessionem in-

(56) *Et pot. abut. Idem codex, ut potestate abutentes.*

(57) *Multa. Melius in Paris., multos.*

(58) *Diximus. Idem codex, diximus.*

(59) *Prælecti. Edit. Conc. Labb., perlecti : quod*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β

Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, πρὸς Ἀρμενίους, περὶ πίστεως.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ ἀρχιμανδρίταις τοῖς οὖσι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθοδόξου ἀγίας Ἐκκλησίας, Πρόκλος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Α'. Οὐ μετρίως, ἀδελφοί, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, καὶ ἔτρωςεν ἡ φήμῃ τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης ζεζανίων, ἅπερ ἐναγχος τῇ ὑμετέρᾳ πανούργως ἐπέσπειρε χώρα ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρὸς. Πλήττειν γὰρ ἀφορητῶς ἡ τῶν ἀπεικτῶν εἰσθεν ἀκοή τὴν μήπω προγυμνασθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχῆν· καὶ τοσαύτη πλῆον χαλεπώτερον τοξεύει, κατὰ βάθους εἰσωθούσα τὰ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον οὐ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἰσότητι παχύτητα, ἀλλὰ τὸν αἴθρον πολιορκεῖ ταῖς φήμαις, τὸ ἐντιμον τῆς πίστεως διαθρυλλοῦσα, ἢ ἐλεεινῶς διεβήθηται, ἢ παντελῶς σεσυληθαι ἱμάτιον. Πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ, περισπούδαστος ὑπάρχει τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης· πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ οὐκ ἀπεικῶτως τοῖς εὐφρονούσι κρίνεται, οἷα δὴ κατ' ἐναντιότητα πολεμοῦσα τῇ φύσει τῷ παρὰ φύσιν. Ὡσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἰρουμένοις ἀναγκαῖον· περιμάχητον, οὕτω τὸ μὴ τοιοῦτον, ἀλλὰ ἀντικείμενον, ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον, ἢ προσδοκώμενον τὸ μὴ συμβῆναι, φροντίδος οὐκ ἀλλότριον. Ἀρετῆς μὲν οὖν εἶδη πολλά· διαφορῶς δὲ ἐρίσαντο περὶ ταύτης οἱ τε ὑπὸ πλάνης ἀγχομένοι (61) Ἕλληνας, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτοῦμενοι· καὶ οἱ δὲ πῖστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι Χριστιανοί, καὶ πρὸς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τρυπῶς διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτεινίζειν δυνάμενοι.

Β'. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ὡσπερ ἐν σκότει προσπαλοντες, καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προλήψεως τὸν νοῦν, ἐπισφαλῶς ὀδεύουσι τοῖς λογισμοῖς, μόνην ἐν οἷς δογματίζουσι ψηλαφῶντες τὴν ρέουσαν καὶ ἄστατον τῶν ὀρωμένων· τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα, ἢ ἀμβλυώττοντες ὑπὸ χρόνου, ἢ πηρωθέντες ὑπὸ πλάνης ἀπώλεσαν. Καὶ φασὶν ἀρετῆς τέτταρα εἶδη εἶναι, δικαιοσύνην φημί, καὶ εὐφρόνους ἡμῶν.

(60) *Exstat in edit. Conc. Ven. Labb. tom. III, pag. 1737 seqq.*

(61) *Fortè, ἀγχομένοι.*

νησιν, σωφροσύνην τε καὶ ἀνδρείαν· ἄπερ εἶκαλ Α καλὰ δοκεῖ τυγχάνειν, χθαμαλά τε ἔρειπε, καὶ περὶ γῆν νήχεται, καὶ κατώτερα τῆς τοῦ οὐρανοῦ τυγχάνει ἀψίδος. Ἄνδριαν γὰρ φήσαντες τὴν πρὸς τὴν ὕλην πάλην, καὶ σωφροσύνην τὸ κατὰ τῶν παθῶν κράτος, καὶ φρόνησιν τὴν ἐν ταῖς πολιτείαις ἀριστοκράτειαν, καὶ δικαιοσύνην τὴν ἀρίστην τοῦ Ἰσοῦ μερίδα· τῷ βίω, ὡς γε ἐνόμισαν, τάξιν ἐνομοθέτησαν, χαλινώσαντες τῷ Ἰσοῦ τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν. Ἰψήλῳ δὲ καὶ τῆς παρουσίας λέξεως (62) κρείττον, οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τι ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπωρωμένης καρδίας βιασάμενοι, τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν τοῖς ὀρωμένοις αὐτὴν περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλὸν τε καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίαις ἐφάμιλλον. isipientiam, quantum in ipsis fuit, virtuti vim afferentes, eam in his tantum quæ videntur, incluserunt, nihilque illi sublime et cœlesti conversationi persimile concesserunt.

Γ. Οἱ δὲ γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλ- Β μούς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητῆς καὶ διδάσκαλος ὁ μακάριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετὴν ὥρρισαντο τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπετεροῦσαν, καὶ τὰ περὶ γῆν ἐν τάξει πηδاليουχοῦσαν. Τοιγαροῦν αὐτὸς οὗτος ὁ ἐν πᾶσιν δοιδιμος πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησεν ἀρετῆς εἶδη· τρία δὲ ταῦτα ἐξαιρετὰ ἀνεδόθησε, πίστιν, ἐλπίδα καὶ ἀγάπην· ὧν ἡ μὲν πίστις χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἦδη καταμιγνύσα[σα] τὴν ἐτι φοροῦντα τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἰμάτιον. Ἄ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων δυνάμεων ἠγνόησε διὰ μέγεθος φύσιν, τοῦτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσι καὶ ἐπὶ γῆς κυλινομένοις ἀνθρώποις τὴν ἐπιστήμην χαρίζεται ἡ πίστις, προσάγουσα τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀσχηματιστῷ θρόνῳ, καὶ ἀκριβῆ τὴν ἑλλαμψὶν ἐνείεσα τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου φύσεως, C τῇ τε οἰκειᾷ ἀστραπῇ καὶ τὴν ἀγλὴν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἰ τι παχὺ καὶ νιφώδες τῶν τῆδε, τοῦ νοῦ ἀποστήσασα· ποιεῖ γὰρ τρανῶς ἐκεῖνα ὄρα ἃ τῷ μὴ φθάνεσθαι ὄραται, καὶ τῷ ἀπροσίτῳ καταλαμβάνεται. Ἡ δὲ ἐλπίς οὐκ ὄνειροπωλεῖν ἀξίως, ὡς ἂν τις εἴποι, ἀλλὰ γενναίως κρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι παρασκευάζει τὰ μέλλοντα· τῆς ἀναμφιδόλου πληροφορίας τὸ μήπω παρὸν τῷ χρόνῳ, ὡς ἐνεστὸς ἦδη τῷ λογισμῷ ἐγγερισκούς, καὶ σχεδὸν τὰ προσδοκώμενα ὑπ' ἑψὶν ἀγούσης. Ἰπερβάσα γὰρ ἡ ἐλπίς τὰ ἐμποδὸν κωλύματα, συνάπτει τὸ ποθοῦν πρὸς τὸ ἐριώμενον, τὸ παραρρέον τοῦ χρόνου τῇ τοῦ μέλλοντος σχέσει νικῶσα. Ἡ δὲ ἀγάπη τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον· αὐτὴ γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον ἐπὶ γῆς αἰεὶ παρόντα, ἐλθεῖν διὰ σαρκὸς ἐδυσώπησεν. Ἐκατέρα τοίνυν ἀλλήλαις συμβαίνει· ἡ μὲν γὰρ πίστις ἐσοπτρόν ἐστιν ἀγάπης· ἡ δὲ ἀγάπη βεβαίως οὐκ ὑπάρχει πίστεως. Πιστεύομεν ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ εὐσεβῶς πιστεύομεν· αὐτὴ γὰρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ κρηπίς· ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν τὸν δι' ἡμᾶς τὴν τοῦ βούλου μορφήν λαβόντα, καὶ μῆτε φύσεως τροπὴν ὑπομειναντα, μῆτε προσθήκην τῇ Τριάδι ἐργαστάμενον. Πᾶς τοίνυν Χριστιανὸς ὁ μὴ πλουτῶν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ,

serint. Aiunt enim quatuor esse species virtutis, id est, iustitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem : quæ licet bonæ atque honestæ esse videantur, humi tamen repunt et circa terram innatant, et longe inferiora sunt cœlesti fastigio. Cum enim fortitudinem dixerint quæ adversus materiam luctatur, ac temperantiam quæ vitia passionesque superat, et prudentiam quæ in gubernatione reipublicæ plurimum pollet, iustitiam præterea optimam illam æqualitatis distributionem : huic quidem vitæ, ut ipsi putabant, ordinem constituerunt, cum hac definitione illam in utramque partem excessus immoderantiam repressissent ; sed sublimius aliquid et præsentī vita præstantius neque cogitare, neque exprimere potuerunt ; sed per obscurati cordis insipientiam, quantum in ipsis fuit, virtuti vim afferentes, eam in his tantum quæ videntur, incluserunt, nihilque illi sublime et cœlesti conversationi persimile concesserunt.

III. Qui vero per fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum instructor ac magister est beatus Paulus, virtutem definierunt esse quæ nos ad Deum evehit, et ea quæ in terris sunt, ordinate moderantur. Itaque hic ipse vir in omnibus celebrandus, multas enumeravit species virtutis ; sed tria hæc præcipua prædicavit, fidem, spem, charitatem ; ex quibus fides, quæ super naturam sunt largitur hominibus, rebus intelligibilibus admiscens eum qui adhuc materiale indumentum gestat multis passionibus obnoxium. Nam quæ angelorum reliquarumque incorporarum virtutum natura propter excellentiam ignorat, eorum scientiam hominibus qui humi repunt et in terra volutantur, largitur fides ; cum ad regalem thronum, quem nullæ claudunt figuræ, perducatur, et illius principio carentis et increatæ naturæ clarum splendorem immittat, suoque fulgore non modo sensuum caliginem expellat, verum etiam quicquid hic crassum et nubilum est, a nostro intellectu discutiat ; facit enim ut ea clare conspiciat, quæ eo ipso quod ad ea pertingi non potest, conspiciuntur, et eo ipso quod sunt inaccessa, comprehenduntur. Spes autem efficit non ut belle somniamus, ut ita dicam, sed ut strenue in præsentibus futura teneamus ; cum firma illa certitudo id quod tempore nondum est præsens, cogitationi perinde ac si jam adesset, exhibeat, et quæ expectantur, pene sub aspectum perducatur. Spes enim objecta impedimenta transgrediens, desiderantem cum desiderato connectit, fluxamque temporis naturam futurarum rerum comprehensione superat. Charitas vero sanctæ religionis nostræ caput est. Hæc namque Deum Verbum cum præsens jugiter esset in terris, ad nos per carnem venire persuasit. Ambæ igitur inter se conveniunt ; nam fides speculum est charitatis, et charitas confirmatio fidei. Credimus Deum Verbum citra passionem incarnatum, et pie credimus ; hæc namque salutis nostræ fundamentum est : quin etiam diligimus eum qui propter nos formam servi suscepit, ita ut nec mu-

tationem ullam suæ naturæ subiret, neque Trinitati accessionem faceret. Omnis itaque Christianus qui non est fide et spe et charitate dives, id non est quod dicitur; atque etiamsi corpus suum in servitutum redigere videatur et ab animi passionibus esse liber, cum virtutem tantummodo moralem perfecit, victoriæ coronam haud consequetur: quippe qui ad illum per agnitionem divinitatis minime pervenerit, qui coronarum est distributor.

IV. Fides igitur quæ omnium, sicut prædixi, virtutum est caput, sincera servetur, nihil ex humanis ratiocinationibus adulteratum admittens, neque profanis vocum novitatibus inquinata, sed intra evangelicos et apostolicos terminos consistens: ita ut nemo præter eam aliquid audiat, per quam salvati sumus, et quam in baptisate linguæ ministerio scripsimus. Nam sublimitas fidei omnem audaciæ impetum conatumque repellit, non modo humanum, verum etiam ab incorporea natura sublimiter admotum. beato Paulo dicente: *Si nos aut angelus de caelo evangelizaverit vobis præter id quod acceperitis, anathema sit*². In ministrandi namque ordine locatus est angelus, non dogmata præscribendi; et periculosum sane est non in eo quemque ordine consistere in quo collocatus est, sed ea quæ supra naturam suam sunt aggredi. Itaque etiam si ausus naturæ suæ afferat auctoritatem, prædicationis novitas ne recipiatur.

V. Igitur quæ accepimus, vigilantissime servemus, delixam semper in fidei thesauro animi aciem habentes. Quid autem a Scripturis accepimus, nisi hoc prorsus, quod Deus verbo mundum condidit, et creaturam, quæ prius non erat, produxit; quod lege naturali rationale animal honestavit; quod ejus libero arbitrio mandatum dedit, indicans quid expediret, ut optima electione quod erat noxium vitaret; quod ille etiam voluntarius hominis ad deteriora motus, contumacem expulit a paradiso; quod præterea per Patres ac patriarchas, per legem et iudices et prophetas ille Formator naturam erudit ut peccata respuerct, iustis actionibus studeret; quod postremo cum volentibus nobis peccatum dominaretur, diabolus vero in pœnam delinquendi commune naturæ totius exitium exigeret, quippe cum lex naturalis obscurata esset, et scripta contemnerentur, et quamvis prophetæ monerent utpote homines quæ facienda essent, non tamen a vitio ac pernicie liberarent: tum denique Deus ipse figura carens, sine initio, incircumscribitus, et omnipotens Verbum adveniens incarnatum est: aderat enim illi posse cum vellet, et formam servi accipiens caro factum est, et natum ex Virgine, ubique volens ostendere vere se hominem factum: ipsam enim naturam necessariam et inæternam et habitum et passionem consequuntur. Neque enim dicit evangelista in hominem jam perfectum introisse, sed carnem factum esse, ad ipsa nostræ

Α οὐκ ἔστιν ὁ λέγεται· ἀλλ' εἰκαὶ δοκεῖ πολλάκις δουραγωγεῖν τὸ σῶμα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἐλευθεριάζειν. τὴν ἠθικὴν μόνην ἀρετὴν κατορθώσας, τῶν τῆς νίκης στεφάνων οὐκ ἀξιοῦται, οἷα δὴ πρὸς ἐκεῖνον τῇ θεολογίᾳ μὴ φθάσας τὸν βραβευτὴν ὄντα τῶν στεφάνων.

qui ad illum per agnitionem divinitatis minime per-

Δ'. Πίστις τοίνυν, καθὰ πρόφην, πασῶν τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσα κεφάλαιον, φυλαττέσθω ἀνθρώπος, μηδὲν κίβδηλον ἐπαγομένη ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων· μήτε μὴν βεβήλους κενοφωνίας (63) ἐπιθολομένη, ἀλλ' εἰσὼ τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν μένουσα ὄρων· μηδεὶς τολμῶντος παρεγγχεῖν τῇ B δι' ἧς ἐσώθημεν, καὶ ἦν ἐν τῷ βαπτίσματι τῇ γλώττῃ ἐχειρογραφῆσαμεν· ἀποπέμπεται γὰρ τὸ ὕψος τῆς πίστεως πᾶσαν ἔφοδον θράσους καὶ τόλμαν, οὐ μόνον ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ φύσεως ἀσάρκου κορυζομένην, τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος· Ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἀγγελος ἐξ οὐρανῶν εὐαγγελίσῃται ὑμᾶς παρ' ὁ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. Λειτουργεῖν γὰρ ἀγγελος ἐτάχθη, οὐ δογματίζειν· καὶ ἐπισφαλὲς τυγχάνει τὸ μὴ ἕκαστον ἐν οἷς ἐτάχθη ἐμμένειν, ἀλλ' ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ φύσιν· ὥστε εἰκαὶ τὸ τῆς φύσεως ὁ τολμῶν ἐπάγοιτο ἀξιοπίστον, ἀπαράδεκτον ἔστω ἡ καινοτομία τοῦ κηρύγματος.

Ε'. Φυλάξωμεν τοίνυν ἀνυστάκτως ἃ παρελάβομεν, ἀμετεώριστον αἰεὶ ἐπὶ τῷ θησαυρῷ τῆς πίστεως τὸ τῆς ψυχῆς διανοίγοντες ὄμμα. Τί δὴ ἐκ τῶν Γραφῶν παρελάβομεν, ἢ πάντως τοῦτο, ὅτι ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε λόγῳ τὴν κόσμον, καὶ παρήγαγεν οὐ πρότερον οὐσαν τὴν κτίσιν· ὅτι νόμῳ φυσικῷ τὸ λογικὸν ἐτίμησε ζῶον· ὅτι δέδωκεν ἐντολὴν τῷ αὐτεξουσίῳ, ὑπαδεικνύς τὸ συμφέρον, ἵνα φύγῃ τῇ καλλίστῃ αἰρέσει· τὸ βλέπτον· καὶ ὅτι ἡ θελοῦσιος πρὸς τὸ χεῖρον τοῦ ἀνθρώπου ὁρμὴ ἐξόριστον ἐποίησε τὸν ἀπειθῆ τοῦ παραδείσου· ὅτι διὰ Πατέρων, καὶ πατριάρχων, καὶ νόμου, καὶ κριτῶν, καὶ προφητῶν ἐπαίδευσεν ὁ Πλάστης τὴν φύσιν, καταφρονεῖν μὲν τοῦ ἀμαρτάνειν, φροντίζειν δὲ τοῦ δικαιοπραγεῖν· ὅτι τέλος ὡς ἐπικράτει βουλομένων ἡμῶν ἡ ἀμαρτία, ὁ δὲ διάβολος δίκην τοῦ πλημμελεῖν ἀπῆται τὴν τῆς φύσεως πανωλεθρίαν, οἷα δὴ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἀμαυρωθέντος, καὶ τοῦ γραπτοῦ φαυλισθέντος, καὶ τῶν προφητῶν ὡς ἀνθρώπων ὑπομνησάντων τοῦ πρακτέου, ἀλλ' οὐκ ἐξαρπασάντων τοῦ χείρονος· αὐτὸς ὁ Θεὸς ὁ ἀσχημάτιστος, καὶ ἀναρχος, καὶ ἀπερίγραπτος, καὶ παντοδύναμος Λόγος ἐλθὼν ἐσαρκώθη· τὸ γὰρ δυνατόν παρ' ἑαυτῷ βουλομένῳ. Καὶ λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἐτέχθη ἐκ Παρθένου, πανταχοῦ βουλούμενος δεῖξαι, ὅτι κατ' ἀλήθειαν γέγονεν ἀνθρώπος· ἀναγκαίως γὰρ τῇ φύσει παρίπονται αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ πάθη. Οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τέλειον ἄνθρωπον, ἀλλ'

² Galat. 1, 8.

(63) Κενοφωνίας. Καινοφωνίας.

ἐγένετο σὰρξ, ἐπ' αὐτὴν τὴν καταβολὴν τῆς φύσεως ἁ
φθάσας, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἀναδραμῶν.

Ὡσπερ γὰρ ὁ τικτόμενος κατὰ φύσιν ἄνθρωπος οὐκ
εὐθὺς τέλειος ταῖς ἐνεργείαις πρόκειται, ἀλλ' αὐτὴ ἡ
καταβολὴ τῆς φύσεως πρῶτον γίνεται σὰρξ, εἶτα τῷ
χρόνῳ καταμικρὸν προσλαμβάνει τὰς πρὸς ἀπαρτι-
σμὸν τῶν αἰσθήσεων τε καὶ ἐνεργειῶν συντελοῦσας
δυνάμεις· οὕτως ὁ Θεὸς Λόγος ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχὴν
καὶ ῥίξαν τῆς ἀνθρωπείας γενέσεως ἀναδραμῶν, πρῶ-
τον γέγονε σὰρξ, οὐ τραπεῖς εἰς σάρκα, μὴ γένοιτο·
μένει γὰρ ἡ θεότης ἀλλοιώσεως ἀνωτέρα· ἐπισπερ
τὸ τραπεῖον, παραρρέουσης φύσεως πάθος· τῆς δὲ
αἰδίου καὶ ἀει ὡσαύτως ἐχούσης τὸ ἀτρεπτον ἴδιον.

Γ'. Φαμέν οὖν ἐκατέραις κεχρημένοι ταῖς γραφικαῖς
φωναῖς, οἷ καὶ ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ δού-
λου μορφήν· καὶ ἐκάτερα εὐσεβῶς νοοῦμενα, σωτη-
ρίας ἡμῖν τυγχάνει σπέρματα. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ,
Ἐγένετο, τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἐνώσεως ὁ εὐαγ-
γελιστὴς ὑπαινίττεται. Ὡσπερ γὰρ ἡ μονὰς οὐκ ἂν
τριηθεῖ εἰς μονάδας δύο· ἡ γὰρ εἰς ταῦτα διαιρου-
μένη οὐκ ἂν εἴη μονὰς, ἀλλὰ δύο· οὕτω τὸ ἓν κατὰ
τὴν ἄκραν ἔνωσιν οὐκ ἂν διαιρεθῆι εἰς δύο· τὸ δὲ
Ἐλαβε, βῶξ τὸ ἀτρεπτον τῆς φύσεως. Ἐπειδὴ γὰρ
πᾶ τὸ γινόμενον ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται, ὡς ὁ οὐρα-
νὸς μὴ πρότερον ὢν· ἢ ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος ἀλλοιού-
σαι, ὡς τὸ Νειλῶν βεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετε-
βλήθη· ἐκάτερα δὲ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἀνάρμοστα·
οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη ὁ ἀεὶ ἀναρχος, οὔτε
ἐξ ὄντων ἐπάπη ὁ ἀναλλοίωτος Λόγος· διὰ τοῦτο δι'
ἐκατέρων καὶ τὸ ἀτρεπτον τῆς θεότητος, καὶ τὸ
ἀδιαίρετον τοῦ μυστηρίου, ἡ θεία ὑπεμφαίνουσα
Γραφή, τὸ, Ἐγένετο, εἶπε· καὶ τὸ, Ἐλαβεν, ἐκή-
ρυξεν, ἵνα διὰ μὲν τοῦ προτέρου τὸ ἐνικὸν τοῦ προσ-
ώπου παραστήσῃ, διὰ δὲ τοῦ ἐτέρου τὸ ἀναλλοιώτων
τῆς φύσεως ἐκκοήσῃ.

Ζ'. Ἐγένετο τοίνυν ὁ Θεὸς Λόγος, τελείως ἄνθρω-
πος, οὐ κολοβώσαντος τὴν ἀτρεπτον φύσιν τοῦ ὑπὲρ
ἐννοίαν θαύματος· ἀλλὰ πίπτει τὸ τοιοῦτο μεμαθήκα-
μεν, οὐκ ἐρεῖνῃ κατηλείψαμεν. Καὶ γενόμενος ἄν-
θρωπος σώζει τῷ ὁμοιοπαθεῖ τὸ κατὰ σάρκα ὁμόφυ-
λον γένος, ἐκτίσας μὲν τῆς ἀμαρτίας τὸ χρέος τῷ
ὑπὲρ πάντων ἀποθανεῖν ὡς ἄνθρωπος, καταργήσας
δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἐστι,
τὸν διάβολον, ὡς μισοπύνηρος Θεός. Τοῦτο νόμου τὸ
δυνατὸν (64) ὑπέδειξε διὰ τοῦ πληρώσαι πᾶσαν δι-
κασισύνην· καὶ τῇ φύσει τὴν προτέραν εὐγένειαν
ἀπέδωκεν, διὰ τοῦ τιμῆσαι τῷ ἐνανθρωπηῆσαι τὴν ἐκ
τῆς παρ' αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν φύσιν. Εἰς τοίνυν
ἐστὶν Υἱός (65). Τριάδα γὰρ ὁμοούσιον προσκυνοῦν-
τες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπιεσφύρομεν· ἀλλ'
ἐστὶν εἰς Υἱὸς ὁ ἀνάρχος ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, δι'
οὗ τοὺς αἰῶνας πιστεύομεν γεννηθῆσθαι· ὁ συν-

A naturæ primordia perveniens, et ad ipsa genera-
tionis initia recurrens. Sicut enim qui naturæ or-
dine gignitur homo, non statim perfectus ad ope-
randum prodit, sed ipsa naturæ initia primum caro
fiunt, deinde tempore progrediente paulatim vires
accipiunt quæ ad integritatem sensuum et opera-
tionum conferant : sic Deus Verbum ad ipsa initia
radicemque generationis humanæ recurrens, pri-
mum caro factum est, non quod in carnem sit ver-
sum, absit : manet namque divinitatis omni muta-
bilitate superior : mutatio enim, naturæ fluentis est
passio : sed perennis illius ac semper eodem se
habentis modo naturæ, incommutabilitas est pro-
pria.

VI. Fatemur igitur utrisque Scripturæ vocibus
B utentes, et carnem factum esse ¹, et servi formam
accepisse ², et utraq; pie intellectæ salutis nobis
sunt semina. Nam per id quod dixit, *Factum est*,
individuum summæ unionis vim evangelista subin-
dicat. Ut enim unitas dividi in duas unitates non
potest ; nam si dividatur, jam non erit unitas, sed
dualitas : sic quod per summam unionem est unum,
nunquam in duo dividetur. Porro verbum, *Ac-
cepit*, naturæ immobilitatem declarat. Nam quia
omne quod fit, aut ex non existente fit, ut cælum,
quod ante non erat ; aut ex aliquo exstante in aliud
convertitur, ut Nili fluenta ex aquis in sanguinem
sunt mutata ³ : neutrum tamen divinæ naturæ con-
gruit. Neque enim ex nullis exstantibus productus
est, qui nunquam initium habuit, neque ex aliqui-
bus exstantibus immutatum illud incommutabile Ver-
bum. Ideo divina Scriptura ut per utrumque ver-
bum et immutabilitatem deitatis et mysterii indivi-
duam unitatem indicaret, *Factum est*, dixit ; et ver-
bum *Accepit* pronuntiavit, ut priore verbo unitatem
C personæ commendaret, altero autem immutabilita-
tem naturæ prædicaret.

VII. Deus igitur Verbum factus est homo perfe-
ctus ; sed ita ut miraculum quod intelligentiam
superat, immutabilem naturam non imminuerit ;
sed id fide didicimus, non inquisitione comprehen-
dimus. Ac factus homo, cognato secundum car-
nem generi, per id quod erat similiter passibile, sa-
ludem tribuit ; cum peccati quidem debitum, tan-
quam homo pro omnibus mortuus, persolvisset :
D *destruxisset* autem tanquam execrator mali Deus,
illum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum :
et legem esse possibilem ostendit, omnem
implendo justitiam ; naturæque nostræ pristinam
nobilitatem restituit, in eo quod homo factus, na-
turam a se de terra formatam honoravit. Unus igitur
est Filius ; nam Trinitatem consubstantialiter
cum adoremus, quarto numero non adjicimus ; sed
unus est Filius sine initio de Patre natus, *per quem*

¹ Joan. 1, 14. ² Philipp. 11, 7. ³ Exod. vii, 20.

⁴ Hebr. 11, 14.

(64) Τοῦτο νόμου τὸ δυνατὸν. Leg. cum Riccardo :
τοῦ τε νόμου τὸ ἀδύνατον δυνατὸν ὑπέδ. et quod im-
possibile erat legi (Rom. viii, 3), possibile esse

ostendit.

(65) Υἱός. Addit Riccardo, εἰς Κύριος, unus Do-
minus : quod redundare videtur ex contextu.

æœ-la facta * esse credimus : ramus radici cœternus, ille ex Patre citra fluxum exortus, Verbum ex illa mente inseparabiliter (66) et procedens et manens ; nam etiamsi in terris visus est *, non tamen est a generante sejunctus. Hic voluit salvare quem formavit, et quidem salvavit, utrum inhabitans communem naturæ januam ; quem cum sua inhabitatione benedixisset, et generatione obsignasset, partu qui supra naturam fuit, ostendit se supra rationem fuisse hominem factum.

VIII. Ergo Deus Verbum non alter est Christus, et alter Deus : duos namque filios natura divina non novit. Ille solus unigenitum genuit : ubi enim non est conjunctio generantium, ibi dualitas generatorum non invenitur. *In nomine Jesu Christi omne genu flectitur, caelestium, terrestrium et infernorum* ¹⁰. Quod si alius est Christus præter Deum Verbum, necesse est purum hominem esse Christum, ut stupidi homines dicunt. Si autem purus homo est Christus, quomodo illum supra ejus naturæ conditionem cœlestia venerantur, et ad inferioris nomen genu flectunt ? quomodo etiam accepturi sumus prophetica oracula clamantia : *Deus noster in terris visus est, et cum hominibus conversatus* ¹¹ ? Nam visionem dicit hoc ipsum, quod est in carne manifestatum ; et conversationem appellat illam ipsam ad tempus cum hominibus commorationem, in qua ille minime invidus, ut omnipotentiam suam declararet, ostendit quod tanquam omnipotens, et id quod erat mansit propter se, et quod voluit, factus est propter nos.

IX. Quod si nonnullis occasionem scandali præbent fasciæ, et illa in præsepi reclinatio, et illud in tempore secundum carnem augmentum, et quod in navi dormierit, et ex itinere sit fatigatus, et esurierit in tempore, et quæcunque facto secundum veritatem homini conveniunt : noverint se dum passiones irrident, negare naturam ; dumque naturam negant, non credere dispensationem ; non credentes vero dispensationem, damnum facere salutis. Nam si ex quo conditus est mundus, quisquam in hanc vitam lapsus est, aliam præter hanc naturæ viam ingressus, id ostendant qui contentiose adversantur, et tunc demum sua deliramenta contexant. Sed si hæc sunt naturæ communis initia, et Deus Verbum revera factus est homo ; cur qui naturam confitentur, passiones irrident ? Alterum igitur ex duobus eligant : aut erubescerent de passionibus naturam negent, et cum Manichæis consentientes, inter impios censeantur : aut, si lucrum ex incarnatione proveniens admittunt, de passionibus non erubescant, quæ naturæ conveniunt. Miror autem hominum amentiam novum erroris iter ingredientium. Ego namque cum unum Filium esse sciam ac pie didicerim, unam incarnati Dei confiteor by-

A αἰδιος τῆ ρίζῃ κλάδος, ὁ ἀρεύστωσ ἐκ Πατρὸς ἐκλάμψας· ὁ ἀχωρίστωσ τοῦ νοῦ προῖων τε καὶ μένων Λόγος. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆσ ὤφθη, ἀλλὰ τοῦ γεννησάντωσ οὐκ ἐχωρίσθη. Οὗτωσ ἠθέλησε σῶσαι ὃν ἐπλασε, καὶ ἔσωσέ γε, μήτηραν οἰκήσασ τὴν κοινήν τῆσ φύστωσ πύλην· ἦν καὶ τῆ οἰκήσει εὐλογῆσασ, καὶ τῆ γεννήσει σφραγίσασ, ἔδειξε τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ, ἑαυτὸν ὑπὲρ λόγον ἐνανθρωπήσαστα.

B H'. Οὐκ ἄλλοσ ὦν ὁ Χριστὸσ, καὶ ἄλλοσ Θεὸσ, ὁ Θεὸσ Λόγοσ· δύο γὰρ υἱοὶσ ἡ θεία φύστωσ οὐκ οἶδεν. Ὁ μόνοσ Μονογενῆ ἐγέννησεν· ἔνθα γὰρ οὐκ ἔστω συζυγία τῶν τικτόντων, ἐκεἶ οὐκ εὐρίσκειται διὰσ τῶν τικτομένων. Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγελωσ, καὶ καταχθονίων. Εἰ δὲ ἄλλοσ ἔστω ὁ Χριστὸσ παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον, ἀναγκαίωσ ψιλὸσ ἄνθρωποσ ὁ Χριστὸσ, κατὰ τὸν τῶν ἐμπλήκτων λόγον. Εἰ δὲ ψιλὸσ ἄνθρωποσ ὁ Χριστὸσ, πῶσ τοῦ κατὰ φύσιν αὐτὸν προτιμᾶ τὰ οὐράνια, καὶ γουπετεῖ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἡττονοσ ; πῶσ δὲ ἂν δεξώμεθα τῆσ προφητικᾶσ φωνᾶσ βοώσασ· Ὁ Θεὸσ ἡμῶν ἐπὶ γῆσ ὤφθη, καὶ τοῖσ ἀθρώποισ σφραγίσσασ· Ὁπασίαν γὰρ φησὶ τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν· καὶ συναναστροφῆν ὀνομάζει τὴν ἐπὶ καιροῦ μετὰ ἀνθρώπων πολιτείαν, ἐν ἣ δημοσιεύων ὁ ἀφθονοσ τὸ παντοδύναμον ἔδειξεν, ὅτε ὡσ παντοκράτωρ, καὶ ὁ ἦν ἔμεινε δι' ἑαυτὸν, καὶ ὁ ἠθέλησε, γέγονε δι' ἡμᾶσ.

C Θ'. Εἰ δὲ τισὶ σκανδάλου παραίτια γίνεται τὰ σπάργανα, καὶ ἡ ἐν φάνη ἀνάγκησ, καὶ ἡ ἐν χρόνοισ κατὰ σάρκα αὐξήστωσ, καὶ τὸ καθευθεῖσασ ἐν πλοίῳ, καὶ τὸ κοπιᾶσαι ὁδοιπορήσαστα, καὶ τὸ πεινῆσαι ἐν καιρῷ, καὶ ὅσα τῷ κατὰ ἀλήθειαν γεγόνωσ συμβαίνει ἀνθρώπῳ· ἴστωσαν ὡσ κωμωδοῦντεσ τὰ πάθη, ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ἀρνούμενοι δὲ τὴν φύσιν, οὐ πιστεύουσι τῆ οἰκονομίᾳ· μὴ πιστεύοντεσ δὲ τῆ οἰκονομίᾳ, ζημιοῦνται τὴν σωτηρίαν. Εἰ μὲν γὰρ ἐξῶλισθησεν ἀπὸ γενέστωσ κόσμου εἰσ τὸν βίον ἄνθρωποσ, ἐτέραν παρὰ ταύτην φύστωσ βαδίσασ ὁδὸν, δεικνύτωσαν οἱ φιλόνηκοι, καὶ τότε τοὺσ οἰκείουσ ὑφαινέτωσαν λήρουσ. Εἰ δὲ αὐτῆ τῆσ κοινήσ φύστωσ ἡ ἀρχῆ, ὁ δὲ Θεὸσ Λόγοσ κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωποσ, τοῦ χάριν, συνομολογοῦντεσ τὴν φύσιν, σῴπτουσι τὰ πάθη ; θάτεροσ ὦν ἑκατέρων ἐπιλεξάσθωσαν· ἡ ἐπαισχυνόμενοι τὰ πάθη, ἀρνεῖσθωσαν τὴν φύσιν, καὶ τὰ Μανιχαίων φρονοῦντεσ τοῖσ ἀσεβέεσ συντετάχθωσαν· ἡ εἰ προσένται τὸ ἐκ τῆσ ἐνανθρωπήστωσ κέρδοσ, ἔμολογοῦντεσ τὴν φύσιν, μὴ αἰσχυνέσθωσαν τὰ τῆ φύστωσ συμβαίνοντα πάθη. Θαυμάζω δὲ καὶ τὴν φρενοβλάβειαν τῶν κενὰσ (67) ὁδοῦσ ἀπέτησ ἀνατεμνόντων. Ἐγὼ γὰρ ἕνα εἰδῶσ τε καὶ διαχθεῖσ εὐσεβῶσ Ἰῖδον, μίαν ὁμολογῶ τὴν τοῦ σαρκω-

* Hebr. 1, 2. * Baruch III, 38. ¹⁰ Philipp. II, 10.

¹¹ Baruch III, 38.

(66) Dionysius Exiguus ineffabiliter, legit ἀρρότ-
τως.

(67) Κενὰσ. Dionysius, καινὰσ.

θέντος Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν· ἐνός τε ὄντος τοῦ τε A
τὰ πάθη ὑπομείναντος, καὶ τοῦ τὰ θαύματα τελε-
σιουργήσαντος, τοῦ χάριν, τὰ θεϊότερα σιωπῶντες,
τὰ ἥττονα κωμωδοῦσιν; "Ἰνα γὰρ πιστώσεται ὅτι Θεὸς
ὢν καὶ Λόγος ὑπάρχων, καὶ μείνας ὁ ἦν, γέγονε σὰρξ,
καὶ βρέφος, καὶ ἄνθρωπος, μηδεμιᾶς τροπῆς τὸ μυ-
στήριον ὑβριζούσης, ὁ αὐτὸς καὶ θαυματουργεῖ, καὶ
πάσχει, διὰ μὲν τῶν σημείων τὸ εἶναι ὃ ἦν αἰνιττώ-
μενος, διὰ δὲ τῶν παθῶν τὸ γενέσθαι ὃ ἐμπλάσε πι-
στούμενος. "Ἐνα τοίνυν καὶ τὸν αὐτὸν ἀτίδως τε καὶ
ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν Υἱὸν, μηδὲν
ἐπεισάγοντες τῇ φύσει νόθον· οὐδὲν γὰρ περιττὸν ἐν
τῷ θρόνῳ.

Γ. Ἄλλὰ πάντως ἐκεῖνο τὸ πολυθρόλλητόν μοι
ἐροῦσι, πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέ- B
ρους. Εἰ ἡ Τριάς, φησιν, ὁμοούσιος, ἡ Τριάς ἀπα-
θής· ὁ δὲ Θεὸς Λόγος ἐν τῇ Τριάδι ὁράται· καὶ ὁ
Λόγος ἄρα ἀπαθής. Εἰ δὲ ὁ Θεὸς Λόγος ἀπαθής, εὐ-
ρεθήσεται ὁ σταυρωθεὶς ἕτερος παρὰ τὸν Θεὸν Λόγον
τὸν ἀπαθῆ. Οὕτως (68) ἰστέον ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ
ταῦτα λέγοντες, καὶ καθ' ὑδάτων γράφουσιν οἱ τὰ κενὰ
ταῦτα μελετώντες προβλήματα. *Φάσκοντες γὰρ εἶ-
ναι σοφοὶ ἐμωράθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνε-
τος αὐτῶν καρδία.* Δημῶν γὰρ ὀφθαλμοὶ ἡλίου
ἀκτίνας καθαρώς οὐ δέχεται, καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια
πίστεως οὐ προσίεται ὑψος. Τί τοίνυν φαμέν ἡμεῖς;
ἔτι κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος ἡ Τριάς ὁμοούσιός
ἐστι καὶ ἀπαθής. Οὐδὲ γὰρ φάσκοντες αὐτὸν πεπον-
θῆναι, τῷ λόγῳ τῆς θεότητος φαμέν αὐτὸν πεπονθέ-
ναι· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ θεία φύσις παντὸς πάθους· C
ἀλλ' ὁμολογοῦντες τὸν Θεὸν Λόγον τὸν ἕνα τῆς Τριά-
δος σσαρκῶσθαι, διδάμεν τὴν αἰτίαν τοῦ νοεῖν τοῖς
μετὰ πίστεως ἐρωτῶσι δι' ὃ ἐσαρκώθη. Ἐπειδὴ γὰρ
ἠθούλετο Θεὸς Λόγος καταργῆσαι τὰ πάθη, ὧν πέρας
ἦν ὁ θάνατος, προσίεσθαι δὲ πάλιν τὰ πάθη ἡ ἀνόλε-
θρος φύσις οὐχ οἷα τε ἦν· εἰ γὰρ πᾶν πάθος στάσις
ἐστὶ καὶ μάχη τῶν συνθέτων, περὶ δὲ τὸ ἄβυλον καὶ
μόνον οὐδεμίαν σύνθεσις· οὐκ ἄρα ἐκεῖ ἐφθανε πάθος,
ἐνθα οὐδὲ σύνθεσις τυγχάνει. Βουληθεὶς τοιγαροῦν τὰ
τυραννῶντα τὴν λογικὴν σάρκα πάθη καταργῆσαι,
καθὰ προέφημεν, ὧν ἀκρόπολις ὑπῆρχεν ὁ θάνατος,
σαρκούται ἐκ Παρθένου, ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς Λόγος, καὶ
σηματίζεται ὡς ἄνθρωπος· τοῦτο γὰρ ἠύδοκησε·
καὶ κενοὶ ἑαυτὸν ἐν δούλου μορφῇ, μηδεμίαν τῆς θεό-
τητος περιγραφὴν ὑπομείνας· καὶ οὕτω σώζει πᾶν τὸ
ἀνθρώπινον γένος, ἐν τῇ σαρκὶ μὲν αὐτοῦ καταργή-
σας τὰ πάθη, φυλάξας δὲ αὐτοῦ ἀπαθῆ τὴν θεό-
τητα.

universo hominum generi tribuit; in sua quidem
vans impassibilem.

ΙΑ'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελιζόμενος τὴν
τοῦ τεχθέντος αὐθεντίαν καὶ δύναμιν, ἐβόα πρὸς τὴν
Μαριάμ· *Αὐτὸς γὰρ, φησὶ, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ
ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν.* Λαὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη ἀν-

postasin (68). Itaque cum unus sit qui passiones
pertulit et qui miracula perfecit, cur diviniora re-
ticientes, humiliora per jocos irrident? Ut enim
fidem faceret, se, cum Deus esset, ac Verbum ex-
sisteret, permanendo quod erat, factum esse car-
nem, et infantem, et hominem, tanto sacramento
nulla mutatione violato; idem ipse perficiebat mi-
racula, et sustinebat passiones, per signa quidem
se mansisse quod erat significans, per passiones
autem id se factum esse quod formaverat, confir-
mans. Unum igitur et eundem Filium confitemur,
et sempiternum, et in novissimis temporibus in-
carnatum, divinæ naturæ nihil adulterinum adji-
cientes; nihil enim supervacuum est in illo throno.

X. Sed illud prorsus multorum sermone vulga-
tum dicent, et syllogismos aranearum telis infir-
miores texent: Si Trinitas est ejusdem essentiae,
profecto Trinitas est impassibilis; sed Deus Ver-
bum in Trinitate spectatur: Verbum igitur est im-
passibile. Quod si Deus Verbum est impassibile,
colligitur ergo crucifixum alium esse præter Deum
Verbum quod est impassibile. Vere telam aranearum
texunt ¹² qui hæc dicunt, et scribunt in aquis, qui
has inanes propositiones meditantur: *Dicentes enim
se esse sapientes, stulti facti sunt, et obscuratum est
insipiens cor eorum* ¹³. Nam lippus oculus solis ra-
dios non recipit, et mens infirma subtilitatem fidei
non admittit. Quid igitur nos ad ista dicimus? Ni-
mirum quod ad rationem attinet divinitatis, con-
substantialem et impassibilem esse Trinitatem;
neque enim cum Verbum dicimus passum fuisse,
ratione divinitatis passum dicimus: natura namque
divina nullam recipit passionem. Sed confluentes
Deum Verbum unam Trinitatis personam incarna-
tam, iis qui cum fide seiscitantur, causam afferim-
us intelligendi quare sit incarnatus. Nam quia
Deus Verbum passiones destruere volebat quarum
finis mors erat, et immortalis illa natura passiones
in se admittere non poterat: si enim omnis passio
compositarum rerum pugna est atque seditio, in
immateriali autem et singulari substantia nulla est
compositio: non igitur eo pertingit passio, ubi non
est compositio. Volens igitur, ut prædiximus, de-
struere passiones quæ rationalem carnem opprime-
bant, quarum summa arx erat interitus, incarnatur
ex Virgine, ut novit ipse Deus Verbum, et habitu
formatur ut homo ¹⁴: id enim ipsi placuit: et exinan-
it semetipsum in forma servi; nullam suæ deitatis
circumscriptionem admittens: et hoc modo salutem
carne passiones destruens, sed suam deitatem ser-

XI. Hanc ob causam cum Gabriel nascentis au-
toritatem ac potentiam annuntiaret, dixit ad Ma-
riam: *Ipse enim salvum faciet populum suum a pec-
catis eorum* ¹⁵. Populus autem non hominis, sed Dei

¹² Isa. LIX, 5 sec. LXX. ¹³ Rom. I, 21, 22. ¹⁴ Philipp. II, 7. ¹⁵ Matth. I, 21.

(68) Οὕτως. Ὅντως.

(69) Quod Cyrillus dicit, *Una naturæ Dei Verbi*

incarnata, et item Athanasius, hoc iste dicit, *Una hypostasis*.

est : neque mundum a peccatis liberare potest quisquis in banc vitam per corruptionem intraverit, et non habuerit expers culpæ nativitatis exordium. Sed necessario idem cum Deus et homo esset, non in duo divisus, sed unus permanens; per id quod ex muliere natus est, se hominem esse demonstravit; per id autem quod sine conjunctione natus et quod Matrem virginem servavit, quod Deus esset, declaratus est. Salvavit mundum Jesus Christus, ubi venit in terras, et cum hominibus conversatus est ¹⁶. Quod si Christus purus homo est, et non ipse Deus Verbum; quomodo in principio creavit omnia, qui tunc, ut ipsi dicunt, non erat? Nam si postremus in creaturis homo fuit, liquet, iis quæ ante illum fuerant, creationem largiri non potuisse Christum, quippe qui ut purus homo posterius productus fuit. Quomodo igitur Paulus ait : *Unus Dominus Jesus Christus per quem omnia* ¹⁷? Nam si per Christum omnia, liquet Christum Deum esse Verbum, evangelista testante : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt* ¹⁸. Si igitur evangelista dicit, omnia esse per Verbum facta, et hoc ipsum beatus Paulus interpretans ait, *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*, liquet Christum esse Deum Verbum.

XII. Quod si voces proferunt ex divinis Litteris, in quibus homo est appellatus, cum dicat Petrus : *Jesum a Nazareth, virum approbatum a Deo* ¹⁹; et Paulus asserat : *In viro in quo statuit, fidem præbens omnibus* ²⁰; et ipse Dominus de se fateatur : *Quid me quæritis interficere hominem* ²¹? noverint se aut per segnitium non assequi Scripturæ intelligentiam, aut per malitiam quæ bene scripta sunt, ad suam improbitatem pervertere. Nam et homo est revera Christus; sed hoc factus est, cum prius non esset nisi tantummodo Deus. Sicut enim Deus est non creatus, sic idem quoque homo est non imaginatione fictus; et quemadmodum Patri secundum divinitatem consubstantialis, sic idem ipse matri secundum carnem cognatus; ita ut ubique veritas mysterii præfulgeat, omnique deceptionis fraus renotata sit. Quod si Virgo non Deum genuit, nec magno digna erit illa inviolata miraculo : multæ siquidem et aliæ mulieres justos homines huic sæculo protulerunt. Si autem prophetarum voces mysterium adeo ineffabile præcinentes clamant : *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium; et vocabunt nomen ejus Emmanuel* ²²; quod interpretatus est Gabriel, dicens, *Nobiscum Deus* ²³: cur propter nascentis inclinationem, gloriam parientis amputant? Sed prorsus illud opponent ac dicent : Omne quod nascitur, ejusdem generis est cum generante :

Α θρώπου, ἀλλὰ Θεοῦ· οὐδ' ἂν ἀπαλλάξειε τὸν κόσμον ἀμαρτημάτων ὁ μετὰ φθορᾶς εἰσπηδήσας εἰς τὸν βίον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως οὐκ ἐσχηκώς ἀκατηγόρητον, ἀλλὰ ἀναγκαίως ὁ αὐτὸς Θεὸς τε ὢν καὶ ἄνθρωπος, οὐ διαιρούμενος εἰς δύο, ἀλλὰ μένων εἰς, διὰ μὲν τοῦ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι, δεικνύς ὅτι ἄνθρωπος, διὰ δὲ τοῦ ἀσυνδυάστως, καὶ φυλάξει τὴν τεκοῦσαν Παρθένον, μαρτυρούμενος ὅτι ἐστὶ Θεός. Ἔσωσε τὸν κόσμον (70) Ἰησοῦς ὁ Χριστός, ἐθῶν ἐπὶ γῆς καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνασπαστραφεῖς. Εἰ δὲ ὁ Χριστὸς ψιλὸς ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος, πῶς ἔκτισε τὰ πάντα ἐν ἀρχῇ τότε οὐκ ἔν; Εἰ γὰρ μεταγενέστερος τῆς δημιουργίας ὁ ἄνθρωπος, εὐδῆλον ὡς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τὴν γένεσιν οὐκ ἐχαρίσατο ὁ Χριστὸς, οἷα δὴ μεταγενέστερος προαχθεῖς ὡς ψιλὸς ἄνθρωπος. Πῶς οὖν Παῦλος ἐβόα· Εἰς Κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα; Εἰ γὰρ διὰ Χριστὸν τὰ πάντα, εὐδῆλον ὅτι Χριστὸς Θεὸς ἐστὶ Λόγος, τοῦ εὐαγγελιστοῦ βοῶντος· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Εἰ τοίνυν ὁ εὐαγγελιστῆς βοᾷ, ὅτι διὰ τοῦ Λόγου τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ ὁ Παῦλος τοῦτο ἐρμηνεύων λέγει, Εἰς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· εὐδῆλον ὅτι Χριστὸς Θεὸς ἐστὶ Λόγος.

IB'. Εἰ δὲ προφέροισεν τὰς ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς φωνάς, ἐν αἷς κέκληται ἄνθρωπος, τοῦ Πέτρου λέγοντος· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρετ ἄνδρα (71)· καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος, Ἐν ἄνδρὶ ᾧ ὤρισε, πίστιν παρασχών· καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος· Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον; Ἰσῶσαν ὡς ἢ διὰ νοθεῖαν ἀπελείφθησαν τῆς Γραφικῆς ἐννοίας, ἢ διὰ πονηρίαν πρὸς τὴν ἑαυτῶν μοχθηρίαν διαστρέψασαι τὰ καλῶς γραφέντα. Καὶ ἄνθρωπος γὰρ ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστός· ἀλλὰ τοῦτο γίγονεν, οὐ πρότερον ὢν εἰ μὴ μόνον Θεός. Ὡσπερ γὰρ Θεὸς οὐ κτιστός, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος οὐ φανταστός· καὶ ὡσπερ τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα ὁμοούσιος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ τῇ Παρθένῳ κατὰ τὴν σάρκα ὁμόφυλος, πανταχοῦ τῆς ἀληθείας τοῦ μυστηρίου προλαμπούσης, καὶ πάσης ἀπάτης σχολαζούσης. Εἰ δὲ μὴ ἔτεκε Θεὸν ἢ Παρθένο, οὐδὲ πολλοῦ θαύματος ἀξία ἢ ἀφθορὸς· πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλαι γυναῖκες ἐκαρποφόρησαν τῷ βίῳ δικαίους. Εἰ δὲ προφητῶν γλώσσαις τὸ ἀβήητον προσαυλιζουσαι μυστήριον, βοῶσιν· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὃ ἐρμηνεύων ὁ Γαβριήλ, φάσκει, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· τοῦ χάριν, διὰ τὴν τοῦ τεχθέντος συγκατάδασιν, τὴν δόξαν τῆς τεκούσης περικόπτουσι; Ἄλλ' ἀντιτιθεάσι πάντως τοῦτο· Πᾶν τὸ τικτόμενον, φασίν, ὁμόφυλον ὑπάρχει τῇ τικτοῦσῃ· εἰ τοίνυν ἄ-

¹⁶ Baruch iii, 38. ¹⁷ I Cor. viii, 6. ¹⁸ Joan. i, 1-3. ¹⁹ Act. ii, 22. ²⁰ Act. xvii, 31. ²¹ Joan. viii, 40. ²² Isa. vii, 14. ²³ Matth. i, 23.

(70) Ἔσωσε, x. τ. λ. Dionysius legit, ἔσωσε τὴν λαὸν αὐτοῦ· τίς; Ἰησοῦς. Verit enim : *Salvum fecit populum suum : quis? Jesus Christus qui venit in terras.* Et sic edidit Riccardus.

(71) Ἄνδρα. Addit Riccardus, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδειγμένον εἰς ὄμας, quæ reliqui editi omitunt.

θρωπος ἡ τεκοῦσα, ἀνθρωπος ἀναγκαίως καὶ ὁ τε-
χθεὶς. Εὐλόγως φατὲ, ὧ οὗτοι· ἀλλὰ τὸ ὁμόφυλον
τίκται ἡ ὠδίνουσα, ὅταν κατὰ φύσιν προβαίῃ ὁ τόκος·
φυσικοῦ δὲ τόκου τὸ προοίμιον φθορὰ, ἐπειδὴ καὶ
μίξις προηγείται τῆς φθορᾶς· ἐνθάδε δὲ τῆς ὕβρεως
ταύτης, οὐδὲ ἐνοιοι, ἀλλὰ ἐσχεδιάσθη ὑπὲρ λόγον τὸ
θαῦμα· ὅπου ὑπὲρ φύσιν ὁ τόκος, ἐκεῖ ὁ τεχθεὶς,
Θεός. Ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν κόσμον
παραγόντα, καὶ τὸν νόμον δεδωκότα, καὶ ἐν προ-
φήταις ἐμπνεύσαντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα,
καὶ τοὺς ἀποστόλους εἰς σωτηρίαν ἐθνῶν τε καὶ λαῶν
ἀλιεύσαντα.

ΙΓ'. Φύγωμεν οὖν τοὺς θολερούς καὶ βορβορώδεις
τῆς ἀπάτης βύακας, τὰς ὁμομάχους λέγω αἰρέσεις·
τὴν Ἀρείου μανίαν διαιρούσαν τὴν ἀμέριστον Τριάδα·
τὴν Εὐνομίου τόλμαν, περικλείουσαν τῆ γνώσει τὴν
ἀκατάληπτον φύσιν· τὴν Μακεδονίου λύσσαν, χω-
ρίζουσαν τῆς θεότητος τὸ ἀχωρίστως ἐκπορευόμενον
Πνεῦμα· καὶ τὴν νεότευκτον ταύτην καὶ καινὴν βλασ-
φημίαν, τὴν τὸν Ἰουδαϊσμὸν κατὰ πολὺ εἰς βλασφη-
μίαν νικῶσαν. Οἱ μὲν γὰρ τὸν ὄντα ὕψιν ἀθετοῦσι,
ζημιοῦντες τὴν βίβαν τοῦ κλάδου· οἱ δὲ τῷ ὄντι καὶ
ἕτερον ἐπεισάγουσι, σπηλιτεύοντες ὡς πολύγονον τὴν
ἀκήρατον φύσιν. Εἶπωμεν οὖν μετὰ Παύλου· Χρι-
στός ἐστίν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφο-
τέρα ἐν. Ἰουδαῖον γὰρ καὶ Ἕλληνα διὰ τοῦ βαπτί-
σματος εἰς ἓνα καινὸν ἐκτίσεν ἀνθρωπον, ἐνώσας τῆ
δυνάμει τὰ τῆς πολιτείας διεστώτα. Φριττέωσαν τὴν
κατάκρισιν οἱ νεωτεροποιοὶ εἰς ἀσέβειαν· εἰ γε τὰ
κατὰ δειστώτα εἰς συμφωνίαν ἤνωθη, ὁ δὲ ἐνώσας εἰς
δυάδα, τό γε ἐπ' αὐτοῖς, διηρέθη.

ΙΔ'. Ἀλλὰ λοιπὸν τὸ μήκος τῶν λόγων παρεις, ἐπὶ
τὴν συντομίαν ἐλεύσομαι τοῦ ὀρθοῦ δόγματος. Εἰ τις
θέλει γνῶναι κατὰ ἀλήθειαν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ εἰς καὶ
μόνος ὕψος, ὁ πρὶν τὸν Ἀβραάμ γενέσθαι ὢν, καὶ
ἐπ' ἐσχάτων προκόψας σοφία καὶ ἡλικία κατὰ
σάρκα (ἔχει γὰρ αἰὲ ἡ θεότης αὐτοῦ τὸ τέλειον)· ἐρω-
τάτω Παῦλον, καὶ αὐτὸς βροντήσει τὴν εὐσέβειαν,
δεικνύς ὅτι καὶ ἐξ Ἰουδαίων προελθὼν τὸ κατὰ σάρκα
Θεὸς ὑπάρχει προαιώνιος. Φάσκων γὰρ περὶ τῶν
Ἰουδαίων, καὶ σεμνύων τὸ ἀχάριστον καὶ θεομάχον
ἔθνος διὰ τὴν βίβαν τὸν Ἀβραάμ καὶ τὸ σπέρμα τὸν
Δεσπότην Χριστὸν, οὕτως λέγει· Ὁν, φησὶν, ἡ υἱοθε-
σία. Ἐδοῦα γὰρ Θεὸς ἐν προφήταις· Ὑψὸς πρωτότο-
κός μου Ἰσραὴλ· καὶ ἡ δόξα [μου]· ἄμετρον γὰρ
προσώδευε δόξαν τοῖς τροφοφοροῦμένοις τὰ ἐπάλληλα
θαύματα· καὶ αἱ διαθήκαι, αἱ πρὸς τὸν Ἀβραάμ τὸ
πλήθος καὶ τὴν εὐλογίαν παρεγγυῶσαι· καὶ ἡ νομο-
θεσία, ἡ ἐν θρεῖ δακτύλῳ Θεοῦ γραφεῖσα· καὶ αἱ
Ἀπαγγελίαι, ἡ τε γῆ τῆς Παλαιστίνης, καὶ τὸ διὰ

A si igitur homo est quæ genuit, necesse est hominem
quoque esse qui ex ea natus est. Recte quidem di-
citur; sed tunc pariens ejusdem generis partum
edit, cum secundum naturam progreditur partus :
naturalis autem partus exordium corruptio est,
quia commistio quoque corruptionem præcedit : hic
vero cum hujus injuriæ ne cogitatio quidem fuerit,
sed miraculum supra rationis captum effectum sit :
ubi supra naturam est partus, ibi qui nascitur,
Deus est. Confitemur igitur eundem et mundum
condidisse, et legem dedisse, prophetas quoque
inspirasse, et in novissimis temporibus incarna-
tum, et apostolos ad salutem gentium et populorum
expiscatum fuisse.

XIII. Fugiamus (72) igitur turbidos et cænosos
B deceptionum rivos, hæreses, inquam, cum Deo
pugnantes : Arii insaniam dividenter indivisam
Trinitatem; Eunomii audaciam, quæ intra cogni-
tionis nostræ terminos naturam incomprehensibili-
lem includit; Macedonii rabiem, quæ Spiritum
inseparabiliter procedentem a deitate sejungit;
hanc quoque nuper fabricatam novamque blasphemiam,
quæ Judæismum, quod ad blasphemiam mag-
nitudinem, longe superat. Illi namque, dum eum
qui Filius est, reprobant, ramo radicem privant :
hi vero ultra hunc qui est Filius, alium adjicientes,
intemcrabilem naturam tanquam multigenam de-
notant. Dicamus ergo cum Paulo : *Christus est pax
nostra, qui fecit utraque unum* 24. Nam Judæum et
Græcum per baptismum in unum novum hominem
condidit, uniens potentia quæ conversatione dissi-
debant. Horreant damnationem novæ impietatis
auctores : siquidem cum dissidentia in unam con-
cordiam unita sint, is qui univit, quantum in illis
fuit, in duo est divisus.

XIV. Sed jam ommissa sermonis longitudine, ad
compendium veri dogmatis veniam. Si quis cupit
vere cognoscere illum esse unum ac solum Filium,
qui est antequam Abraham feret 25, et in novissi-
mis proficiebat ætate ac sapientia 26 secundum car-
nem; nam ejus divinitas semper est perfecta; in-
terroget Paulum qui pietatem personabit, ostens-
dens eum etiam postquam ex Judæis secundum
carnem exstitit 27, Deum esse ante sæcula. Cum
enim de Judæis loqueretur, et ingratiam illam
Deoque rebellem gentem, propter Abraham gentis
radicem et ejus semen Christum Dominum, collau-
daret, sic dixit : *Quorum est adoptio filiorum* 28 :
(clamabat enim Deus per prophetas : *Filius meus
primogenitus Israel* 29,) *et gloria* (nam iis quos
Deus tanquam nutrix gestabat, immensam gloriam
assidua miracula conferebant,) *et testamenta*, per
quæ ipsi Abraham multiplicatio et benedictio est
promissa : *et legislatio*, illa in monte digito Dei

24 Ephes. II, 14. 25 Joan. VIII, 58. 26 Luc. II, 52. 27 Rom. IX, 5. 28 ibid. 4. 29 Exod. IV, 22.

(72) *Fugiamus*, etc. Hæc et sequentia recitantur in collatione 5 concilii Constantinopolitani II, edit. *Œcu. Labb. tom. VI, pag. 78.*

scripta; *et obsequium* (73), quo divino cultui serviebant; *et promissa*, tum illa terra Palæstinæ, tum omnes gentes per semen Abrahæ benedicendæ: *quorum patres*, qui in erroris nocte tanquam fidei luminaria sunt exorti: *et ex quibus Christus*. Neque vero hucusque stetit beatus Paulus: non enim ex quo fuit ille ex Maria partus, ex eo cœpit Verbi principio carentis initium; sed mox intulit, *secundum carnem*, ut manifestationem illam factam in carne, non generationem secundum divinitatem indicaret. Quisnam igitur Christus hic sit ex Virgine natus, hic in spelunca, ut ipse novit, collocatus, hic in præsepi reclinatus, hic tempore secundum carnem auctus, hic qui usque ad infimas partes terræ descendit, hic qui omnia quæ carnis sunt, subiit, ut fidem faceret vere se hominem factum fuisse; hic qui non alius est ab eo qui descendit, sed qui descendit, ipse est et qui ascendit²¹: non enim prius ascendit, sed descendit; utpote qui non secundum progressionem Deus est, absit, sed propter suam misericordiam homo; nam hac re indigebamus: hic, inquam, quinam sit, noli a me aut ab alio aliquo discere, sed a beato Paulo, qui Filium ab ipso Patre per revelationem didicit, ac dixit: *Cum autem placuit Deo, qui segregavit me ex utero matris meæ et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me*²². Is namque quinam sit Jesus Christus, vere te docebit, clamans: *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*²³. Quem aditum calumniæ hæc beati Pauli verba iis qui conviciari student, non obstruant? Dixit eum *Christum*, ut ostenderet, vere hominem factum; dixit eum *ex Juæis secundum carnem*, ut indicaret non ex quo incarnatus est, ex eo esse cœpisse; dixit, *qui est*, ut initium non habere declararet; dixit eum *super omnia*, ut creaturæ totius esse Dominum prædicaret; dixit ipsum *Deum*, ne illius passionibus et habitu decepti, immortalem ejus naturam negemus; dixit *benedictum*, ut eum tanquam omnipotentem adoremus, non tanquam conservum calumniemur: dixit eum *in sæcula*, ut ostendat, qui ea sæcula verbo condidit, perpetuo in ipsis ut Deum prædicari.

XV. Cum igitur habeamus Christum et Deum esse, et benedictum, ipsum adoremus; dicamusque adversus eos qui aliter sentiunt: *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*²⁴. *Nos autem sensum Christi habemus*²⁵: adeoque *expectamus gloriam magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi*²⁶, qui reddet his quidem qui pie sentiunt, suæ fidei præmia²⁷; iis autem qui eum reprobant, suæ audaciæ mercedem. Hæc vestræ charitati direximus, vestris permoti libellis quos ad nos misistis, significantes, pestiferos quosdam homines ac

²⁰ Rom. viii, 5. ²¹ Ephes. iv, 10. ²² Gal. i, 15. ²³ Tit. ii, 13. ²⁴ Rom. ii, 6-8.

(73) *Et obsequium quo — serviebant*. Hoc non est in Græco, sed in Dionysio: et certe requiritur Καλ λατρεία, δι' ἧς Θεῷ ἐλάτρευον· quæ in textum intulit Riccardus.

A σπέρματος τοῦ Ἀβραάμ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη· ὧν οἱ πατέρες, οἱ ἐν τῇ νυκτὶ τῆς πλάνης ἀνατείλαντες, ὡς πίστειως φωστῆρες· καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς· Καὶ οὐκ ἔστι μέχρι τούτων Παῦλος· οὐδὲ γὰρ ἀφ' οὗ ὁ ἐκ Μαρίας τόκος, ἔκτοτε τοῦ ἀνάρχου Λόγου ἢ ὑπαρξίς, ἀλλ' εὐθύς ἐπήγαγε τὸ, κατὰ σάρκα, ἵνα ὑποσημαίνηται τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν θεότητα (74) γέννησιν. Τίς μὲν οὖν ἔστιν οὗτος ὁ Χριστὸς ὁ ἐκ Παρθένου γεννηθεὶς, ὁ ἐν σπηλαίῳ χωρηθεὶς, ὡς οἶδεν, ὁ ἐν φάτνῃ ἀνακλιθεὶς (75), ὁ τῷ χρόνῳ κατὰ σάρκα αὐξήσας, ὁ μέχρι τῶν κατωτάτων τῆς γῆς καταβάς, ὁ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς ὑπομείνας, ἵνα πιστώσῃται, ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ οὐκ ἄλλος ὧν παρὰ τὸν καταβάτω, ἀλλ' αὐτὸς ὧν καὶ ὁ καταβάς, καὶ ἀναβάς· οὐ γὰρ ἀνέβη πρότερον, ἀλλὰ κατέβη, οἷα ἐπὶ οὐκ ἐκ προκοπῆς Θεοῦ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι' εὐσπλαγχνίαν ἀνθρώπου· τοῦτο γὰρ ἐδοξέμεθα· μὴ παρ' ἐμοῦ μᾶλλον ἢ παρ' ἄλλου τινός, ἀλλὰ παρὰ Παύλου τοῦ παρὰ Πατρὸς ἐν ἀποκαλύψει μαθόντος τὸν Υἱὸν, καὶ φάσκοντος, Ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρὸς μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποκαλύψας τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. Οὗτος γὰρ σε διδάξει ἀληθῶς, τίς ἐστιν ὁ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, βοῶν· Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὧν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ποίαν παρεῖδουσιν συκοφαντίας οὐκ ἀποτειχίζει τὰ Παύλου ῥήματα τοῖς φιλολοιδόροις; Εἶπεν αὐτὸν Χριστὸν, ἵνα δείξῃ ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· εἶπεν αὐτὸν ἐξ Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀφ' οὗ ἐσαρκώθη ἔκτοτε μόνον ὑπάρχει· εἶπεν αὐτὸν διὰ τὰ, ἵνα ἀναρχον βροντήσῃ· εἶπεν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, ἵνα τῆς κτίσεως Δεσπότην κηρύξῃ· εἶπεν αὐτὸν Θεόν, ἵνα μὴ πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸ σχῆμα δελεασθέντες, τὴν ἀνώλεθρον αὐτοῦ ἀρησιώμεθα φύσιν· εἶπεν αὐτὸν εὐλογητὸν, ἵνα ὡς παντοκράτορα προσκυνήσωμεν, ἀλλ' οὐκ ὡς σύνδουλον συκοφαντῶμεν· εἶπεν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἵνα δείξῃ ὅτι περὶ ὁ λόγῳ τούτους δημιουργήσας, ἀτόμως ἐν αὐτοῖς θεολογεῖται.

IE'. Ἐχοντες οὖν τὸν Χριστὸν καὶ ὄντα Θεόν, καὶ εὐλογητὸν, αὐτῷ προσκυνήσωμεν λέγοντες πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους· Εἰ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. Ἡμεῖς δὲ τοῦ Χριστοῦ ἔχομεν· διὸ καὶ προσδεχόμεθα τὴν δόξαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς ἀποδώσει τοῖς μὲν εὐσεβοῦσι τὰ τῆς δόξης ἐπαθλα, τοῖς δὲ ἀθετοῦσι τὰ τῆς τόλμης ἐπιχειρήματα. Ταῦτα δὲ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐπιστελλόμενα ἀγάπῃ, ἐκ τῶν ὑμετέρων προτραπέντες λιθέλλων, ὧν πρὸς ἡμᾶς διεπέμφασθε, φήσαντες λυμεῶνάς τινὰς καὶ τε-

²⁵ Rom. ix, 5. ²⁶ Rom. viii, 9. ²⁷ I Cor. ii, 16.

(74) *Κατὰ τὴν θεότητα*. Forte τὴν κατὰ θεότητα. Et sic Riccardus.

(75) *Ἀνακλιθεὶς*. Forte ἀνακλιθεὶς.

ρατολόγους ἀνθρώπους ἑαυτοὺς ἐπεισφρῆσαι τῇ ὑμέ-
 τέρῃ χάρῃ βουλομένους διὰ πονηρῶν γραμμάτων
 καὶ τῶν ἀντιθέσεων τῆς ψευδωνύμου γνώσεως
 διαστρέφειν τὸ ἀπλοῦν καὶ ἀμαγγάνευτον τῆς ὀρθο-
 δόξου πίστεως κάλλος· ἀλλὰ τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου
 καὶ πάλιν φημί πρὸς ὑμᾶς· Βλέπετε μὴ τις ὑμῶς
 ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κε-
 νῆς ἀπάτης (76), κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν εἰκαιο-
 βούλων ἀνθρώπων, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. Θεμέ-
 λιον γὰρ ἄλλοι οὐδεὶς δύναται θείναι εὐσεβοῦς
 πίστεως παρὰ τὸν κείμενον, ὃς ἐστὶν Ἰησοῦς Χρι-
 στός. Στήχετε τοίνυν ἐν ἐνὶ πνεύματι, μὴ ψυχῇ
 συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου· καὶ μὴ πτυ-
 ρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἀλλὰ φυ-
 λάττοντες τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε τῶν ἁγίων
 καὶ μακαρίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν ὀρθόδοξον
 πίστιν ἐκθεμένων, καὶ τῶν περὶ τὸν ἅγιον καὶ μα-
 κάριον Βασίλειον καὶ Γρηγόριον, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν
 αὐτοῖς ὁμοφρόνων, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλίῳ ζωῆς. Πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἀελαφρότητα ἐγὼ τε καὶ οἱ σὺν
 ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

(77) EPISTOLA III.

Proclus episcopus Constantinopolitanus ad Joannem episcopum Antiochiæ.

I. Arbitror te cognoscere, religiosissime, magis
 vero (78) certe scio, non quamlibet a Deo colligere
 mercedem eos, qui indormitabili mentis oculo ec-
 clesiasticis invigilant necessitatibus, nocte dieque
 procurare et consulere, quatenus bene quidem re-
 gatur omne quantum populi familiariter conjunctum
 est, et a reprobis zizanii pura sit orthodoxa fides :
 providentiam vero mereatur hoc, quod secundum
 præsumptionem interim adversariorum, habet mor-
 bum, ut in eundem (79) sensum et obedientiam
 transferatur, maxime divina clamante Scriptura :
Qui eduxit dignum ab indigno, sicut os pænum erit
 42. Si enim negligere proximos labentes ad deterio-
 ra, et socordia præpositi rapinam factos faucibus
 (80) lupi voracis hominum irrecusabilis damnationis
 experimentum munitur dormitantii, mercenarium,
 non pastorem, desidiosum et dissolutum Scriptura
 vocante : quomodo non per omnia justum est,
 studiosum quidem in talibus persequi, desidiosum
 vero in urgentibus effugitare ? In eodem enim
 utraque similia ad vituperationem existunt, et
 irrecusabilia ad condemnationem, et hoc quod
 ex quibus aliquis ipse negligenter vivit, videntes
 adhortatur in æmulationem deteriorum : et quod
 peccantes in fidem et delinquentes in vitam, non
 statim corrigit, licet despiciens, extra tale suppli-

verborum portenta proferentes in vestram regio-
 nem irruisse, studentes perversis scriptis et oppo-
 sitionibus falsi nominis scientiæ 38 simplicem ac
 puram rectæ fidei speciem pervertere. Sed ego vos
 iterum beati Pauli verbis admonéo : *Videte ne quis
 vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam
 secundum traditionem nugacium hominum, et non
 secundum Christum* 39. *Fundamentum enim aliud piæ
 fidei nemo potest ponere, præter id quod positum est,
 quod est Christus Jesus* 40. State igitur in uno spi-
 ritu, unanimes collaborantes fidei Evangelii : et in
 nullo terreamini ab adversariis ; sed custodite tra-
 ditiones quas accepistis a sanctis ac beatis Patribus
 qui apud Nicæam rectam fidem ediderunt, et a
 sanctis ac beatis viris Basilio et Gregorio, et reli-
 quis qui cum illis eadem senserunt, *quorum no-
 mina sunt in libro vitæ* 41. Omnem vobiscum frater-
 nitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

Πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἀελαφρότητα ἐγὼ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

cium non est constitutus. Ejusmodi vero exemplum
 non ex me refingo, sed ex divinis Scripturis eru-
 ditus scribo. Heli ille (81) ætate fatigatus, et in
 Silo pertinentia ad legem sacrificans, ipse quidem
 non operabatur quæ pueri audebant 42 ; coopera-
 batur vero illis, postquam non prohiberet peccan-
 tes ; quoniam secundum veram rationem, non pro-
 hibere flagitia, agenti cognatum est 43. Et iterum pueri
 actionibus gradum injuriantes, indignos se per
 quæ peccabant sacerdotio demonstrantes, non so-
 lum eis quibus operabantur, cadebant ; sed enim
 et ad peccandum alios evocabant, imaginem pec-
 cati sese æmulantibus proponentes. Propter quod
 pariter illatum est supplicium et eis qui impia fe-
 cerunt, et ei qui non prohibuit 44. Patri enim ad
 virtutem nocuit socordia ; filiis autem perniciem
 intulit inemendatio ; et senex in juvenum tempe-
 state naufragium passus est, pro quibus affectum
 non gubernavit increpatione.

II. Ita oportet, religiosissime, cum qui sortitus
 est præesse populo et tenere habenas sacerdotii, non
 solum procurare quomodo ipse probus appareat ;
 sed ut et hoc quod ab ipso dicitur, sit purum ab
 omni vituperatione. Hoc enim quod prius est etsi
 mirandum, sed non tale quale est hoc, quod post
 illud dictum : quanto illud quidem in unum so-
 lum (82) perficientem ea quæ ad virtutem perti-
 nent, concludit : hoc vero multos providentia sal-
 vos faciens, per singulos pietatis induitur confiden-

38 I Tim. vi, 20. 39 Coloss. ii, 8. 40 I Cor. iii, 11. 41 Philipp. iv, 3. 42 Jer. xv, 9. 43 I Reg. ii, 2 sqq. 44 Rom. i, 32. 45 I Reg. iv, 10 sqq.

(76) *Kal kenῆς ἀπάτ.* Videsis Cotelierum *Monum. eccl. Græc.* tom. III, pag. 655, et Millium in *N. Test. Gr. ad Coloss.* ii, 8.
 (77) *Exstat inter acta concilii Constantinopolitani ii, collat. 6, pag. 133 seq., tom. VI Concil. edit. Ven.-Lab. cum notis Baluzii.*
 (78) *Magis vero.* Veteres libri, *magis autem.*

(79) *Ut et in eumd.* Cod. Par. *ut et id in eumdem.*
 (80) *Faucibus.* Veteres libri, *faucis.*
 (81) *Heli ille,* etc. Illic locus usque ad ea verba, *Hoc enim quod prius est,* exstat Græce in bibliotheca regis Christianissimi cod. Jol. 59. *HARDUIN.*
 (82) *In unum solum.* Codex Paris. *in unum locum.*

tiam. Ad quid vero dico? Quod multi inelamant (83) hic religiosissimum Edessenorum episcopum Ibas, non solum clerici quidam Edesseni et monachi, sed enim etiam primates et clari militia, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quod tantum diligit Nestorii insaniam, ut et quædam capitula quæ supposui scripto a nobis *ad Armenios* tomo, et direxi tuæ reverentiæ, quæ sunt stulta et profana et omni plena impietate, transferret voce Syrorum, et transmitteret ubique; ut multis simpliciorum inconsiderato auditu læsionem perniciosorum suscipientibus, persuaderet ita sapere sicut abdicium est Dei Ecclesiæ. Quæ quando per lectionem cognoveris, festinare digneris cum omni alacritate eum compellere tomo quidem scripto *ad Armenios* subscribere; vaniloquium vero, magis vere monstriiloquium, vel quod est verius dicere, Judaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem viva voce, et salva manu (84) anathematizare dementiam. Flagitium enim est, virum non manifeste ostendi, qualis est. Si quidem enim capitulorum illorum, quod non credo, morbum habeat, defendat; si adest instabilibus cogitationibus fidei vel verborum (85) tenor, quomodo duos dicit filios, unum quidem ante sæcula, alterum vero in ultimis? Vel quomodo Christus alter præter Deum Verbum? Vel quomodo super terram visum, et hominibus conversatum⁸⁶ calumniatur purum aliquem, sicut unum ex coitu natis, sed non ipsum qui est sine principio et increabilis, *ad quem non æstimabitur alter*, secundum prophetam⁸⁷? Si enim et visus est carne; sed ille erat incarnatus, qui omni quidem principio superior, omni vero passione liber, omni vero translatione et immutatione alienus; qui ex Patre splenduit super sensum, et ex Virgine ortus est super rationem; qui hoc quod est creatibile, in deitate non admittit; et hoc quod est phantasie, in carne rejicit: qui secundum veritatem et Deus est, et factus est homo: et illud quidem quod erat, permansit; hoc vero quod factum est, salvum fecit. Illic igitur est unus Filius unigenitus (86).

III. Sed non ita quidam perversa mente et cogitationis dementia capitulorum istorum genitores facti, impiorum abortivorum et sibi perniciosorum patres apparuerunt. Deinde si memoratus comminister Ibas cognoscit ea quæ ad destructionem legentium et audientium evomita sunt capitula, sicut et arbitrator eum prudentem constitutum, et a pueritia divinis Scripturis nutritum; abominari ea et

⁸³ Baruch III, 38. ⁸⁷ ibid. 36. ⁸⁴ Matth. xviii, 6. ⁸⁵ Tit. II, 7. ⁸⁶ Hebr. xi, 7.

(83) *Multi inelam.* Hæc recitantur in collat. 5 ejusdem concilii CP. l. c. pag. 104.

(84) *Salva manu.* Codex Paris. *sua manu.* Al. *sana m.*

(85) *Vel verborum.* Idem codex non habet *vel.*

(86) *Illic igitur,* etc. Illic item locus recitatur in modo laudata collat. 5, l. c. HARDUIN.

(87) Illius epistolæ fragmentum exstat apud Fa-

rejicere; confidenti voce et non erubescenti fronte, quod in anima sapit, ostendat, omnia subjecta *ad Armenios* epistolæ capitula abiciens et calcans, utpote diabolicæ insanie inventiones et constituta, et omnia anathemate digna esse judicans: ut de viro hoc verum scientes qui hic sunt omnes, jam indiscretam confidenter cogitationem ad illum habeant. Nec enim oportet, religiosissime, sicut et ipse nobis consenties, eos despiciere qui sine causa lædentur, ad deteriora impetum habentes; sed plurimam facere rationem eorum qui scandalizantur, ut indiscretio extendatur in omnes cum concordia horrescentes maxime terribilissimam illam in Evangeliiis condemnationem, quæ pro uno humilium scandalizato⁸⁸ infertur audentibus vel despicientibus. Si enim beatus Paulus exempla honorum operum sacerdotes esse legitime statuit⁸⁹; quomodo non magis fidei auctores et doctores, sine qua placere impossibile est⁹⁰? Nam aliæ quædam virtutes, utpote ex moribus perfectionem accipientes, naturam habent ad emendationem doctricem; fides vero sola quæ est natura et ratione superior, utpote huic propinquans quod semper est natura intelligibile et inoccupabile, deprehensione et omni virtute melior est, per hoc solum cedens charitati, quod qui creditur Deus, propter solam charitatem homo factus est. Rogo igitur studium adsit effectum. Cognosce enim, religiosissime, quod non alii cuidam gratificabitur memoratus episcopus Ibas, obsecundans præsentis epistolæ, quantum sibi ipsi. Habebit enim non solum eos qui nunc de ipso dubitant, mirantes eum, sed enim etiam sanctissimum nostrum patrem presbyterum et archidiaconum Dalmatium nimium honorantem et mirantem; si videat sapientem ea quæ piæ fidei sunt. Modo enim, utpote super aliis eo vulgato, memoratus sanctissimus propter charitatem non medio-criter laceratur, quod ii qui debent in diviniore prædicare, in adversis accusantur, sive zelo dicentium, sive invidia criminantium. Propter quod et Theodotum reverendissimum nostræ Ecclesiæ diaconum, ad tuam cum chartis reverentiam direxi, ut cognoscas, religiosissime, quod non contemptibilem, sed studiosam existimo causæ perfectionem.

(87) EPISTOLA IV.

D *Proclus episcopus Constantinopolitanus, Joanni Antiocheno.*

..... Dicentes autem iterum passibilem (88) Deum, id est, Christum, constemur eum non esse passum eo quod est (89), sed eo quod factum est,

cundum Hermianensem lib. I, cap. I, pag. 403, b. edit. Paris., et apud Liberatum diaconum in *Breviario* cap. 10, p. 46, edit. Garner.

(88) *Passibilem D.* Ita Facundus et Liberatus. At Riccardus legit *impassibilem.*

(89) *Eum non esse,* etc. Hunc locum ita effert Liberatus. Facundus vero, *eum non eo passum quod erat, sed quod factum est.* Quem in locum vi-

Id est, propria carne. Et ita prædicantes nullo modo fallimur : quoniam quidem et unum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, et divinitatem (90) passibilem minime blasphemamus.

(91) EPISTOLA V.

Joannes Antiochenus episcopus Proclo.

Tomum qui ad Armenios factus est, a reverentissimo nostro filio diacono Theodosio (92) qui dignus est tuis dispositionibus ministrare, ob eam quæ inest ei super ætatem diligentiam, et petivimus (93), et cum omni delectatione ejus fecimus mentionem. Faciebat autem nobis delectationem non pulchritudo compositionis sola, neque argumentorum multitudo contra utramque partem adversantium pertractata, quantum ipsa sacrorum dogmatum cautela simul et pietas. Pietas quidem, quia regalem (94) divinarum Scripturarum viam in his quæ dicebantur, verbum veritatis recte confitens, pergebas, non sine testimoniis Scripturæ præsumens aliquid ex potestate propria prædicare : cautela vero, quia cum divinis Scripturis etiam Patrum dicta, ad probandum quæ dicebantur, proponebas.

(95) EPISTOLA VI.

Joannes Antiochenus episcopus et Orientis synodus, Proclo Constantinopolitano.

Nimis animæ nostræ vulneratæ sunt, quia non solum nos volentes tales calumnias ab his qui conturbare volunt Ecclesias, continue suscipimus : sed et qui bene de vita profectus est B. Theodorus, et qui quinque et quadraginta annis clare in doctrina præfulsit, et omnem hæresim expugnavit, et nullam alicubi detractionem (96) ab orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum, et post multa certamina, et post decem millia libros adversus errores (97) scriptos, et postea quam in conspectu sacerdotum et imperatorum et populorum probatus est, periclitatur quæ hæreticorum sunt (98) sustinere, et illis proximus prædicari. Hæc nos confusione et turbis compleverunt :

Garnerium pag. 56. Edidit Riccardus, eum non esse passum quod est, sed quod factum est. Mox Liberatus, fallimur : quod minus placet.

(90) Divinitatem. Ita Liberatus. Sed Facundus, deitatem.

(91) Hujus item epistolæ fragmentum servavit nobis Facundus lib. 1, cap. 1, pag. 405, c.

(92) Theodosio. Riccardus ex cod. Vat. Theodoto. Et mox, ejus dispos. Sed Veneta Facundi editio ad vetustissimum codicem Veronensem exacta consona est Sirmondianæ.

(93) Et petivimus, et cum omni delectatione. Ita Sirmondus, consentiente codice Veronensi. At Riccardus, expetivimus et cum omni dilectione : apud quem paulo post, quanta ipsa. Minus recte omnia, ut videtur.

(94) Regalem — viam. Sic recte codex Veron. : quam quidem lectionem confirmat sequens verbum pergebas. In editione Sirmond. deest viam : et Riccardus mendose, regulam — pergebas.

(95) Exstat apud Facundum lib. viii, cap. 1, pag. 659, c.

(96) Detractionem. Ita Riccardus ex cod. Vat. At Sirmondus, detractationem. Paulo ante Riccard.

A non autem nos solum, sed etiam Christianos populos, qui hæc cognoscentes nullatenus sine turbæ ecclesiasticas celebrationes impleri permittunt : sed adversum nos seditiones faciunt, nec usque ad auditum passi suscipere quod adversum dormientes patres meditantur anathema, et decem millia mala adversum nos minantur, si quid ab aliquo fuerit tale præsumptum. Sciat autem et hoc tua sanctitas, quia scripturas antiquorum doctorum Ecclesiæ requirentes, decem millia talia et his similia invenimus, qualia quidam malo more ex libris Theodori (99) colligentes, et corpus reliquum abscindentes, tuæ obtulere sanctitati. Etenim apud magnum martyrem Ignatium, qui secundus post Petrum apostolorum primum, Antiochenæ (1) sedis ordinavit Ecclesiam ; et apud beatissimum Eustathium, qui sanctorum Patrum qui apud Nicæam congregati sunt, primus existens fidem orthodoxam confirmavit ; et apud sanctissimum et beatissimum Athanasium, qui millia millium certamina pro evangelicis dogmatibus passus est ; ad hæc autem et apud Basilium et utrumque Gregorium qui ejusdem sententiæ fuerunt ; et apud beatissimum Flavianum, Diodorum et Joannem, qui clara lumina Orientis fuerunt totius : rursus autem et apud beatissimum Ambrosium qui omnes partes Hesperias illustravit ; et apud beatissimum Amphilochoium probatissimum doctorem (2) : nec non et apud beatum Atticum tuam patrem, et apud probatissimos alios decem millia, ne singulos percurramus, consona decerptis his capitulis invenimus : quibus anathematizatis, necesse est et ea quæ a prædictis Patribus sunt dicta, complecti. Et quis de cætero ejusmodi nominis (3) adsit doctrinis, sic admirabilibus et famosissimis viris post mortem damnatis ? Non nostrum ergo est, gloriosis eorum qui præcesserunt opinionibus insultare, neque judicare eos qui honorate defuncti sunt, sed solius judicis vivorum et mortuorum.

sed etiam hæc, qui — Theod.

(97) Errores. Riccardus, hæreses.

(98) Hæreticorum sunt — et illis proximus. Riccardi lectionem retinemus. Vox item proximus legitur in cod. Veron. Sed Sirmondus omittit sunt, et habet primus. Non bene. Mox vero cum Riccardo legimus : Hæc nos — compleverunt. Neque aliter codex Veron. At Sirmondus, Hac.

(99) Theodori. Sirmondus, B. Theodori : qui mox habet reliquum, prout edidimus. Riccardus vero, aliquod.

(1) Antiochenæ. Ita rescripsimus cum Sirmondo, pro Antiochiæ apud Riccardum.

(2) Probatissimum. Hanc vocem præterit Riccardus, quam sumpsimus ex Sirmondo.

(3) Ejusmodi nominis. Ista omittit Sirmondus, a Riccardo ex cod. Vat. exhibitâ. Hæc vero et quæ sequuntur usque ad finem, refert denuo Facundus lib. viii, cap. 5, pag. 662, his verbis : Et quid de cætero nominis adsit doctrinis, sic admirabilibus et famosissimis viris post mortem damnatis ? Non meum ergo est, etc. Hinc reformandus prior locus apud Sirmondum, ubi habetur, in sic admirab., quam præpositionem recte omittit Riccardus.

EPISTOLA VII.

Joannes Antiochenus et synodus, Cyrillo Alexandrino.

(Vide inter Epistolas S. Cyrilli Alex.)

EPISTOLA IX.

S. Patris nostri Cyrilli episcopi Alexandrini epistola ad Proclum episcopum Constantinopolitanum : de Theodoro Mopsuesteno, ubi petit ab eo ut non permittat anathematizari Theodorum, ne id tumultus causa fiat.

(Vide ibid.)

(4) EPISTOLA X.

Proclus archiepiscopus Constantinopolitanus, Joanni Antiocheno episcopo.

..... Quando enim ego scripsi tuæ sanctitati oportere aut Theodorum, aut alios quosdam qui pridem defuncti sunt, anathemati subdi, aut nominatim alicujus feci mentionem (5)? sed puto, sicut et ipsæ litteræ ad tuam sanctitatem directæ clamant, nihil difficile vel pravum epistola continet. Sed quia oportet omni suspicioneliberari et detrahentium ora consuere; ex hoc quod in tomo directo subscripsi, et illa capitula quæ subjecta sunt repuli, utpote subtilitatem non habentia pietatis. Neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam qui jam defuncti sunt, scripsi tibi, amantissime, aut ut anathematizetur (6), aut ut abdicetur. Sed neque charissimus Theodotus, qui a vobis directus est, diaconus, talia mandata percepit.

(7) EPISTOLA XI.

Proclus archiepiscopus Constantinopolitanus, Maximo diacono.

Memor est tua reverentia, quando ad sanctissimum Antiochenum episcopum (8) tibi litteras injungebam, quia omnia cum ejus admonui voluntate fieri oportere, et nihil ad confusionem vel tumultum Ecclesiarum pacem habentium agi : sed tommum quidem subscribi; capitula autem subdita sine nomine, hæc tanquam non habentia subtilitatem pietatis averti et abdicari. Quomodo ergo per litteras didici nunc, quia Theodori Mopsuesteni et aliorum quorundam nomina præposita sunt capitulis ad anathematizandum, cum illi ad Deum jam migraverint : et eos qui jam vitam reliquerunt,

(4) Exstat hujus epistolæ fragmentum apud Facundum lib. viii, cap. 2 et 5, pag. 643, 662.

(5) *Feci ment.* Ita recte Riccardus : cui lectioni suffragatur codex Veron. Sirmondus, *fieri ment.*

(6) *Anathematizetur.* Sic Sirmondus, qui mox habet, *aut abdic.* omisso *ut.* Atque ita utrobique : nimirum pag. 643 et 662, ut modo innuimus. Riccardus, *anathematizaretur.*

(7) Hanc recitat Facundus lib. viii, cap. 2, ejusdemque fragmentum mox rescribit cap. 5, pag. 643, 662. Hujus epistolæ meminit Liberatus cap. 10.

(8) *Episcopum.* Codex Veron. *archiepiscopum.*

(9) *Festina* — *exquirere.* Hunc locum antea mutilum ita restitimus ex codice Veron. Nam apud Riccardum et Sirmondum legitur : *Festina* (seu *festines*) *sicut filius exquirere.* Mox Riccardus, *exquirere. Sed omnia permittite.*

A

EPISTOLA VIII.

S. Cyrilli epistola ad Acacium episcopum Melitinæ. Scripsit vero eandem ad Theodotum Ancyræ, et ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ.

(Vide ibid.)

ΕΠΙΤΕΟΛΗ Θ.

Τὸν ἐν ἀγίοις Πατρός ἡμῶν Κυρίλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας Πρόκλη ἐπισκόφῳ Κωνσταντινουπόλεως περὶ Θεοδώρου τοῦ Μόψουστίας αἰτοῦντος αὐτὸν ὥστε μὴ συγχωρησάι ἀναθεματισθῆναι αὐτὸν ὡς αἰτιον τοῦτο παραχῆς τῆσδε μερον.

(Vide ibid.)

supervacuum est injuriari post mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus? Rogo ergo, festina sicut filius patri obediens nihil amplius exquirere (9), sed omnia permittere auctoritati eidem reverentissimi consacerdotis Joannis. Post subscriptionem autem tomi et post abjectionem capitulorum, quæ cujus sint ignoramus, continuo præpara diaconum Theodotum venire ad regiam civitatem, quatenus tempestate et tumultu non impleantur Ecclesiæ ubique (10) sanctissimæ, et donetis aliquid desiderio impii Nestorii, qui se putat multos habere similia sapientes.

(11) EPISTOLA XII

Theodosius et Valentinianus imperatores, Joanni Antiocheno et synodo.

Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus, victores, triumphatores, piissimi, semper Augg., Deo amatori Joanni archiepiscopo et synodo cum eo congregatæ.

Turbam atque tumultum (12) qui evenit in Oriente, nostrum cognovit imperium per religiosissimum et sanctissimum Patrem nostrum et episcopum Proclum. Quoniam ergo pro quiete et pace omnium providemus, præcipue autem pro fide catholica quæ nostrum quoque custodit imperium, vestræ scribimus sanctitati, quatenus pacem obtineatis, et nullum verbum intendatis eorum, qui volunt contra salutem propriam religionem sanctam conturbare. Intentio etenim nostræ divinitatis illa est, ut omnes homines cum quiete degant, præcipue autem sancte Dei ecclesiæ, per quas et nos salvamur, et nostrum pollet imperium. Hac itaque (13) voce quieti Ecclesiæ providentes, nos aliquid de vobis utilius

(10) *Ubique.* Ita Riccardus. At Sirmondus, *urbis*, laud repugnante codice Veron.

(11) Hanc refert Facundus lib. viii, cap. 3, pag. 649. Sacræ hujus meminit Liberatus cap. 10.

(12) *Turbam atque tumultum.* Turbabat Orientales, ut est in epistola Cyrilli ad Proclum, quod vir nobilis et defunctus in communionem Ecclesiarum anathematizaretur. Hoc itaque est quod rescripto suo nunc vetat Theodosius, ne quis eos lacessat qui in Ecclesiæ pæce defuncti sunt. Quo fit, ut suspectum sit Theodori nomen quod in Theodosii edicto de damnatione Nestorii adjectum legitur act. 5 synodi v, cum in Ephesina et in codicibus non legatur. Sirmondus.

(13) *Hac itaque* — *præsumat.* Hæc ad finem usque desiderantur apud Riccardum, quæ leguntur apud Sirmondum.

exspectamus (14). Est autem hæc utilius, nisi ut adversus eos qui in ejus pace defuncti sunt, quidquam quoque cum omni statuatis Ecclesia, ne quis quæ de cætero tale præsumat?

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΓ'.

Ἀντίγραφον συνοδικοῦ γράμματος.

Πρόκλος Δόμνῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ἀντιοχείας.

Τῷ ὁσιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ, καὶ συλλειτουργῷ Δόμνῳ, Πρόκλος, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ φιλάλληλον, θεοφιλέστατε, μέγιστον ἐν τούτῳ τυγχάνει [ν] δῶρον· συνδεσμῶν γὰρ εἰς ὁμογνωμοσύνην ὁ ἀριστοτέλης Θεός, ἣν ἐδημιούργησε φύσιν, τῇ διαθέσει τοὺς λόγῳ διοικουμένους συνέσφιγγεν, ἵν' οἰκειούμενοι τὰ ἀλλήλων πάθη, καὶ ἕκαστος ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ τοῦ ἑτέρου μετῶν, εἰς ἄλλον συμπαθείας ὁμοφροσύνην συμπλέκοιτο τὰ ὁμοφυῆ. Τὰ μὲν γὰρ ἀφεστῶτα κατὰ σχέσιν, πρὸς τὴν ἀλλήλων ἀναγκαίως ἐπείγεται φθοράν· τὰ δὲ ἠνωμένα κατὰ γνώμην, οὐ βῆδιως ἀπολιθαίνει τοῦ οἰκείου ἀσφαλοῦς. Διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν, καὶ τὸ συγκρότημα τῆς Ἐκκλησίας, σώματι ἀπέκασε, λέγων· Ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέλους, πάντως διαγορεύων τὴν τοῦ πλῆθους σύμπνοιαν, καὶ ἀπαγορεύων νοσεῖν τὴν φιλοπόλεμον ἀντίστασιν, ἐκ τῆς τῶν μελῶν συμφωνίας. Πρὸς τὶ δὲ ταῦτα γράφω, θεοφιλέστατε, μικρὸν ἀνάσχου μαθεῖν. Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Περὶ ῥήτων Ἐκκλησίας Ἀθανάσιος ἄπιστον ὁμοῦ καὶ πλῆττουσαν οὐ μετρίως τοὺς ἀκούοντας ἀπεθρήνησε τραγωδίαν, φήσας· τοὺς αὐτοῦ κληρικούς, ὡς περ ἀποδυσάμενους τὸν λογισμὸν τῆς ὑποχειριότητος, καὶ νομίσαντας ἀρκεῖν αὐτοῖς ἐκ τοῦ βούλεσθαι, καὶ εἶναι ἱεροτυράνους, ἀπόσασθαι μὲν αὐτὸν τῆς Ἐκκλησίας σὺν οὐδενὶ δικαίῳ λόγῳ, καὶ τὸ γε ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὅσον ἤκαν εἰς μανίας ὑπερβολὴν, καθελεῖν, καὶ τοῖς ἔργοις πείσαι, ὅτι ἐν τῇ γνώμῃ τῶν προπετευομένων, ἀλλὰ μὴ ἐν τῇ ψήφῳ τῶν κανόνων, ἣ τῶν ἱερῶν κρατῦνεται τάξις· οἰκονόμους τε καὶ φρονιτάς κατ' οἰκίαν αὐθεντίαν ἐπιστῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν ἱερῶν δέλτων περιελεῖν τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκοπεύοντος· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀναφανδὸν ἐξορηχῆσθαι τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν· προσθεῖς, ὡς ἔτρεψεν αὐτῶν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα τὸλμαν ἢ τῶν πάλαι παρ' αὐτῶν ἀνοσιουργηθέντων οὐκ εὐλόγος συγγνώμη· τοῖς γὰρ πρὸ αὐτοῦ τὰ ὅμοια πεποικηότες, ὁδῶν τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐχορύφωσαν, ἐφ' οἷς μὴ πάλαι ἀξίαν δεδώκασι δίκην, τοῦ μηδὲ αὐθις σωφρονῆσαι ἐσχηκότες ἐφόδιον. Ἀλλ' αὐτὸς, θεοφιλέστατε, καταξίωσον, παρ' ἡμῶν δυσωπούμενος (δύνασαι γὰρ), οἰκειώσασθαι τοῦ συνιερέως τὰς ἀσθενείας, μάλιστα πειθόμενος τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, βωῶντι· *Εἰ πάσχει ἐν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ εἰ μακρὰν τῶν Ἀντιοχείων μεγαλοπόλεως ἢ πόλις, ἐν ἣ ταῦτα ἐδραματουρήθη,

⁵¹ I Cor. xii, 27; Ephes. v, 30.

(14) *Exspectamus* — *utilius*. Hæc addimus ex codice Veronensi, quæ ob repetitam vocem *utilius* exciderunt e Sirmondiano exemplari.

(15) Interprete Vincentio Riccardo clerico regulari. Exstat hæc epistola G. L. Act. 14 concilii Chalcedonensis, tom. IV *Concil.* edit. Ven.-Labb.,

pag. 1647. Recusa est a Baluzio ex Dionysii Exigui versione, ibidem pag. 2039, qui tamen interpretem ignorasse videtur. Eamdem quoque ante Riccardum ediderat Elmenhorstius pag. 117. Habetur item ex duplici versione in *Bibliotheca Patrum* Parisiensi ann. 1644, tom. XV, pag. 648 et 658.

(15) EPISTOLA XIII.

Rescriptum synodiarum litterarum.

Proclus Domno episcopo Antiocheno.

Sanctissimo et Dei amantissimo fratri et consacerdoti Domno, Proclus, in Domino gaudere.

Charitas mutua, Deo dilectissime, maximum ut invicem complectamur est donum. Vinciens enim ad concordiam præclarus artifex Deus naturam quam condidit, benevolentia eos qui ratione reguntur conjunxit, ut cum alii aliorum casus proprios ducerent, ac unusquisque ex se ipso res alterius metiretur inenodabili conjunctionis naturæ vinculo, una consentientique voluntate ea connecterentur quæ ejusdem naturæ sunt. Ea enim quæ affectu disjuncta sunt, necessario in mutuum exitium sunt: quæ vero ex animo unita sunt, non facile a firmitate sua dilabuntur. Quapropter et beatus Paulus multitudinem fidelium et conjunctionem Ecclesiæ corpori comparavit, dicens: *Vos estis corpus Christi, et membra ex membro*⁵¹; omnino prædicans multitudinis conspirationem, et ex concordia membrorum prohibens, ne contentionis morbo cui bella sunt amica, laboremus. Cur autem hæc ipsa scribam, Dei amantissime Pater, parumper ne graveris agnoscere. Dei amantissimus Ecclesiæ Perrhenorum episcopus Athanasius incredibilem simul et audientibus non mediocriter molestam tragædiam deflevit, dicens: clericos suos velut abjecta cogitatione subjectionis, et putantes sibi sufficere voluntatem, ut essent sacrorum tyranni, expulisse eum ab Ecclesia, cum justa ratio nulla subsisteret: et quantum ad eos attinet, in tam inhumanam vesaniam exsilisse, ut etiam damnarint eum, et operibus sibi persuaserint in effreni voluntate procaciam, et non in decreto canonum, sacrorum ordinem consistere; œconomus autem et curatores propria auctoritate constituisse Ecclesiæ Dei, et ipsius qui tunc Ecclesiam regebat episcopi nomen e sacris diptychis abstulisse; et, ut breviter dixerim, palam ecclesiasticum omnem expulisse ordinem; adjiciens, nutritivisse hanc ipsam istorum temerariam procaciam veteribus et impiis eorum sceleribus, veniam rationi minime congruentem datam. Nam cum præcessores ejus similia facerent, inde gradu facto, redintegrarunt impetum suum ad illis pejora, quorum promeritas olim penas non sustinuerunt; aditum hinc aperientes ne in posterum etiam sibi temperarent. Sed tu, Dei amantissime, dignare a nobis rogatus (potes enim) consacerdotis infirmitates tuas

proprios efficere, obsequens præcipue beato Paulo A
dicenti : *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra* ²⁸. Et si longe a magna urbe Antiochena est constituta civitas in qua acerba hæc perpetrata noscuntur, aliquos Dei amatissimos episcopos ipsi urbi vicinos et personas non accipientes, ad audiendum hanc causam sanctitas tua discernat. Formidat enim religiosissimum illum metropolitanum episcopum, utpote ex odio adversus eum flammæ furoris adversariorum ipsius vim præbentem atque materiam. Et si quidem convicti fuerint in quibus accusantur, ii de quibus ipse conqueritur, et qui animi elationem illius Absalom imitati sunt, simili exemplo pariter ac ille plectantur. Adeo enim odit Deus eos qui adversus suos arimantur patres, ut publicitus tanquam patrum invasores in omni mundo infamia notet. Novi autem, Dei amatissime, cum omnes complectaris in Christi visceribus et commiseratione sis plenus, te consolaturum senem et lacrymas ejus tribulationis abstersurum, et te ei actæ improbitatis ostensurum osorem; et sacerdotii adversarios postquam convicti fuerint, furori justo et competenti vindictæ subjiciens, expulsurum, malum quod serpendo paciscitur et communitatem sacerdotii lædit, sapienter excidens. Nam si quis condonaverit iis qui ea quæ non decent præsumunt, et in tantam procacitatem exsiliunt, ut etiam illa perpetrare audeant quæ sacerdotium dedecore opprimant; immerito ac temere misericordiam illis impertiendo, ex eo quod misericordiam pro scelere deprecari conentur et extorqueant: vel illud unum supererit tantum ut omnes Ecclesiarum præsules in lusum et opprobrium fiant ipsis etiam diabolicis instrumentis. Sed Deus ad hoc etiam tuam religiositatem ad sacerdotium promovit, ut et injustitias removeas, et temerarias procacitates comprimas, et sacerdotio laboranti succurras, et propriis maledictis locum non præbeas; sed post cognitionem, ei quidem qui calumniam patitur, si modo patitur, opem feras; illum vero qui calumniam facit, si vere est calumniatus, abscindas. Non igitur tua religiositas arbitretur, huc venisse memoratum Dei amatissimum episcopum, ut injuriam sedi præclaræ civitatis Antiochena inferret: sed quo, mctuens quosdam, sicut ait, seditionibus gaudentes et passioni propriæ militantes, daret ad tempus locum iræ ²⁹: quandoquidem clementiam et mansuetudinem et amorem justitiæ tuæ religiositatis prædicare non cessat. Nec sibi persuadet hac intercessionem dignius se exoraturum. Quocirca illi commentu præsentibus litteris dato, erecto eum esse animo ac fidenti jussimus, ego atque sanctissimus episcopus et consacerdos noster Cyrillus, propter charitatem quæ inter nos regnat; exorabilem te exhibendo scribentibus atque placatum, harum litterarum gerulo modis omnibus te opem laturum. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem plurimum salvare jubeo.

A ἀπόκισται, τινὰς τῶν ἀστυγεϊτόνων καὶ ἀπροσωπολήπτων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀκούσαι τῆς υποθέσεως· ὑφορᾶται γὰρ τὸν θεοφιλεστάτον ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως, ὡς τῆς τῆς μανίας τῶν ἀντιπάλων φλογὶ τὴν ἐκ δυσμενίας κατ' αὐτοῦ παρασχόντα δύναμιν τε καὶ ὕλην. Καὶ εἰ ἐλεγχθεῖεν ἐφ' οἷς ἠτιθήσαν οἱ παρ' αὐτοῦ καταβώμενοι, καὶ εἰς ἀπόνειαν τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἐκείνον μιμησάμενοι, ἐπίσης ἐκείνῳ δέξασθαι καὶ τὴν ἐκ τοῦ παραδείγματος τιμωρίαν. Οὕτω γὰρ μισεῖ ὁ θεὸς τοὺς κατὰ πατέρων ἐπιλιζόμενους, ὡς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει στηλιτεύει τοὺς πατραλοίας. Οἶδα δὲ, θεοφιλέστατε, ὡς πάντας περιπτυσσόμενος ἐν σπλάγγνοις Χριστοῦ, καὶ γέμων συμπαθείας, οικειώσῃ τὸν πρεσβύτερον, καὶ ἀπομάξῃς αὐτοῦ τὸ τῆς θλίψεως δάκρυον, καὶ χαριῆ αὐτῷ τὸ μισοπάνηρον, καὶ τοὺς τῆς ἱερωσύνης ἐπιδοῦλους, καὶ μετὰ τοὺς ἐλέγχους ὀργῇ δικαίᾳ χρυσάμενος, καὶ ἀμύνῃ τῇ πρέπον ἐχούσῃ, παρασκευάσεις ἐκποδῶν γενέσθαι, πονηρὰν νομῆν, τὸ κοινὸν τῆς ἱερωσύνης καταδάπτουσαν, ἐπιστημόνως ἐκτέμνων. Εἰ γὰρ δοίῃ τις, τοὺς τολμῶντας, ἃ μὴ δεῖ, καὶ εἰς τοσοῦτον φθάνοντας θράσους, ὡς καὶ τοιοῦτων κατατολμῶν, δι' ὧν ἱερωσύνην καθυβρίζουσιν, οἰκτελεῖν ἀκρίτως, ἀφ' ὧν τὸν ἔλεον περὶ ἀνομίας θηρῶνται, καὶ παρακαλεῖν· λείπεται οὐδὲν, ἢ πάντας τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶτας παῖγνον εἶναι καὶ τῶν διαβολικῶν ὀργάνων. Ἄλλ' ὁ θεὸς ἐπὶ τούτῳ καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προχειρίσασα, ἐπὶ τῷ καὶ παύειν ἀδικίας, καὶ τλῆμας ἀναστελλεῖν, καὶ ἱερωσύνην καμνοῦσῃ βοηθεῖν, καὶ ταῖς οικειαῖς λοιδορίαῖς χώραν μὴ παρέχειν· ἀλλὰ μετὰ διάγνωσιν, τῷ μὲν συκοφαντούμένῳ, εἴγε συκοφαντεῖται, βοηθεῖν· τὸν δὲ συκοφαντοῦντα, εἰ γὰρ ἀληθῶς συκοφαντεῖ, ἐκτέμνειν. Μὴ τοίνυν νομισῇ σου ἡ θεοσέβεια, ὡς ἐφ' ὕβρει τοῦ θρήνου τῆς μεγίστης Ἀντιοχείων πόλεως κατέλαθε τὰ τῆδε ὁ μνημονευθεὶς θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος· ἀλλ' ὑφ' ὀρώμενός τινος, ὡς φησι, τοὺς παραχαῖς χερύοντας, καὶ οἰκίῳ πάθει στρατευομένους, δέδοικε πρὸς κατὰ τὸν τόπον τῆ ὀργῆ· ἐπεὶ τό τε ἀνεξίκακον καὶ ἡμερον καὶ φιλοδίκαιον τῆς σῆς θεοσεβείας κηρύττων οὐ παύεται· καὶ ἄλλως οὐκ αἰτιώμενος, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δυσωπῶν αἰδεσιμωτέραν γενέσθαι τὴν ἐπ' αὐτῷ μεσιτεῖαν. Διὸ καὶ τοῖς παρούσιν αὐτὸν ἐφοδιάσαντες γράμμασι, θαρβέειν εἴπομεν, ἐγὼ τε καὶ ὁ ὀσιώτατος ἐπίσκοπος καὶ συλλειτουργγὸς ἡμῶν Κύριλλος. Ὡς διὰ τὴν κρατούσαν ἐν ἡμῖν ἀγάπην αἰδεσθεὶς τοὺς ἐπιστελλαντας, βοηθήσεις πάντως τῷ κομιζαντι. Πᾶσαν τὴν σὴν σοὶ ἀδελφότητά πλεῖστα προσαγορεύω.

D minus ut quemquam accuset (absit hoc!), sed quia

²⁸ I Cor. xii, 26. ²⁹ Rom. xii, 19.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΔ'.

Τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας Γενναδίου πρεσβυτέρου καὶ ἀρχιμανδρίτη περὶ τοῦ, Δεῖ παρορᾶν τι τῆς ἀκριβείας μείζονος ἕνεκα κατορθώματος.

(Vide inter S. Cyrilli Alex. Epistolas.)

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΕ'.

Θεοδώρητος Πρόκλιος ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως.

(Exstat inter Opera Theodoret.)

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΓ'.

Θεοδώρητος Φλαβιανῶ ἐπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως.

(Exstat ibid.)

(*) EPISTOLA XVII.

PROCLI SYNODICA.

Initium Synodicæ Ecclesiæ de Proclo factæ.

Non minus, quam quandolibet, etiam nunc opportunè ostendit gratia Dei suam manifestissime bonitatem, contra malitiæ magnitudinem Ecclesiæque ægritudinem virtute clementi resistens; et dum grave profundum metueretur, veloci efficacique medicamine curans, et futurum periculum admirabili et insperato quodam salvationis modo præveniens. Quoniam quidem multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum, qui ex corruptiſſicis seminibus doctrinæ Nestorii surrexerunt, et insiste-

(*) Hujusmodi Synodicæ Procli fragmentum Riccardo incompertum primus edidit Christianus Lupus inter *Epistolas Ephesinas*, cap. 150, ejus opp.

A

EPISTOLA XIV.

Sancti Patris nostri Cyrilli episcopi Alexandriae epistola ad Gennadium presbyterum et archimandritam. Quod connivendum sit in aliquo a juris rigore, majoris emolumenti causa.

EPISTOLA XV

Theodoretus Proclo episcopo Constantinopolitano urbis.

EPISTOLA XVI.

Theodoretus Flaviano episcopo Constantinopolitano urbis.

B

bant; dum pro sanctissima Ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem diligentia usus est ad hujus mali peremptionem; nec tamen sufficit hanc malam plantationem eradicare. Igitur dum subito idem beatissimus a præsentī vita migrasset; tanquam facultatem præsumptionis suscipere qui hanc parturiebant seditionem; neque in occulto habere, neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coercervatæ multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, et urbi pericula Ecclesiæque minabantur incendium. Et certe ista etiam sub illo beatæ memoriæ, huic repugnante languori.

tom. VII, pag. 313, et post ipsum Joannes Garnarius in *Auctario Theodoret*, pag. 653.

FRAGMENTA OPERUM S. PROCLI.

I.

Ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ.

Ἡ θεία φύσις ἀκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἐκθρευτος· καὶ ἔστιν εἰς Υἱὸς, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διαιρουμένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας; τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἐνώσασθαι.

Hæc refert Ephræmius in *Oratione III, ad Dominum*, apud Photium in *Biblioth.*, cod. cccxix; et Anastasius Sinaita lib. *Ὁδηγοῦ* cap. 7, fol. 110; et cap. 10, fol. 166; Leont. Byzant. lib. 1 *contr. Nestor. et Eutyech.* in tom. IV *Antiq. lect.* Canis. Sed inscriptio est: *Proclus in illud*, Puer natus est nobis. *Ipse verè Deus et vere homo, Patri quatenus erat consubstantialis; et mihi quatenus factus est sine peccato, ejusdem naturæ. Divina natura increata, etc.* Ex quibus constat superiorem *Orationem* unam eandemque cum proxima sequenti esse.

II.

Ἐξ ὀμμίας, τῆς εἰς τὸ Παῖδιον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν.

Καὶ τὰς φύσεις τῶ λόγῳ διέλε, καὶ τὴν ἕνωσιν τοῦ μυστηρίου θεολόγησον.

Habentur hæc verba in concilio Chalcedon. in testimoniis sanctorum Patrum, et apud Anastasium Sinaitam lib. *Ὁδηγοῦ* cap. 7, et cap. 10, et Leontium apud Canisium tom. IV *Antiq. lect.* fol. 33.

III.

Ἔστι γὰρ εἰς καὶ μόνος μονογενῆς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ τῶν φύσεων αὐτοῦ εἰς δύο ὑποστάσεων τεμνομένων, ἀλλὰ τοῦ ἀρρήτου λόγου εἰς μίαν ὑπόστασιν ἐνώσαντος· ἐνδοθεν κοσμουμένου τοῦ

Est enim unus et unigenitus Filius et Verbum Dei; naturis ejus non in duplicem hypostasim divisus, sed ineffabili ratione in unam hypostasim conjunctis: intus sanctissimo ejus corpore per

Verbum exornato; foris autem Spiritus sancti protectione custodito; ut ex utrisque claritas naturarum emineat ac elucescat. Sic enim ipsum etiam comedisse dicimus, non modo ante passionem, sed et post resurrectionem, ut naturam corporis sui comprobaret.

Testimonium hoc profert Flavianus episcopus Constantinopolitanus, successor sancti Procli, in suo tomo, quod etiam recenset Anastasius Sinaita in lib. *Ὁδηγού* cap. 10, fol. 196.

Egit etiam S. Proclus aliam Orationem post victoriam de barbaris a Theodosio imperatore relatum, explicans verba illa Ezech. xxviii, 2: *Et tu fili hominis, vaticinare contra Gog, etc.* De qua Socrates lib. vi *Histor.* cap. 43. Quæ non absimilis est illi, quæ de eadem re eodem fere tempore scribit S. Ambrosius lib. ii *De fide* cap. ult. in fine tom. IV, et videtur assuta ex alia quadam Oratione: nam inquit: *Neque vero te, imperator, pluribus tenere debeo bello intentum, etc.* Et tamen tres alios scribit deinde libros ad eundem de eadem re, licet non eodem anno, ut apud Baronium tom. IV. Et ea fortasse ex Procli Oratione illa desumpta sunt. Fragmenta hæc sic tradidi, cum integras Orationes habere non licuit. RICCARD.

FRAGMENTA EPISTOLÆ SANCTI PROCLI AD ARMENIOS.

I.

Ex Joannis Mazentii De Christo professione. In tom. IV. part. 1, Bibliothecæ Patrum Paris. ann. 1644, pag. 457 C.

Sed sciscitaris me fortassis illum novitum vanumque sensum seu vaniloquium, dicens: Quia qui constitutus est crucifixus est, Christum Deum, et Patrem et Spiritum sanctum crucifixum confitetur, si una est Trinitatis natura. Ego autem e contrario objicio tibi, et quæro: Unus ex Trinitate est qui crucifixus est, an aliquis alius extra Trinitatem? Et si quidem Unus, solutum est jurgium; si autem alius aliquis præter Trinitatem, Quartus est sine dubio gloriæ Dominus, et ab illa glorificatione qua seraphim glorificant⁵⁵, existit extraneus. Illa autem animalia Trinitatem laudant, et unitatem constituentur. Hoc autem si non mendaciter docet vox illa, quomodo Quartus quos non plasmavit, salvavit? aut chirographum peccatorum destruxit in cruce⁵⁶; qui non habet potestatem peccata dimittere, si non est secundum te Deus?

Et iterum post pauca: Si autem proferas mihi, dicens: Quia qui constitutus crucifixum Deum Filium, et Patrem et Spiritum sanctum constitutus; super aquam scribis, et super arenam ædificas. Attende igitur catholicæ fidei nervos, et abluere imprudentiam tuam. Quid enim est quod nos sapimus atque sentimus? Quia in hac ipsa essentia et divina natura, qua constat et qua conjunctus et unitus est

Filius Patri sanctoque Spiritui, non dicimus eam deitate passum fuisse, sed carne quam pro nobis assumpsit, et quæ ex nobis et pro nobis est factus. Non autem alius est factus, nisi unus de Trinitate, et crucifixus est carne qua factus est; et non est passus divinitate qua unitus est Patri et Spiritui sancto, ne et ipsos crucifixos pariter dicamus. Si autem diceremus eum divinitate crucifixum, revera in Trinitatem passionem induceremus. Si autem dicimus quod in carne sua passiones Verbum suscepit, confitemur, quia et unus est de Trinitate qui passus est, et Trinitatis natura impassibilis mansit.

Et iterum: Si autem incarnatus non esset passus, haberet fortassis rationem versutissima objectio. Si autem incarnatus passus est; evidenter, quoniam causa incarnationis est crux, hoc crucifixum est quod incarnatum est. Si autem quod incarnatum est, crucifixum est; Pater autem et Spiritus non est crucifixus: unus ergo de Trinitate est crucifixus. Divinitatem vero qua communicat Patri et Spiritui servavit impassibilem. Carne autem, quia ipse solus est factus; ipsa, et solus idem ipse est passus.

II.

Fragmentum ejusdem epistolæ ex epistola 3 B. Joannis papæ II, tom. V Epist. decretalium.

Ex epistola ad Occidentales. Super hæc etiam confitemur unam ex Trinitate increata atque ineffabilem Deum Verbum factum hominem.

III.

Fragmentum ex S. Cyrillo in Symbol. apud concil. Ephesinum part. III, cap. 43.

Scriptis enim et ipse Proclus ad Orientales piissimos episcopos in hæc verba: *Et incarnatus quidem absque conversione is qui speciei est expertus; nascitur autem secundum carnem, qui principio caret; proficit vero per illam secundum corpus aeternam, qui natura perfectissimus est; et passiones sustinet qui passionibus est superior; non in eo quod dicitur sustinens contumelias, sed in eo quod factus est suscipiens corporis passiones.*

Γέγραφε γὰρ καὶ αὐτὸς πρὸς τοὺς τῆς ἐξῆς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους αὐταῖς λέξεσιν ὕδης· καὶ σαρκούται μὲν ἀτρέπτως ὁ ἀνείδεος· τίκεται δὲ καὶ κατὰ σὰρκα ὁ ἀνυπερός· προκόπτει δὲ τῇ κατὰ τὸ σῶμα ἡλικίᾳ ὁ φύσει παντέλειος· καὶ παθῶν ἀρέχεται ὁ πάθων ἀνώτερος, οὐχ ὡς ἢ ὑπομείνας τὰς ὑβρεῖς, ἀλλ' ὡς γέγονε καταδεξιμύρος τὰ τοῦ σώματος πάθη.

⁵⁵ Isa. vi, 3; Apoc. iv, 8. ⁵⁶ Coloss. ii, 14

ANNO DOMINI CDLXII

S. FLAVIANUS

CONSTANTINOPOLITANUS EPISCOPUS

NOTITIA

(*Oriens Christianus*, tom. I, pag. 216.)

Anno Theodosii junioris Aug. 40, secundum Theophanem, Christi 447, Constantinopolitanam sedem Flavianus capessivit, quo anno, Flavio Zenone et Posthumiano coss., v Idus Nov., synodum habuit episcoporum triginta, vel, ut Theophanes scribit, quadraginta. In ea Eusebius Dorilæi in Phrygia episcopus Eutychem archimandritam accusavit, negare Christum assumpta carne, nobis consubstantialem esse. Vocatus Eutyches impietatem confessus est, quam quia retractare noluit, a Patribus proscribi meruit. Per amicos, quorum maxima apud imperatorem auctoritas erat, obtinuit ut iudicium contra se latum in conventu altero coram Thalassio Cæsariensi, Flaviano quoque præside, ad examen revocaretur: palam vero errorem iterum suum affirmavit, nec ejurare prorsus voluit, Romanum papam appellans. Cuncta Flavianus quæ gesta erant litteris duabus retulit Leoni papæ, qui illam ei rescripsit quæ rectæ deinceps de Verbo carne factæ fidei tessera habita est, data Id. Jan., Asterio et Protogene coss., anno 449, quo Ephesina synodus secunda convenit, vi Id Aug. In quo profecto conventu, Dioscorus Alexandrinus nihil non prædatorio more gerens, Eutychem absolute, Flaviano sacerdotium abrogavit, effecitque ut Hypæpam in Lydiæ oppidum amandaretur, ubi statim, seu superveniente, seu ingesta morte, ut scribit auctor *Brevium historiarum Eutychanistarum*, fato functus est.

S. FLAVIANI EPISTOLÆ.

I.

AD LEONEM PAPAM, CONTRA EUTYCHETIS HERESIN.

(*Exstat Græce et Latine inter epistolas S. Leonis; vide Patrologiæ Latinæ tom. LIV, col. 723.*)

II.

AD EUNDEM. ITEM CONTRA EUTYCHANOS.

(*Vide ibid., col. 745.*)

III.

AD THEODOSIUM AUGUSTUM.

(*Mansi, VI, 539.*)

Ἀντίγραφον τῆς ἰδιοχειροῦ πίστεως Φλαβιανοῦ
ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐπιδοθείσης
παρ' αὐτοῦ αὐτῆσάρτι τῷ βασιλεῖ.
Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος; Κωνσταντινουπόλεως τῷ εὐ-

Exemplum fidei Flaviani episcopi Constantinopolitani, manu propria ab ipso scriptæ, et imperatori poscenti exhibitæ.
Flavianus episcopus Constantinopolitanus, piis-

simo et amatori Christi imperatori nostro Theodosio, salutem.

Nihil ita convenit sacerdoti Dei, et dogmatibus erudito divinis, quam paratum esse ad satisfactionem omni poscenti eum rationem de spe quæ in nobis est, et gratia ¹. *Non enim erubesco Evangelium Dei. Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti* ². Quia igitur et nos misericordia regis omnium Christi Dei, sacerdotium Evangelii (1) sortiti sumus, sapimus recte atque inculpabiliter, semper Scripturas divinas sequentes, et expositiones sanctorum Patrum, qui in Nicæa convenerunt, et centum quinquaginta qui hic [Constantinopolis] congregati sunt, et qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinus episcopus; et prædicamus unum Dominum nostrum Jesum Christum, ante sæcula quidem ex Deo Patre sine principio natum secundum divinitatem, in novissimis autem diebus eumdem propter nos et propter nostram salutem ex Maria Virgine secundum humanitatem, Deum perfectum, et hominem perfectum eumdem in assumptione animæ rationalis et corporis, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem matri eumdem secundum humanitatem. In duabus utique naturis (2) consistentes Christum, post incarnationem ex sancta Virgine, et inhumanationem, in una subsistentia et una persona (3) unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Et unam quidem Verbi Dei (4) naturam, incarnatam tamen et inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem sit Dominus noster Jesus Christus. Eos vero qui aut duos filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annuntiant, et non unum et (5) eumdem Dominum Jesum Christum Filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, et alienos esse ab Ecclesia judicamus; et ante omnes Nestorium impium anathematizamus, et sapientes quæ ejus sunt, ac loquentes ea: et abscindantur (6) hujusmodi a filiorum adoptione, promissa recte credentibus. *Et post hæc adjecit, et in adnotationibus scripsit* (7): Domine Christe, adjuva nos, Deus. *Et iterum*: Hæc scripsi mea manu ad satisfactionem vestræ potestatis, et ut confundantur calumniam facientes (8) nostræ bonæ et simplici in Christo conversationi.

¹ I Petr. III, 15. ² Rom. 1, 16.

(1) Vetera omnia exemplaria synodi Chalcedonensis et omnes editiones ante Romanam habent, *sacerdotium tale Evangelii*. Sic etiam apud Liberatum, qui hanc epistolam refert.

(2) Veteres libri et editiones Romana antiquiores. *Ex duabus utique naturis*. Sic etiam Liberatus.

(3) lidem libri et editiones, *inhumanatum in una substantia et in una persona*. Ita etiam apud Liberatum.

(4) *Legendum Dei Verbi*, ut in veteribus codicibus et editionibus, et apud Liberatum.

(5) Libri nostri et antiquæ editiones non habent *voculam et*: Liberatus legebat ut est in libris nostris.

(6) Vetera exemplaria et Liberatus legunt, *sa-*

σεδισταῖν καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ χαίρειν.

Οὐδὲν οὕτω πρέπει ἱερεὶ Θεοῦ, καὶ τῷ τὰ θεῖα παιδεύοντι δόγματα, ὡς ἔτοιμον εἶναι πρὸς ἀπολογία παντὶ τῷ αἰτοῦντι αὐτὸν λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος καὶ χάριτος. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ Ἐὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἐλέει τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, ἱεροῦργοι τοῦ Εὐαγγελίου ἐκληρώθημεν, φρονούμεν ὀρθῶς καὶ ἀνεπιλήπτως, πάντοτε ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐπόμενοι, καὶ ταῖς ἐκθέσεισι τῶν ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης Κυρῖλλου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων καὶ κηρύττομεν τὸν ἕνα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀνάρχως γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἀνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν προσλήψει ψυχικῆς καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Καὶ γὰρ ἐν δύο φύσεσιν ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν σάρκωσιν τὴν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, καὶ ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἐνὶ προσώπῳ, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ μίαν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγου φύσιν, σσαρκωμένην μέντοι, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, λέγειν οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν. Τοὺς δὲ δύο ἰοῦς, ἢ δύο ὑποστάσεις, ἢ δύο πρόσωπα καταγγέλλοντας, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος κηρύττοντας, ἀναθεματίζομεν, καὶ ἄλλοτριους εἶναι τῆς Ἐκκλησίας κρίνομεν. Καὶ πρῶτον πάντων Νεστόριον τὸν δυσσεβῆ ἀναθεματίζομεν, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονούντας, ἢ λέγοντας· καὶ ἐκπέσωσιν οἱ τοιοῦτοι τῆς υἰοθεσίας, τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. Καὶ μετὰ ταῦτα προσέθηκε, καὶ σημειοῖς ὑπεσημήνατο· Δέσποτα Κύριε, βοήθησον ἡμῖν, ὁ Θεός. Καὶ πάλιν· Ταῦτα ἔγραψα τῇ ἑμαυτοῦ χειρὶ, εἰς πληροφορίαν τοῦ ὑμετέρου κράτους, καὶ εἰς τὸ κατασχυνθῆναι τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῶν τὴν ἀγαθὴν καὶ ἀπλήν ἐν Χριστῷ ἀναστροφὴν.

piantes quæ ejus, ac loquentes ea, et abscindantur.

(7) Codices Corbeiensis et Divionensis, et adnotationibus scripsit. Colbertinus, adnotationibus subscripsit, ommissa etiam conjunctione. Annotatio ergo significat subscriptionem, ut infra in libello precum quem Eutyches obtulit imperatori Theodosio. Et Act. i Synod. Chalced., et has ejus pietas subnotavit, ubi vide annotationem Rustici. Vide etiam Act. IV et XI. Vide Synodicon adversus Tragicum Irenæi cap. 179. Unde apud Liberatum pro his verbis legitur, *Et subscriptio*.

(8) Omnia vetera exemplaria habent, *confundantur qui calumniam facientes*. Sed Liberatus non habet vocem qui.

SANCTUS MARCUS

EREMITA

B. MARCUS DIADOCHUS

ET

MARCUS DIACONUS

NOTITIA IN MARCUM EREMITAM.

(GALLAND. *Vet. Patr. Biblioth.*, VIII, Proleg. III.)

I. Inter celeberrimos Ægypti monachos, sæculo IV desinente, floruisse comperitur Marcus, Ἀσκητής sive *Exercitator* κατ' ἐξοχὴν appellatus, quem annos propæ centum agentem se adiisse testatur Palladius (a). De eo item Sozomenus (b) et Nicephorus (c). Utrum vero hic idem fuerit cum Marco eremita, cujus nomine aliquot circumferuntur opuscula ascetica in *Bibliothecis Patrum*, quæ hic primum sistimus, haud satis compertum existimant viri eruditi (d). Id quidem in Basilii *Menologio* manifeste astrui videtur (e), ubi sanctus Marcus sive doctrina, sive miraculorum gratia præstans fuisse traditur; inter quæ illud enarratur quod in catulo hyenæ patravit. Atqui prodigium idem memoriæ prædens Palladius (f), illud Marco monacho ascribit, si Græca respicias; ab re namque ad Macarium Alexandrinum refert interpres; quod probe advertit Tillemontius (g): ut propterea unus et idem esse censeatur Marcus, de quo Palladius et *Menologium*; adeoque sub finem sæculi IV floruerit opusculorum auctor de quo hic sermo.

II. Atque in hanc sane sententiam aliquando descendimus: nunc vero demum, re penitus inspecta, in aliam abeundum existimamus. Primum enim antiquiores, Palladius inquam et Sozomenus, Marcum Macariis coævum ab ineunte quidem adolescentia sacræ Scripturæ libros memoria tenuisse perhibent: at ipsum in libellis conscribendis ope-

ram possuisse, aut aliqua litteris consignata post se reliquisse nusquam produunt. Præterea, ut apposite vir doctus (h), Epiphanium quemdam nominat auctor (i) quem appellat *religiosissimum filium*; neque enim Marcus Palladianus, monachus in Celliis ut videtur degens (j), eo nomine compellasset Epiphanium Eleutheropolitanum, qui primum monasticam vitam in Palæstina professus, magno Hilarione magistro usus, deinceps anno 368 Salaminæ in Cypro episcopatum sortitus est (k). Longe alius igitur a Constantiensi episcopo fuerit Epiphanium eo loci ab auctore memoratus; quem nimirum cum Ancyrae adiisset Nicolaus quidam, ut ibidem narratur, e sanctis locis Constantinopolim rediens, ab eo in disciplinam susceptus fuit atque in viam salutis deductus. Monachum enimvero agebat circa sæculi V medium Epiphanium nescio quis, cui sancti Nili epistolam inscriptam habemus (l): quem tamen eundem esse cum eo cujus meminit noster auctor, affirmare non ausim. Uticunque autem se res habeat, cum laudato viro erudito existimaverim equidem, sub initium sæculi V scriptorem de quo loquimur claruisse, si fides habenda Nicephoro (m); qui eum et sancti Joannis Chrysostomi discipulum fuisse, et eadem tempestate qua Isidorus Pelusiota, Nilus ac Theodoritus, floruisse tradit.

III. Multa porro sanctum Patrem nostrum litte-

(a) Pallad. *Hist. Laus.*, cap. 21.
 (b) Sozom. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 29.
 (c) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XI, cap. 35.
 (d) Tillem. *Mem. eccl.* tom. X, pag. 457-801.
 (e) *Menol. Basil.* part. III, pag. 5.
 (f) Pallad. l. c. cap. 20, pag. 931.
 (g) Tillem. l. c., tom. VIII, pag. 811.

(h) Remond. præfat. ad S. Marc. mon. Serm.
 (i) Marc. opusc. V, § VI.
 (j) Tillem. l. c., tom. X, pag. 457.
 (k) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 1045.
 (l) Nil. *Epist. LIII*, lib. VI, pag. 487 edit. Allat.
 (m) Niceph. *Hist. eccl.* lib. XIV, capp. 30, 54.

ris consignasse, memoriae proditum. Octo ejus libellos asceticos se legisse testatur Photius (a) : quibus accesserat nonus *adversus Melchisedecitas*. Plura memorat Nicephorus (b) : quorum tamen pars maxima aetatem non tulit. Et priora quidem octo ascetica opuscula Photio perlecta, quamvis alio ac in editis ordine digesta, jamdudum ex interpretatione Joannis Pici Parisiis in vulgus exierunt ; quæ postea ibidem Græce simul et Latine in *Auctario Ducæano* prodire. At vero haud ita pridem fuerunt vulgata, quæ antea in editis desiderabantur : nimirum pars posterior opusculi vi, ubi auctor agit *De jejuniis* ; cujus tamen versionem jam ab anno 1574, Venetiis ediderat Petrus Franciscus Zinus cum aliis sanctorum Ephremi, Nili et Isaiaæ ascetæ scriptis, ut auctor est Fabricius (c), nec non sermo *De Melchisedech*, Photio laudatus. Hæc autem ex ms. codice Græco papyraceo qui omnia sancti Marci monachi opera Photio recensita complectitur, anno demum 1748 Romæ in lucem protulit notisque illustravit V. C. Balthassar Maria Remondinij, Zacynthi ac Cephaleniæ episcopus : quæ quidem omnia opusculis asceticis jam pridem vulgatis, in varias tamen sectiones pro more nostro distincta, subjicienda curavimus. — Præter sancti Patris nostri scripta hactenus memorata, circumfertur adhuc in Bibliothecis Patrum ejusdem nomine inscriptæ *Epistolæ II fragmentum*.

IV. Nostri demum officii esse ducimus, nonnulla hoc loci advertere, quæ indubia sancti Patris scripta recipiunt. Et primum quidem, in vulgatis codicibus præmittitur auctoris nostri operibus, ipsius nomine inscripta homilia *De paradiso et lege spirituali*, quam constat sancto Macario Ægyptio esse tributam, estque inter Macarianas xxxvii, ut post viros doctos admonuimus in Prolegg. ad t. VII *Biblioth. Patr.*, cap. 1, § 5. Præterea ab optimo ac erudito sodali nostro Joanne Baptista Galliciolio accepimus, sancti Patris nostri opusculis varia ex modo laudatis homiliis Macarianis fuisse intexta ; neque enim ex Marci monachi opusculorum laciniis illas Macarii homilias fuisse consutas, fas fuerit existimare. Sed, ut ut est, inde illud commodi accessit, ut collatione instituta lacunæ aliquot quæ in antea editis comparent, expletæ fuerint, locaque mutila sanitati restituta. Quod quidem ut compertum fiat ex homilia viii sancti Macarii §§ 2 et 6, desumpta sunt κατὰ λέξιν quæ occurrunt §§ 26 et 27 opusculi vi sancti Marci *De temperantia*, ubi duo loca suppleta : alterum in Interrogatione, sic : Εἰπέ ἡμῖν, ἐν ποιοῖς εἰ μέτροις ; alterum in Responsione, in qua hæc fuerant ommissa, ἄλλη ὥρα υἱὸς βασιλέως, οὕτω θάρρει τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ ὡς πατρί, ob voces nimirum ὡς πατρί repe-

titas. In eodem quoque opusculo vi sancti Marci, quæ habentur § 21 ab his verbis : Τὰ δὲ πράγματα οὕτως ἐστίν, *Res autem sic se habet*, exstant in sancti Macarii opusculo vi *De charitate*, § 12. Confer item, si lubet, quæ leguntur § 28 laudati opusculi vi sancti Marci, cum iis quæ docet sanctus Macarius in eodem opusculo vi, § 30. Cætera omitimus.

V. Antequam vero manum de tabula, superest admonendum cum viris doctis, Joanne Maria Brasicellano in *Romano indice* anni 1607, Bellarmino, Labbeo et Combefisio in suis *recensitis Auctoribus* (d), *Marci monachi opuscula complures continere sententias a recta fidei regula exorbitantes, hæretica manu fortasse corrupta*; adeoque *caute semper et acri judicio legenda, propter sentes et vepres errorum, in quos nonnunquam offendi possit*, ut alicubi notandum curavimus. Photius enimvero *Quædam in auctore nostro notat obscura* (e), *quo ferme vitio laborant qui ascetica ejusmodi scribunt, ipsa magis operibus quam verbis condiscenda*. Quin et de opusculo nuper edito *Εἰς τὸν Μελχισεδέκ*, hæc habet : Ὁ δὲ θ' (λόγος) κατὰ Μελχισεδεκτιῶν ἀγωνιζόμενος, οὐδὲν ἔλαττον τὸν γεννησάμενον αὐτὸν αἰρέσεως ἔνοχον οὐ μετριωτέρως στηλιτεύει. Quæ quidem verba ita reddenda censet apud Fabricium (f) *Mathur. Weiss. la Croze* : *Liber nonus decertans adversus Melchisedecitas, non minus ipsum parentem haud levioris hæreseos reum peragat*. Aliter tamen visum viris doctis, qui Photiana verba modo recitata eo sensu passim acceperunt, quo Marcus monachus eo in sermone adversus Melchisedecitas depugnans, in sui ipsius parentem hæreseos hujus labie contaminatum invecus fuisse perhibetur. Ita sane Labbeus (g), Tillemontius (h) et Caveus (i), ut Schottum Photii interpretem aliosque omittamus. Quibus addere libet eruditissimum ejusdem sermonis editorem, qui hujusmodi verba expendens § 11, δὲ ἀνάγκη, ὡς ἀνθρώπου, hæc habet (j) : *Nullus dubito quin hic sanctus Pater aggrediatur alloqui genitorem suum, in quem cum Melchisedecitis sententiam nihilo minus quam in illos stygum acuisse sanctum Marcum, Photius memoriae traditum reliquit. Profecto illud ὡς ἀνθρώπου, o homo, videtur esse compellantis hominem notum, et tantum non de nomine inclamantis*. Hactenus V. C. Qui et in Præfatione, hujusmodi eodem de sermone judicium tulit : *Sermo de Melchisedech, inquit, cum amplissimum illud de regno justitiæ et pacis et de sacerdotio Christi vaticinium, in persona Melchisedech editum, difficilis, ut ait D. Paulus, interpretationis, lacule ante explicat*; tum vero etiam convellendis, si qui adhuc uspiam sunt, *Melchisedecitarum argumentis usui esse potest*.

(a) Phot. *Bibl. cod. cc*, pag. 519.

(b) Niceph. *Hist. eccl. lib. xiv*, cap. 54.

(c) Fabric. *Bibl. Gr. tom. VIII*, pag. 350, num. 6.

(d) Labb. *Dissert. de script. eccl.*, tom. II, pag. 50.

(e) Phot. *Bibl. cod. cc*, pag. 521.

(f) Fabric. *Bibl. Gr.*, tom. IX, pag. 445.

(g) Labb. *Dissert. de script. eccl.*, tom. II, p. 51.

(h) Tillem. *Mem. eccl.*, tom. X, pag. 801.

(i) Cav. *Hist. litt.*, tom. I, pag. 373.

(j) Not. 15 ad opusculum *De Melchisedech*.

NOTITIA ALTERA.

De S. Marco Eremita et Marco Diadocho.

(Jus. FESSLER, *Institutiones Patrol.*, II, 631.)

Marcus eremita, S. Chrysostomi discipulus cæ- A
teroquin ignotus, ineunte sæculo v floruit (a).

Ejusdem *Opuscula ascetica* x hodie supersunt (b),
scilicet :

1. *Tractatus de lege spirituali* (qui 201 sententiis
constat), explanans quo sensu *Lex spiritualis* dicitur,
tum quæ sit cognitio, quæ actio eorum, qui
legem spiritualem observare volunt.

2. *Tractatus de his qui putant se ex operibus justifi-*
ficari (qui 211 sententiis constat), ostendens gra-
tiæ divinæ necessitatem fideique præstantiam (c),
et redarguens nimiam in vires proprias fiduciam B
animumque de bonis operibus elationem.

3. *Tractatus de pænitentia* (*μετάρροια*), quam
cunctis Christianis semper necessariam nec un-
quam dimittendam esse demonstrat, atque tribus
præcipue contineri asserit, exstirpandis malis cog-
itationibus, orando sine intermissione ac obve-
nientes afflictiones perseverando.

4. *Responsio ad eos, qui de divino baptismo du-*
bitant, exponit necessitatem et efficaciam baptisimi,
relationem agonis Christiani ad gratiam baptismi
perfectam, nec non peccati originalis (quod ipse
vocat *mortem*, scil. animæ) ad baptismum, ad cer-
tamen spirituale et peccatum personale.

5. *Præcepta animæ salutaria* Nicolaum mona-
chum egregie prudenterque instruunt, qua ratione, C

1 Rom. vii, 14.

(a) Unus hujus rei testis est Nicephorus Callistus
in *Hist. eccles.* lib. xiv. c. 55 et 54. Ab hoc Marco
distinguendus est abbas Marcus, dictus Exercitator,
paulo antiquior, de quo Palladius in *Hist. Laus.*
c. 21, et Sozomenus *Hist. eccles.* lib. vi, c. 291.
Cf. Tillemont. t. X, Silvain (p. 457). Nota (p. 301)
et Galland. *Bibliot. Patrum* t. VIII, Prolegom. c. 1,
n. 1, 2.

(b) Nicephorus Callistus l. c. c. 54, longe plura
hujus Marci scripta commemorat, quorum argu-
menta paucis perstringit. Ejusdem Marci scripta
ascetica generatim laudant Joannes Antiochenus
patriarcha (sæc. xii) in Cotelerii *Monum. eccles.*
Græcæ t. 1, p. 167, et poeta anonymus Græcus, qui
scripsit iambos in tractatus asceticos SS. Patrum D
(*Amaduntii Anecdota litterar.* Romæ 1773, vol. II,
p. 28) Marci que *Opuscula* vocavit *σοφῶν Μάρκου
πρωκτικωτάτους λόγους*. Dudum vero antea Pho-
tius cod. 200. (p. 268-69) *opuscula* Marci, quæ ho-
die ejus nomine circumferuntur, uno excepto, legit
ac descripsit, alio tamen ordine. His Marci *Opus-*
culis, quæ proximo sequuntur, præmittitur ali-
quando Proemii loco ejusdem nomine inscripta
Homilia de paradiso et lege spirituali, quæ etiam
inter homilias S. Macarii Ægyptii reperitur tan-
quam homilia 57, atque huic communi eruditiorum
calculo attribuitur.

quibus mediis in pugna spirituali victor existere
ac perniciosas affectiones superare queat, potissi-
mum cavendas monens ignorantiam, oblivionem et
soccordiam, n. 12 cf. op. 7, n. 21 (d).

6. *Capitula de temperantia* (*μετῳλάτεια ὑπηκτικῆ*)
plerumque allegoriis e S. Scriptura petitis descri-
bunt status varios eorum, qui in via perfectionis
ambulare incipiunt magisque proficiunt; eadem
summum perfectionis scopum et quasi culmen (e)
ob oculos ponunt, simul ad studium perfectionis
incitant atque informant.

7. *Disputatio cum quodam Causidico* duplicem re-
sellit accusationem, tum quod monachi dicentes,
non esse in jus vocandos eos, qui injuriam inferunt,
justitiam præter leges, tum quod abstinentes ab
operibus corporis *otium præter naturam* sectari vi-
deantur; hinc digressus valde commendat veram
orationem ad Deum atque humilitatem, discrimen
monachorum et hominum sæcularium scite expli-
cat, denique commoda ex rebus adversis hominibus
obvenientia exhibet.

8. *Consultatio intellectus cum sua ipsius anima*
est allocutio rationis ad animam, qua veros peccati
fontes, studium vanæ gloriæ laudisque humanæ et
corporis voluptatem illi proponit, eosque rejectis
quibusvis aliis prætextis causis peccati obstruendos
gravissime urget.

(c) Quo sensu autem fides ab eo accipiatur, ne-
cesse est propriis ipsius verbis declarare, ne vox
ista minus recte intellecta falsis opinionibus an-
sam præbeat. Sic autem ipse: *Fides est, ut non
solum in Christum baptizemur, sed etiam ejus man-*
data opere compleamus (*Opusc.* iv, resp. 2, 14,
17). Huic itaque fidei opera quæ absque fide pe-
perantur ideoque non justificant, opponi

(d) Ex hoc opusculo nomine Marci *sapientissimi*
inter ascetas jam olim S. Joannes Damascenus in
lib. *De virtutibus et vitiis* (opp. t. I, p. 510) locum
quemdam laudavit, scilicet n. 12, 13, cf. n. 3, 4,
item opusc. I, n. 62, 79, 98, 102, 103, 107; opusc.
II, n. 80, 97, 114. Eidem opusculo in editionibus
opp. Marci subjungitur *Nicolai hujus rescriptum*
ad Marcum, quo illi gratias agit ob præcepta hæc
salutaria sibi tradita.

(e) Hic vero notatu dignum, culmen istud ab
auctore nostro in ea *ἀπαθεία* seu affectuum caren-
tia reponi, quam nonnulli veterum (ut S. Nilus et
S. Joannes Climacus) bene, alii (ut Evagrius) mi-
nus recte intellexerunt. Opusculum hocce Photius
non memorat, unde dubitatio quædam de ejus au-
thentia suboritur. Cf. Remondini not. in Marci
opusc. *De jejuniis* (Galland. t. VIII, p. 101), qui ar-
gumentis sat validis authenticam horum de *tempe-*
rentia capitulorum impugnat.

9. *Tractatus de jejuni*, in quo non solum jejunii utilitatem spirituales, verum etiam humilitatem disertis verbis extollit.

10. *Tractatus de Melchisedech*, cum amplissimam illam de regno justitiæ et pacis et de sacerdotio Christi prophetiam, in persona Melchisedech dictam, interpretatu difficilem, luculente explicat, tum vero etiam convellendis Melchisedechitarum (de quibus vid. S. Epiphanius hæres. xxv) argumentis incumbit (a).

Observarunt viri eruditi, in homiliis S. Macarii Ægyptii et in opusculis Marci complures locos iisdem verbis conceptos deprehendi, adeo ut ex uno auctore in alterum translatis videantur (b). Nec illud prætereundum, Marci hujus opuscula ob ipsius argumenti naturam, quæ vel sagaciori intellectu, vel continua mandatorum executione indigeat aliquando paululum obscuriora esse; imo *cautissime semper et acri judicio legenda esse propter errores*,

(a) His Marci scriptis addere oportet *Fragmentum ex S. Marci epistola II in Bibliothecis Patrum* obvium et ap. Galland. t. VIII, Prolegom. c. 1, n. 4 recusum.

(b) Cf. Galland. t. VIII, Prolegom. c. 1, n. 5.

(c) Vid. Photii Cod. 200 (p. 269), J. M. Brasichellani Index librorum expurgandorum Romæ 1607, t. 1, p. 173-79. c. Bellarmin et Labbe *De scriptor. eccles.* ed. cit. p. 316. Galland. l. c. n. 6. — Editio præstantissima Gr. et Lat. exstat in Galland. *Biblioth. Patrum* t. VIII, p. 1-104. De aliis prioribus editionibus, nec non de opusculis hujus Marci cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 266-69, edit. nov. et vol. XIII, p. 753, edit. vet. G. Cave vol. 1, p. 373 et Cas. Oudin. t. 1, p. 903-8.

(d) Ejus dignitatem episcopalem et sedem codd. mss. jam sic indicabant Photii ætate, vid. Photii cod. 201 (p. 269-70). Hunc eundem Diadochum esse putant, quem Victor Vitensis in Prologo *Histor. persecut. Vandal.* magna cum laude memorat: cf. Ruinart. Not. 3 in *Victoris Vit. histor.* cit. Neque improbabile est, *Didacum episcopum Phocæ* (al. *Fotica*), qui in *Epistola episcoporum veteris Epiri ad Leonem imp.* (concil. Chalcedon. p. III,

* Hæc post Fabricium Jos. Feßler, et Fabricius post Oudinum; sed editio Græca, si unquam existit, jam nullibi comparet. Edit. Paris.

A in quos incidisse nonnullis, verba quædam dæriora interpretationis Latine attendentibus visus est eo tempore, quo textus Græcus nondum fuerat editus (c).

Huic Marco adjungi solet *DIADOCHUS*, Photices in veteri Epiro sive Illyrico episcopus, qui, vel exunte sæculo IV, vel potius juxta alios circa medium sæculi V floruisse creditur (d). Is reliquit *centum capita ascetica de spirituali perfectione*, quibus *definitiones decem* præcedunt (e). In his virtutes principales Christiani hominis exponuntur, varii gradus in via perfectionis describuntur, pericula salutis ac subsidia virtutum indicantur, supremus denique finis, in quem omnibus viribus conniti decet, monstratur. Præterea ipsius nomine exstat *Homilia adversus Arianos* (f), quam tamen vetustioris cujusdam *Marci Diadochi* setum esse alii autumant, et *Sermo de ascensione D. N. Jesu Christi* (g), ubi etiam de Verbi incarnatione doctrina catholica sat bene exponitur.

c. 58, ap. Mansi t. VII, col. 619) subscriptus legitur, illum ipsum esse Diadochum episcopum Photices, corruptis per librarios (quod haud raro contigit) nominibus propriis. Cf. Ceillier t. VIII, cap. 13, n. 1 (p. 531-32) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 265-66.

(e) Capita hæc, de quibus vid. Photius cod. 201 (p. 269-70), item S. Maximus confessor in *Disputa. cum Pyrrho* (opp. S. Maximi ed. Combefis., Paris. 1675, t. II, p. 168, cf. ibid. p. 153); item inter ejusdem quæstiones et dubia interrogat. x (ibid. t. I, p. 505), edita sunt Latine ex Fr. Turriani versione Florentiæ 1570 in 8°, iterumque Antverpiæ 1575, *Ingolstadii* 1585, *Lugduni* 1627, et in *Bibliothecis Patrum*, tum etiam Græce Florentiæ 1578 in 8°. Cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. IX, p. 266-68. Ceillier l. c. n. 2-17 (p. 552-52).

(f) *Homilia adversus Arianos* Græce et Latine edita est a R. Wetstenio ad calcem Origenis, *De oratione*, Basileæ 1694, p. 152; recusa in *Bibliotheca* Gallandii, tom. V.

(g) Primus edidit Angelo Mai *Spicil. Rom.* IV, xcvi-cvi.

NOTITIA IN MARCUM DIACONUM.

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, t. IX, Proleg. p. xviii.)

I. Marcus, in Asia ortus ut videtur (a), primum quidem calligraphus (b), deinde a beato Porphyrio episcopo Gazensis Ecclesiæ diaconus ordinatus (c), ejusdem sancti præsulis laborum atque itinerum comes individuus ad supremum usque vitæ ipsius diem fuisse perhibetur (d). Qui proinde rerum ab eo gestarum historiam omni fide testatam, haud pro-

D cul ab illius obitu, id est, circa annum Christi 422 memoriæ tradidit; simplici quidem stylo conscriptam, sed præclaro veritatis candore, ut inquit magnus Baronius (e): ubi et multa scitu digna narantur, quæ alibi frustra quæras. In eandem sententiam de hoc ingenuo scriptore doctus Henschenius (f): *Est is, ait, diligens et veritatis cultor et*

(a) Marc. Vit. S. Porph. § 5.

(b) Id. ibid.

(c) Id. ibid. § 25.

(d) Id. ibid. § 3.

(e) Baron. *ad ann.* 398, § 98.

(f) Hensch. *ad Act. SS. Febr.* tom. III, pag. 644 num. 7.

illorum temporum gnarus historicus; vir, inquam, admodum eruditus, ut ex tota Vita hujus (sancti Porphyrii) serie accurate deducta conspiciitur. Neque aliter de nostro diacono censuere viri doctrina et eruditione præstantes quos inter, ut alios prætereamus (a), eminent Norisius (b), Tillemontius (c) atque in primis Mazochius (d); quorum postremus Marci opus quantivis pretii monumentum neque sine maximo fructu legendum, appellare non dubitat.

II. Hanc porro sancti Porphyrii Vitam a Marco diacono litteris consignatam, ex interpretatione Gentiani Herveti minus quidem expolita ediderunt Lipomanus et Surius nec non socii Bollandiani ad diem 26 Februarii. Dolendum sane nondum in lucem erutum textum Marci Græcum, quem inter mss. codices bibliothecæ Vindobonensis exstare nos edocet Lambecius (e). Verum, ut cum Mazochio loquar (f), quo interim æquiore animo hujusmodi seramus incommodum, ea ipsa interpretis rudis simplicitas efficit; qui cum fidissime verbum verbo appendat, ubicunque demum adire fontem usus possiderit, haud difficile fore auguror ex Latinis Hermetianis Græca Marci scriptoris restituere, ut propterea iniquum plane fuerit de hujusce monumenti sinceritate vel tantillum dubitare: tanta est hujus historię bonitas, gravitas, simplicitas atque in oculos incurrens elegantia. Hæc autem eapropter adnotasse libuit, ut iis occurramus quibus Dn. abbas de Longuerue et Claudius Castellanus, viri cætera eruditissimi, opusculi quo de agimus, integritatem elevare sunt aggressi.

III. Et ille quidem lectores admonendos existimavit (g) acta illa sancti Porphyrii quæ circumferuntur, non esse genuinum Marci diaconi opus, licet hactenus ea tanti fecerint viri maximi, quos ideo miratur. Nam hæc acta, inquit, non habentur jam nisi a Simeone Metaphraste, qui quam plurima et absurda in Marci opusculum intrusit. Non omnia itaque, subdit, in hac metaphrasi seu potius paraphrasi, recipienda; sed ad examen singula sunt revocanda. Hæc aliaque ille, Baronii videlicet auctoritate ductus, ut ipse ait, qui hæc acta descripsisse testatur Metaphrastem (h), a quo sua Lipomanus et Surius hauserunt. Haud equidem inficias iterum id loco citato testari Baronium. Verum ipsemet quod ibi minus pensiculate pronuntiavit, curis posterioribus doctior factus sententiam suam diligentius exposuit. Verba enim faciens in Annalibus de Marci opusculo, præter superius allata, hæc iterum habet (i): *Multa scitu digna omnique fide testata (Marcus diaconus) posteris commen-*

A davit, licet rudiori stylo et versione scrupulosa ad verbum reddita, appareant minus compta. Sed ad ornatum satis ipsa sibi veritas est, cujus fulgore obscura quæque nitescunt. Hæc Baronius: ubi videas unius interpretationis Hermetianæ mentionem injici, neutiquam ad Metaphrastæ paraphrasim, sed ad textum auctoris primigenium exactæ ac totidem verbis expressæ. Quæ cum ita sint, baud erat sane quod V. C. ad hujusmodi opusculi sinceritatem oppugnandam, Baronii judicium ex ejus notationibus in Martyrologium Romanum proferret; in primis vero postquam vir ille maximus præscripsit, ut si quid in iisdem notationibus legenti occurreret quod ab Annalibus differret, ex his in posterum emendarentur illæ. Quod autem, inquit (j), in nostris notis ad Martyrologium Romanum negatum est, Lucium esse passum sub Volusiano, ex Annalibus errorem corrigere: sicque semper cum videris discrepare ab iisdem notis Annales, eas ex his emenda. Nunquam hactenus concessum doleo, ut easdem singulas recognoscerem, licet luci cupidus typographus, eas ab auctore posuerit esse recognitas in pagina limitari. Huc usque Baronius.

IV. Claudius quoque Castellanus, eruditissimi abbatis de Longuerue vestigiis insistens, de monumento hujus integritate dubitare animum induxit, illudque a Metaphraste fuisse interpolatum censuit (k). At ejus dubitationem diluit cl. Mazochius his verbis (l): *Incidit Castellanus, inquit, in Vita Porphyrii Græcum compendium manu exaratum in Regia bibliotheca num. 2010. Id vero volumen non intus, sed in dorso Metaphrastis nomen inscriptum habebat, de quo vide eundem Castellanus (m). Estne vero id satis, ut fusiori alteri Vita ab Herveto Latine reddita, quæ veritatis characteres ad miraculum omnes signatos habet, ex Metaphrastica manu fuci aliquid aut alienæ incrustationis accesserit? Quid enim, obsecro, in tota hac Vita usquam Metaphrastici occurrit? cujus stylum potius anti-Metaphrasticum vere licebit appellare. Mitto quod externæ librorum inscriptiones, quas non ipsi librarii, sed ineptissimus quisque glutinator aut quivis alius e trivio solebat dorso illinere, plerumque fallunt, nec quidquam fidei merentur. Hæc vir doctissimus: qui præterea illas inter difficultates ex historia petitas quibus hæc Vita intricatur, eam potissimum enodandam sibi sumpsit, quæ maxima planeque insuperabilis vulgo habetur: quo pacto scilicet Praylii qui sanctum Porphyrium presbyterum ordinavit, episcopatus Hierosolymitanus cum Joannis item Hierosolymitani temporibus componatur. Cæ-*

(a) Mallinerot. *Paralip. de hist. Gr.*, pag. 40. G. J. Voss. *De hist. Gr.* lib. II, cap. 20, pag. 258. Longuer. *De var. epoch. vet. Orient.*, pagg. 13, 107, 148 sub fin.

(b) Noris. *De epoch. Syromac.* Dissert. V, capp., 2, 3.

(c) Tillem. *Mem. eccl.* tom. X, pagg. 703 et 848, § 9.

(d) Mazoch. *Comment. in vet. marm. eccl. Neapol. katend.* vol. I, pag. 71.

(e) Lambec. *Comment.* lib. VIII, pag. 92.

(f) Mazoch. l. c.

(g) Longuer. l. c., pag. 145.

(h) Baron. in not. ad Martyrol. Rom. sub die xxvi Febr.

(i) Id. ann. 401, § 16.

(j) Id. ad ann. 257, § 3.

(k) Chatelain, *Martyrol. Romain*, pag. 777 seq.

(l) Mazoch. l. c. pagg. 79 et 72.

(m) Chatelain l. c. pag. 790.

teras enim copiose complexus est Tillemontius (a). A
Ad hæc idem V. C. subinde laudatus summum
tutusque opusculi pretium perpendens, atque incre-
dibile dictu reputans (b), quantâ antiqui moris
penus ex hac Vita depromatur; in eam aliquot
Animadversiones, missis aliorum observationibus,
clucubravit, dignas enimvero quæ ab eruditis viris
perlegantur; quasque propterea editioni Bollan-
dianæ (c) nobis hic descriptæ, jure optimo duximus
subjiciendas.

V. Hactenus dictis illud quoque adjicere fortasse
juverit, Marcum diaconum in hac sancti Porphyrii
Vita conscribenda Gazensium æra fuisse usum.
Mensium enim Gazensium semel iterumque men-
tionem injicit. Et primum quidem (d) : *Ἐπεὶ αὐτὴν,*
ἐρρηκετὶ θεὸς non plures primo mense, qui
ab eis (Gazensibus) vocatur Dios; deinde etiam se-
cundo, qui dicitur EPILLOS [leg. Apellæus], etc. Et
infra (e) : *Ἐστὶ αὐτὴν ἀπὸν εὐς ΛΥΔΕΝΕὺς [leg. Audy-*
naeus] ἀπὸν Ῥωμανὸν Ἰανουαρίου. Πρῶθεντὶ αὐτὴν
quinque diebus earum menses, Romanos. Undecimo
vero die peregrinus diem Theophaniorum Domini
Jesu Christi: id est, die VI Januarii, stylo Romano.
Præterea subdit auctor (f) : *Ἐναυγισμὸν Ἰανουα-*
ρίου tertio ἸΑΝΤΙΟΝ, qui est apud Romanos octavus
decimus Aprilis. Denique ait (g) : *Ἐπισημῶν αὐτὸν*
Porphyρίου... ἰν πᾶσι δὸρνιπὸν μετὰ ἁγίοις, secundo
(die) mensis DYSTRI, anno, ut est Gazæorum com-
putatio, quadragentesimo octogesimo. Quapropter
ut scriptoris nostri sententia clarius pateat, Gazen-
sium menses cum Romanis compositos hic subi-
ciendos existimamus.

I. Δίος,	<i>Dios.</i>	November.
II. Ἀπελλάτος,	<i>Apellæus.</i>	December.
III. Αὐδυνατός,	<i>Audynaus.</i>	Januarius.
IV. Περτίτιος,	<i>Peritius.</i>	Februarius.
V. Δύστρος,	<i>Dystrus.</i>	Martius.

VI. Ἐραθικός,	<i>Xanthicus.</i>	Aprilis.
VII. Ἀρτεμίσιος,	<i>Artemisius.</i>	Maius.
VIII. Δαίσιος,	<i>Dæsius.</i>	Junius.
IX. Πάνεμος,	<i>Panemus.</i>	Julius.
X. Δῶος,	<i>Lous.</i>	Augustus.
XI. Γορπιάτος,	<i>Gorpians.</i>	September.
XII. Ὑπερβρεταίος,	<i>Hyperbretæus.</i>	October.

Porro de bis Gazensium mensibus quorum singuli
quinque diebus Romanos præcedunt, ut ex ipso
Marco modo didicimus (h), Fabricium consulere
operæ pretium fuerit (i). Cæterum de Gazensium
æra initio, cujus postremo loco nobis modo recitato
meminit auctor, variæ circumferuntur eruditorum
opiniones, quas excutit evertitque cardinalis Nori-
sius (j); statuens proinde cum ex Marco diacono
aliisque scriptoribus, tum ex numismatibus in Chri-
stianissimi regis cimeliario asservatis, Gazenses
æram suam inchoasse anno periodi Julianæ 4655
urbis Romæ 695, Olympiadis 179, anno IV, ante
æram Christianam LXI, cyclo solis v lunæ XVII M.
Pupio Pisone et M. Valerio Messalla coss. Cum vero
scribat Marcus supremum diem obiisse sanctum
Porphyrium die secundo Dystri anno Gazensium 480
episcopatus ab eo gesti XXIV, mense XI, inde conclu-
dit eminentissimus scriptor, anno Gazensium 455
vere circiter ineunte, Porphyrii ordinationem con-
tigisse; adeoque ejusdem beati præsulis obitum in
die XXVI Februarii incidisse anno Christi 420. V. C.
1173, imp. Theodosio IV, et Constantio III coss.
In eandem ferme sententiam Pagius (k) et Dn. ab-
bas de Longuerue (l); quorum tamen posterior in
aliis nonnullis a placitis Norisianis dissentit. Ver-
um hæc de re præterea Tillemontium præstat ad-
ire (m); qui plurâ non contemnenda cum de anno
quo fuit ordinatus sanctus Porphyrius, tum vero
de illius anno emortuali, diligenter pro more suo
animadvertit.

EX S. P. N. MARCI EPISTOLA II.

(Fragmentum.)

Auscultantium verbum Dei et fructum bonum producentium signa sunt hæc: gemitus, fletus, attentio,
silentium, demissio, perseverantia, quies, capitis motus, gravis luctus, dolor cordis ex pio affectu procedens.
Opera vero, vigilia, continentia, jejunium, mansuetudo, magnanimitas, assidua oratio, sacrarum
litterarum cura, fides, humilitas, fraterna dilectio, labor, adversitatis perpassio, charitas, subjectio, pro-
bitas, morum aptitudo et universorum lumen, qui est Dominus. Contra, egrum qui æternæ vitæ fructum
non faciunt, indicia sunt ejusmodi: acedia, elatio, despectus, mentis evagatio, murmur, levitas. Opera
autem, edacitas, prodigalitas, ira, furor, detractio, fastus, arrogantia, incredulitas, importunitas loquen-
di, seditio, oblivio, turbatio, turpis questus, avaritia, invidia, rixa, fastidium, blateratio, risus, gloriæ
libido, omnisque ebrietas, qui Satanas est (1).

(a) Tillem. *Mém. eccl.* tom. X, pag. 843 seqq.

(b) Mazoch. l. c. pag. 74.

(c) Act. SS. Fabr. tom. III, pagg. 645-661.

(d) Marc. Vit. S. Porphyr., § 19.

(e) Id. ibid. § 21.

(f) Id. ibid. § 54.

(g) Id. ibid. § 105.

(h) Id. ibid. § 21.

(i) Fabric. *Mémoires*, § 53, pag. 44 seqq.

(j) Noris. *De epoch. Symmacæ*, Dissert. V, cap. 3.

(k) Pag. ad ann. 598, § 24, et in *Appar. ad Anal. Baron.* § 56.

(l) Longuer. l. c. *De mens. et epoch. Gazens.* cap. 5, § 2.

(m) Tillem. *Mém. eccl.* tom. X, pag. 849, not. 2.

(1) Huc usque fragmentum. Cæterum an istud auctorem nostrum parentem agnoscat, ut censet Fabricius (*Bibl. Gr.* VII, 350), an vero ex aliquo ejusdem opusculorum quæ superant, excerptum fuerit, aliis dijudicandum relinquimus.

S. MARCI MONACHI ET EREMITÆ OPUSCULA.

OPUSCULUM I.

Περὶ νόμου πνευματικῶν.

Ἐπειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι, πῶς ὁ νόμος πνευματικὸς ἐστὶ, κατὰ τὸν θεὸν Ἀπόστολον· καὶ τίς ἡ γνῶσις, καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν φυλάττειν αὐτὸν βουλομένων, τούτου χάριν κατὰ δύναμιν εἰρηκίμεν.

Α'. Πρῶτον, ὅτι Θεὸν οἰδαμεν παντὸς ἀγαθοῦ εἶναι αἰτίον, καὶ ἀρχὴν, καὶ μεσότητά, καὶ τέλος· τὸ δὲ ἀγαθόν, ἀμήχανον ἐνεργεῖν ἢ πιστεῦσθαι, εἰ μὴ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ ἀγίῳ Πνεύματι.

Β'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου δεδιώρηται· καὶ ὁ οὕτω πιστεύων, οὐκ ἀπολέσει αὐτό. Ἡ δὲ βεβαία πίστις, πύργος ἐστὶν ἰσχυρὸς· Χριστὸς δὲ τὰ πάντα τῷ πιστεύοντι γίνεται.

Γ'. Καταρχέτω σου πάσης προθέσεως, ὁ καταρχῶν παντὸς ἀγαθοῦ, ὅπως κατὰ Θεὸν γένοιτο τὸ προκειμένον.

Δ'. Ὁ ταπεινόφρων καὶ ἔργον ἔχων πνευματικόν, ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφάς, πάντα εἰς ἑαυτὸν νοήσεις, καὶ οὐκ εἰς ἕτερον.

Ε'. Ἐπικαλοῦ τὸν Κύριον, ἵνα ἀνοίξη τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας σου, καὶ ἴδῃς τὴν ὠφέλειαν τῆς προσευχῆς καὶ ἀναγνώσεως.

ΣΤ'. Ὁ ἔχων τι χάρισμα, καὶ συμπάσχων τοῖς μὴ ἔχουσι, διὰ τῆς συμπαθείας φυλάσσει τὸ δῶρημα. Ὁ δὲ ἀλαζῶν ἀπολεῖ αὐτὸ, τοῖς τῆς ἀλαζονείας πειρασμοῖς περικρούμενος.

Ζ'. Στόμα ταπεινόφρονος λαλήσει ἀληθειαν· ὁ δὲ ἀντιλέγων αὐτῇ, ὁμοίος ἐστὶ τῷ ὑπηρέτῃ ἐκείνῳ, τῷ ἐπὶ σιαγόνα τὸν Κύριον ραπίσαντι.

Η'. Μὴ γίνου μαθητὴς τοῦ ἐπαίροντος ἑαυτὸν, ἵνα μὴ ἀντὶ ταπεινοφροσύνης ὑπερηφάνειαν μάθῃς.

Θ'. Μὴ ἐπαρθῆς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἐπὶ νοήμασι γραφικαῖς, μήποτε τῷ πνεύματι τῆς βλασφημίας περιπέσης.

Ι'. Μὴ περὶ πρᾶγμα σχολιὸν ἐπιλύσαι διὰ φιλονεικίας, ἀλλὰ δι' ὧν ὁ πνευματικὸς παρακελεύεται νόμος, δι' ὑπομονῆς, καὶ προσευχῆς, καὶ μονολογίστου ἐλπίδος.

A

De lege spirituali.

Cum sæpenumero scire desideraveritis, quinam lex spiritualis se haberet, secundum divinum Apostolum²; tum quomodo cognoscenda, et opere implenda sit iis qui eandem servare decrevissent animo, ejus rei gratia pro virili nostra disseruimus.

I. Primum igitur omnium certo scimus, Deum totius boni esse auctorem, cum principium, tum medium, tum finem; porro impossibile esse, nos quidquam boni facere aut credere, nisi per Christum Jesum et Spiritum sanctum.

II. Omne bonum a Domino gratuito nobis datum est. Ad hunc ergo modum credens, illud neutiquam amissurus est. Cæterum firma et constans fides, turris est fortissima; Christus autem credenti fit omnia.

B

III. Incipiat ille promovendo omne animi tui propositum, qui omnis boni consuevit esse principium, ut secundum Deum fiat, quidquid faciendum statueris.

IV. Homo humilis, et opus habens spirituale, sacras Scripturas perlegendo, omnia in seipsum, et non in alium dicta intelligere debet.

V. Invoca Dominum, ut aperiat oculos cordis tui, et videas ac reipsa intelligas utilitatem orationis et lectionis.

VI. Qui habuerit aliquid donum seu gratiam, et compatitur non habentibus, hac ipsa compassione conservat munus a Deo acceptum. Cæterum homo jactabundus et arrogans amittit illud, dum arrogantis tentationibus decipitur.

C

VII. Os humilia sentientis loquetur veritatem; at qui veritati contradicit, similis est servo illi qui Domino in maxillam incussit alapam.

VIII. Ne fias discipulus hominis semetipsum extollentis, ne humilitatis loco discas superbiam.

IX. Ne extollaris unquam in corde tuo propter Scripturæ intelligentiam, ne quando in spiritum blasphemis incidas.

X. Cave ne unquam tentes rem difficilem per contentionem dissolvere, sed per ea quæ lex spiritualis facienda mandat, nempe, per patientiam et precationem et spem unicam.

² Rom. vii, 14.

XI. Cæcus est clamans et dicens : *Fili David, A miserere mei* ³. Precabatur autem corporaliter, nondum instructus cognitione spirituali. Idem, receptis oculis ac viso Domino, non amplius eumdem, filii David, sed Filii Dei appellatione confessus adoravit.

XII. Ne extollaris, si inter orandum profuderis lacrymas : Christus enim oculos cordis tui tetigit, et jam visum intellectualem recepisti.

XIII. Qui cæcum imitans, abjectis vestimentis Domino appropinquaverit, eumdem sequitur, ac perfectiorum doctrinarum præco sit.

XIV. Malitia animi cogitationibus meditata cor indurat; dum autem per temperantiam et spem tollitur, emollit illud.

XV. Quædam est contritio cordis recta et utilis, tendens ad ejus illustrationem; est et altera perversa et noxia, tendens ad perturbationem ipsius.

XVI. Vigiliæ et precatio, et earum rerum quæ nobis obijciuntur tolerantia, contritio est inoffensa et cordi utilis, nisi alicujus lucri gratia earundem commistionem abscederimus. Etenim in hisce constanter perdurans, et in reliquis sentiet auxilium; at ista negligens et effundens temere, in exitu difficultes dolores sentiet.

XVII. Cor voluptatis amans, carcer et catena est animæ in tempore egressionis; at idem laboris studiosum, janua est aperta.

XVIII. Ferrea porta ducens ad civitatem, cor durum est. Cæterum ei qui malis affligitur et tribulationibus jactatur, sua sponte, quemadmodum beato Petro, aperitur.

XIX. Multæ sunt precationis faciendæ rationes; altera tamen est altera præstantior. Verumtamen nullâ existit noxia, nisi non fuerit precatio, sed operatio quædam diabolica.

XX. Homo malum facinus perpetrare volens, primum pro more precatus est; at divina dispensatione præpeditus ne male ageret, postea gratias egit.

XXI. David cum apud animum suum decrevisset neci dare Nabal Carmelitam, cum ejus mentem subsisset divina retributio, abstractus a proposito, magnas Deo egit gratias.

XXII. Neque rursum ignoramus, quid fecerit Dei oblitus; neque ejus rei prius finem fecit, quam eidem Nathan propheta Deum vindicem in memoriam revocavit.

XXIII. Quo tempore memoria Dei in mentem tibi venerit, omnibus modis precationi vacandum censeas, ut si ejus forte tibi venerit oblitio, ille te sui commonefaciat.

XXIV. Sacram Scripturam perlegens, mysteriorum rationem habe. *Quæcunque enim præscripta sunt, ad nostram doctrinam præscripta sunt* ⁴.

XXV. Fidem vocat Scriptura, *rerum sperandarum substantiam* ⁵; et eos qui nullam habent habitationis Christi in nobis cognitionem, reprobos esse dixit ⁶.

XXVI. Quemadmodum operibus et sermonibus

IA'. Τυφλὸς ἐστὶ κράζων καὶ λέγων· *Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με*, ὁ προσευχόμενος σωματικῶς, καὶ μὴ πῶ ἔχων γνῶσιν πνευματικὴν. Ὁ ποτὲ τυφλὸς ἀναβλέψας καὶ ἰδὼν τὸν Κύριον, οὐκέτι υἱὸν Δαβὶδ, ἀλλ' Ὑἱὸν Θεοῦ ὁμολογήσας προσεκύνησε.

IB'. Μὴ ἐπαρθῆς ἐχέων δάκρυον ἐν προσευχῇ σου· Χριστὸς γὰρ ἤψατο τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας σου, καὶ νοερῶς ἀνέβλεψας.

IC'. Ὁ κατὰ μίμησιν τοῦ τυφλοῦ ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον, καὶ ἐγγίσας τῷ Κυρίῳ, ἀκολουθεῖ αὐτῷ, καὶ κηρῶς γίνεται τῶν τελειοτέρων δογμάτων.

ID'. Κακία ἐν λογισμοῖς μελετωμένη, θρασύνει καρδίαν· ἀναιρουμένη δι' ἐγκρατείας καὶ ἐλπίδος, συντριβεί αὐτήν.

IE'. Ἔστι συντριμμός καρδίας ὁμαλὸς καὶ ἐπωφελῆς, εἰς κατάνυσιν αὐτῆς· καὶ ἔστιν ἕτερος ἀνώμαλος καὶ ἐπιβλαβῆς, εἰς πλῆξιν αὐτῆς.

IC'. Ἀγρυπνία, καὶ προσευχὴ, καὶ τῶν ἐπερχομένων ὑπομονή, συντριμμός ἐστιν ἀνεπηρέαστος, καὶ ἐπωφελῆς τῇ καρδίᾳ, μόνον εἰ μὴ διὰ τινος πλεονεξίας ἐγκόφομεν αὐτῶν τὴν σύγκρασιν. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις ὑπομένων, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς βοηθήσεται· ὁ δὲ ἀμείνων καὶ διαχεόμενος, ἐν ἐξόδῳ ἀφορτικῶς ὀδυνηθήσεται.

IZ'. Φιλήδονος καρδία, εἰρκτικὴ καὶ ἀλυσίς τῆ ψυχῆ ἐν καιρῷ ἐξόδου· ἡ δὲ φιλόπονος, θύρα ἐστὶν ἀνεωγμένη.

IΗ'. Σιδηρὰ πύλη ἐπὶ τὴν πόλιν ἀπάγουσα, ἐστὶ σκληρὰ καρδία. Τῷ δὲ κακοπαθοῦντι καὶ τεθλιμμένῳ αὐτομάτῃ ἀνοιχθήσεται, καθὼς καὶ τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ.

IΘ'. Πολλοὶ μὲν εἰσὶ προσευχῆς τρόποι, ἕτερος ἑτέρου διαφορώτερος. Ὅμως οὐδὲ εἰς τρόπος εὐχῆς ἐπιβλαβῆς τυγχάνει· εἰ μὴ τι ἂν οὐκ ἔστιν εὐχῆ, ἀλλ' ἐργασία σατανικῆ.

K'. Ἄνθρωπος κακοποιῆσαι θέλων, πρῶτον ἠβέησε κατὰ συνθήθειαν· καὶ οἰκονομικῶς ἐμποδισθεὶς, ὑστερον εὐχαρίστησεν.

KA'. Ὁ Δαβὶδ φονεῦσαι βουλευθεὶς Ναβὰλ τὸν Καρμηλῖον, ὑπόμνησιν λαβὼν περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ἐγκοπέει τῆς προθέσεως, πολλὰ εὐχαρίστησεν.

KB'. Οἶδαμεν δὲ πάλιν ἃ πεπώηκεν ἐπιλαθόμενος τοῦ Θεοῦ· καὶ οὐκ ἐπάυετο, ἕως ὃ Νάθαν αὐτὸν εἰς μνήμην κατέστησεν.

KΓ'. Ἐν καιρῷ μνήμης Θεοῦ πολυπλασίασον δέησιν, ἵνα ὅταν ἐπιλάβῃς, ὁ Κύριος ὑπομνήσῃ σε.

KA'. Ὁ ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφὰς, νόησον τὰ κεκρυμμένα. Ὅσα γὰρ προεγράφη, φησὶν, εἰς τὴν ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη.

KE'. Τὴν πίστιν ἡ Γραφή λέγει, *ἐλπίζομένων ὑπόστασιν*· καὶ τοὺς μὴ ἐπιγινώσκοντας τὴν ἐπίστασιν τοῦ Χριστοῦ, τοὺτους ἀδοκίμους εἶρηκεν.

KΓ'. Ὅσπερ δι' ἔργων καὶ λόγων φανεροῦται ἐν-

³ Luc. xviii, 38. ⁴ Rom. xv, 4. ⁵ Hebr. xi, 1. ⁶ II Cor. xiii, 5.

νοια, οὕτω διὰ τῶν καρδιακῶν ἐνεργημάτων ἢ μέλ-
λουςα ἀνταπόδοσις.

ΚΖ'. Οἰκτιρῶν καρδία δῆλον ὅτι οἰκτειρήσεται·
καὶ ἐλεηθήσεται ὁμοίως ἐλεημῶν. Τὰ δὲ ἐναντία, ἢ
ἀκολουθία ἀντιπεφώνηκεν.

ΚΗ'. Ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας διδάσκει πᾶσαν ἀλή-
θειαν· καὶ οἱ μὲν πολλοὶ τοῦτον κατὰ γνώσιν ἀνα-
γινώσκουσιν· ὀλίγοι δὲ νοοῦσιν αὐτὸν κατὰ ἀναλογίαν
τῆς ἐργασίας τῶν ἐντολῶν.

ΚΘ'. Μὴ ζῆτει αὐτοῦ τὴν τελειότητα ἐν ἀρεταῖς
ἀνθρωπίναις· τέλειος γὰρ ἐν αὐταῖς οὐχ εὕρισκεται.
Ἡ γὰρ τελειότης αὐτοῦ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ
ἐγκέκρυπται.

Λ'. Ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας διὰ μὲν γνώσεως
ἀληθοῦς ἀναγινώσκεται· διὰ δὲ ἐργασίας τῶν ἐντολῶν
σοεῖται· πληροῦται δὲ διὰ τῶν οἰκτιρῶν τοῦ Κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΛΑ'. Ὅταν πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς τοῦ Θεοῦ διὰ
συνειδήσεως κατορθοῦσθαι βιαζώμεθα, τότε νοήσο-
μεν τὸν νόμον τοῦ Κυρίου ἄμωμον, ἐν τοῖς ἡμετέροις
μὲν καλοῖς ἐπιτηδεύομενον· χωρὶς δὲ οἰκτιρῶν τοῦ
Θεοῦ, ἐν ἀνθρώποις τελειωθῆναι μὴ δυνάμενον.

ΛΒ'. Ὅσοι πάσης ἐντολῆς Χριστοῦ ἑαυτοὺς ὀφει-
λέτας οὐκ ἐλογίσατο, οὗτοι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον σω-
ματικῶς ἀναγινώσκουσι, μὴ νοοῦντες μήτε ἂ λέ-
γουσι, μήτε περὶ τίνος διαβεβαιούνται· διὸ καὶ
πληροῦν αὐτὸν ἐξ ἔργων νομίζουσιν.

ΛΓ'. Ἔστι πρόβλημα προφανῶς ἐπιτελούμενον, ὡς
καλὸν, καὶ ὁ σκοπὸς τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, εἰς πο-
νηρὸν· καὶ ἔστιν ἕτερον ὡς πονηρὸν, καὶ ὁ σκοπὸς
τοῦ ἐπιτελοῦντος αὐτὸ, εἰς ἀγαθόν.

ΛΔ'. Οὐ μόνον δὲ ἔργα ποιοῦσὶ τινες, ἀλλὰ καὶ
λόγους λαλοῦσι τῷ τρόπῳ ᾧ προσηρῆκαμεν. Οἱ μὲν
γὰρ ἐναλλάσσουσι πράγματα κατὰ ἀπειρίαν ἢ
ἀγνοίαν· οἱ δὲ ἐναλλάσσουσι κατὰ πρόθεσιν πονη-
ρίας· ἕτεροι δὲ κατὰ σκοπὸν εὐσεβείας.

ΛΕ'. Ὁ ἐν προβολῇ ἐπαίνοῦ ἐγκρύπτων διαβολὴν,
δυσεῦρετός ἐστι τοῖς ἀπλουστέροις· ὁμοίος δὲ τοῦτοῦ
ἔστιν ὁ κενοδοξῶν ἐν ταπεινῷ σχήματι.

ΛΖ'. Ὅστινες ἐπὶ πολὺ κατασφισιάμενοι τὴν ἀλή-
θειαν ἐν τῷ ψεύδει, παραχωρηθέντες ὕστερον, διὰ
τῶν πραγμάτων ἐξελέγχονται.

ΛΖ'. Ἔστι ποιῶν τις προφανῆς ὡς καλὸν τῷ πλη-
σίον ἀμυνόμενος· καὶ ἔστιν ἐν τῷ μὴ ποιῆσαι αὐτὸν
ὠφελῆθεις κατὰ διάνοιαν.

ΛΗ'. Ἔστιν ἐλεγχος κατὰ κακίαν, καὶ δι' ἄμυ-
ναν· καὶ ἔστιν ἕτερος κατὰ φόβον Θεοῦ καὶ ἀλή-
θειαν.

ΛΘ'. Τὸν παυσάμενον καὶ μετανοοῦντα μηκέτι

¹ I Timoth. 1, 7.

A manifestatur animi cogitatio, sic cordis operationi-
bus futura retributio.

XXVII. Cor clemens et benignum clementiam
videlicet consequitur; pari quoque ratione, miscres-
cens, misericordiae fit particeps. Caeterum ab his
virtutibus alieno et averso consimilis etiam respon-
debit consequentia.

XXVIII. Lex libertatis omnem veritatem perdo-
cet; atque non pauci quidem illam juxta cognitio-
nem legunt; porro autem perpauci eandem juxta
proportionem operationis mandatorum cognoscunt.

XXIX. Ne quæras legis illius perfectionem in
humanis virtutibus; perfectus enim nullus in illis
invenitur. Siquidem perfectio illius legis in cruce
abscondita est.

XXX. Lex libertatis, veritatis quidem cognitione
legitur; operatione autem mandatorum intelligitur;
completur autem per miserationes Domini nostri
Jesu Christi.

XXXI. Quando ad omnia mandata Dei conscien-
tia nostra emendari cogemur, tunc primum intelli-
gemus legem Domini esse irreprehensibilem: quæ
nostris quidem bonis operibus exercetur, verum
citra Dei miserationes ab hominibus compleri non
potest.

XXXII. Quicumque totius legis Christi debitores
seipsos non reputaverunt, illi legem divinam tan-
tum legunt corporaliter, non intelligentes quæ di-
cant, neque de quibus certo affirmant. Propterea
eamdem semet operibus quoque complere posse
existimant.

XXXIII. Est res, quæ manifeste perficitur ut
bona, neque tamen scopus perficientis illam, bonus
est; est rursus alia velut mala, scopus tamen il-
lam perficientis tendit ad bonum.

XXXIV. Non solum autem opera quidam fa-
ciunt, verum sermones etiam loquuntur, ad eum-
modum quem prædiximus. Alii enim immutant
opera juxta imperitiam aut ignorantiam; alii vero
immutant proposito malitiæ; partim autem juxta
scopum pietatis.

XXXV. Qui laudis prætextu celat calumniam,
comprehensu difficilis est simplicioribus; similis
autem illi est, qui vestitu sordido anictus, ambi-
tiose arrogans est.

XXXVI. Qui aliquandiu veritatem mendacii
fraudulenter obfuscavit, tandem ubi secesserint,
ipsis operibus mendaces redarguuntur.

XXXVII. Est qui aperte bonum opus facit, et
nocet per hoc proximo; est rursus, qui illud non
facit, et proximo utilis est secundum animi cogi-
tationem.

XXXVIII. Est reprehensio, quæ fit impulsu ma-
litiæ et propter vindictam; et rursus alia, quæ fit
in timore Dei et secundum veritatem.

XXXIX. Eum qui delinquendi finem fecit, et

resipiscit, non amplius coargue. Si autem dixeris, A secundum Deum te illum redarguere, primum tua vitia palam facito.

XL. Omnis virtutis initium et auctor Deus est, quemadmodum sol quotidiani luminis.

XLI. Quoties aliquid virtutis feceris, fac memor sis ejus, qui dixit: *Sine me nihil potestis facere* ⁹.

XLII. Per tribulationes et afflictiones bona parantur hominibus, quemadmodum mala per vanam gloriam et voluptatis studium.

XLIII. Peccata solet effugere quicumque ab hominibus injuriose afficitur, ac æquale tribulationi invenit subsidium.

XLIV. Qui non credit Christo de retributione, omnem injustitiam suffert, juxta proportionem fidei.

XLV. Qui pro hominibus injuriam inferentibus precatur, maledicit dæmonibus; qui vero primis resistit, a secundis vulnus accipit.

XLVI. Melior est injuria ab hominibus illata, quam a dæmonibus; cæterum qui Domino placuerit, utrosque superavit.

XLVII. Omne bonum proficiscitur a Deo, pro nutu dispensante; qui secreto judicio repellere solet stupidos, ingratos et ignavos.

XLVIII. Omne vitium in desperantem voluptatem desinit, et omnis virtus in consolationem spirituales. Ac illud quidem prædominans, provocat domestica seu propria, hæc vero similiter cognata.

XLIX. Probrum objectum ab hominibus, cordi tribulationem exhibet; sanctimoniam autem et puritatis causa est pertoleranti.

L. Ignorantia occasio sit contradicendi iis quæ sunt utilia; quæ si audacia animatur, auget vitiorum propositum.

LI. Nullam inferens injuriam, molesta et affligentia te suscipe: et tanquam rationem redditurus, abjice a te avaritiam.

LII. Si quid occulte aut clanculum peccaveris, ne coneris celare aut clam habere, *Omnia enim nuda et aperta sunt oculis illius, ad quem nobis sermo* ⁹.

LIII. Etiam quod ad animum et cogitationes attingit, Domino Deo te met ostende, *Homines enim faciem, Deus autem intuetur cor* ¹⁰.

LIV. Nihil cogites aut facias citra scopum Deo gratum. Etenim qui sine scopo iter facit, nequidquam laborat.

LV. Qui nulla necessitate coactus peccat, hunc difficulter subit pœnitentia: propterea falli non potest divina justitia.

LVI. Casus molestus ac dolorem afferens, Dei memoriam homini intelligentia exulto exhibet; pari modo affligit eum qui Domini obliviscitur.

LVII. Omnis labor quem invitus feceris, Dei reminiscendi tibi magister sit: ita fiet ut nunquam tibi desit occasio resipiscentiæ.

LVIII. Oblivio per se nullius est virtutis, sed

ελεγχε. Εἰ δὲ λέγεις κατα Θεὸν ἐλέγχειν, πρῶτον τὰ σὰ κακὰ φανεροποίησον.

Μ'. Πάσης ἀρετῆς κατάρχει Θεὸς, καὶ τοῦ μετ-
ημερινοῦ φωτὸς ὁ ἥλιος.

ΜΑ'. Ποιήσας ἀρετὴν, μνήσθητι τοῦ εἰρηκότος,
ὅτι *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*.

ΜΒ'. Διὰ θλίψεως τὰ ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις
ἡτοίμαται· ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ διὰ κενοδοξίας καὶ
ἡδονῆς.

ΜΓ'. Ἐκφεύγει ἀπὸ ἀμαρτίας ὁ παρὰ ἀνθρώπων
ἀδικούμενος, καὶ ὁμοίαν τῆς θλίψεως εὐρίσκει τὴν
ἀντίληψιν.

ΜΔ'. Ὁ μὴ πιστεύων τῷ Χριστῷ περὶ ἀναποδό-
σεως, πᾶσαν ἀδικίαν ὑπομένει κατὰ ἀναλογίαν τῆς
πιστεως.

ΜΕ'. Ὁ ἀδικούντων ἀνθρώπων ὑπερευχόμενος
καταράσσει τοὺς δαίμονας· ὁ δὲ τοῖς πρώτοις ἀντι-
τασσόμενος, ὑπὸ τῶν δευτέρων τιτρώσκειται.

ΜΖ'. Κρείσσων πλημμέλεια ἀνθρώπων, καὶ μὴ
δαϊμόνων· ὁ δὲ εὐαρεστῶν τῷ Κυρίῳ, ἀμφοτέρους
ἐνίκησε.

ΜΖ'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Θεοῦ οἰκονομικῶς παραγι-
νεται· διαφεύγει δὲ μυστικῶς τοὺς ἀγνώμονας καὶ
ἀχαρίστους καὶ ἀεργούς.

ΜΗ'. Πᾶσα κακία εἰς τὴν ἀπηγορευμένην ἡδονὴν
καταλήγει, καὶ πᾶσα ἀρετὴ εἰς παράκλησιν πνευμα-
τικὴν. Καὶ ἡ μὲν προτέρα κρατοῦσα, προσερεθίζει
τὰ οἰκτεῖα· καὶ ἡ δευτέρα δὲ, ὁμοίως τὰ συγγενῆ.

ΜΘ'. Ὅνειδισμὸς ἀνθρώπων θλίψιν παρέχει τῇ
καρδίᾳ· ἀγνείας δὲ γίνεται αἰτία τῷ ὑπομένοντι.

Ν'. Ἄγνοια ἀντιλέγειν πρὸς τὰ ὠφέλιμα πα-
ρασκευάζει· καὶ θρασυνομένη αὖξιν τὸς κακίας.

ΝΑ'. Τὰ προσχρεῖμενα μὴδὲν ζημιούμενος, τὰ θλι-
θερὰ προσδέχου· καὶ ὡς ἀποδώσων λόγον, πλεον-
εξίαν ἀπόβαλε.

ΝΒ'. Ἀμαρτήσας λαθραίως, μὴ πειρῶ λανθάνειν·
*Πάντα γὰρ γυμνὰ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλ-
μοῖς αὐτοῦ, πρὸς δὲ ἡμῖν ὁ λόγος*.

ΝΓ'. Κατὰ διάνοιαν σεαυτὸν ἐπιδείκνυς τῷ Δεσπό-
τῃ· Ἄνθρωπος γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς
καρδίαν ἐρεῖ.

ΝΔ'. Μὴδὲν λογίζου ἢ πράττει ἀνευ σκοποῦ. Ὁ γὰρ
ἀσκόπως ὁδοιπορῶν, ματαιοπονήσει.

ΝΕ'. Τῷ ἐκτὸς ἀνάγκης ἀμαρτάνοντι δυσμετα-
νόητα γίνεται· διότι ἀλάθητος ἡ τοῦ Θεοῦ δι-
καιοσύνη.

ΝΖ'. Σύμβασις ὀδυνηρὰ μνήμην Θεοῦ παρέχει τῷ
συνετῷ· θλίβουσα κατὰ ἀναλογίαν τὸν ἐπιλανθάνο-
μενον τοῦ Κυρίου.

ΝΖ'. Πᾶς ἀκούσιος πόνος γινέσθω σοι μνήμης Θεοῦ
διδάσκαλος· καὶ οὐκ ἐπιλείψει σοι ἀφορμὴ πρὸς με-
τάνοιαν.

ΝΗ'. Λήθη καθ' ἑαυτὴν οὐδεμίαν ἔχει δύναμιν,

⁹ Joan. xv, 5. ¹⁰ Hebr. iv, 13: ¹¹ I Reg. xvi, 7.

ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων ἀμελειῶν κατ' ἀναλογίαν κρα-
τύνεται.

ΝΘ'. Μὴ λέγε· Τί ποιήσω, ὃ τι οὐκ ἐθέλω,
καὶ ἔρχεται; Διότι μνημονεύων παρελογίσω τὸ ὀφει-
λόμενον.

Ξ'. Ὁ γὰρ μνημονεύεις, ποιήσον· καὶ ὃ ἀμνημο-
νεῖς, ἀποκαλύπτεται σοι· καὶ οὐ μὴ παραδῶς ἀκρίτως
τὴν ἔννοιαν λήθη.

ΞΑ'. Ἡ Γραφή φησιν· Ἄδης, καὶ ἀπώλεια φανερά
παρὰ Κυρίου. Ταῦτα δὲ περὶ καρδιακῆς ἀγνοίας καὶ
λήθης λέγει.

ΞΒ'. Ἄδης ἐστὶν ἀγνοία· ἀπώλεια δὲ ἐστὶ λήθη.
Ἄμφότερα δὲ ἐστὶν ἀφάνερα· διότι ἐξ ὑπαρχόντων
ἀπώλοντο.

ΞΓ'. Τὰ σὰ περιεργάζου κακὰ, καὶ μὴ τὰ τοῦ πλη-
σίον· καὶ οὐ μὴ συλλυθῆ σου τὸ νοερὸν ἐργαστήριον.

ΞΔ'. Πάντων τῶν κατὰ δύναμιν καλῶν, δυσχώρητος
ἡ ἀμέλεια· ἐλεημοσύνη δὲ καὶ προσευχὴ ἀνακαλεῖ-
ται τοὺς ἀμελήσαντας.

ΞΕ'. Πᾶσα θλίψις κατὰ Θεὸν, ἔργον ἐστὶν εὐσε-
βείας ἐνυπόστατον· ἡ γὰρ ἀληθινὴ ἀγάπη δι' ἐναν-
τίων δοκιμάζεται.

ΞϚ'. Μὴ λέγε κεκτῆσθαι ἀρετὴν ἐκτὸς θλίψεως·
ἀδόκιμος γὰρ ἐστὶ διὰ τὴν ἀνεσίαν.

ΞΖ'. Πάσης ἐκουσίτου θλίψεως ἀναλογίζου τὴν ἐκ-
βασίαν, καὶ εὐρήσεις ἐν αὐτῇ ἀμαρτίας ἀναίρεσιν.

ΞΗ'. Πολλὰ συμβουλαι τοῦ πέλας πρὸς τὸ συμ-
φρον· ἐκάστῳ δὲ τῆς ἰδίας γνώμης οὐδὲν ἀρμο-
διώτερον.

ΞΘ'. Ζητῶν θεραπείαν, ἐπιμέλῃσαι τῆς συνειδή-
σεως· καὶ ὅσα λέγει, ποιήσον· καὶ εὐρήσεις τὴν ὠφέ-
λειαν.

Ο'. Τὰ κρυπτά ἐκάστου ὁ Θεὸς οἶδε, καὶ ἡ συν-
είδησις· καὶ διὰ τούτων αὐτῶν λαμβανέτω διόρ-
θωσιν.

ΟΑ'. Ὁ ἀβουλήτως κοπιῶν, καθολικῶς πτωχεύει.
Ὁ δὲ μετ' ἐλπίδος τρέχων, δίπλουτός ἐστιν.

ΟΒ'. Ἄνθρωπος ὅσα δύναται ἐπιτηδεύει, κατὰ τὸ
θέλημα· ὁ δὲ Θεὸς τὰς τούτων ἐκβάσεις ποιεῖ, κατὰ
τὸ δίκαιον.

ΟΓ'. Ἐὰν θέλης ἀκατακρίτως παρὰ ἀνθρώπων
ἐπαινον λαβεῖν· πρῶτον ὑπὲρ ἀμαρτιῶν σου ἀγά-
πησον ἑλεγχον.

ΟΔ'. Ὅσῃν ἂν τις ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ καταθέ-
ξηται ἐντροπήν, ἐκατονταπλασίως ὑπὸ πλήθους δο-
ξασθήσεται.

ΟΕ'. Κρεῖσσον δὲ πᾶν ἀγαθὸν ἐργάζεσθαι διὰ τὰ
μέλλοντα.

ΟϚ'. Ὅταν ἄνθρωπος ἄνθρωπον ὠφελήσῃ ἐν λό-
γοις ἢ ἐν πράγμασι, Θεοῦ εἶναι τὴν χάριν νοεῖτω-
σαν ἀμφότεροι. Ὁ δὲ μὴ συνίων τούτο, παρὰ τοῦ
συνιέντος ἐξουσιασθήσεται.

ΟΖ'. Ὁ ἐπαινῶν τὸν πλησίον κατὰ τινα ὑπόκρι-
σιν, ὀνειδίζει αὐτὸν ἐν καιρῷ, καὶ αὐτὸς ἐντραπή-
σεται.

ΟΗ'. Ὁ ἀγνοῶν ἐνέδραν πολεμιῶν, σφάζεται εὐ-

LIX. Ne dicas: Quid faciam, quoniam quod non
volo, mihi evenit? Proterea deliberans statuo
quod factu sit optimum.

LX. Quorum memor es, facito; et quorum non
memor es, ea revelantur; et ne citra iudicium et
temere prodas tuam cogitationem.

LXI. Scriptura dicit: *Infernus et perditio mani-
festa sunt apud Dominum* ¹¹. Hæc autem de cordis
ignorantia et oblivione dicta sunt.

LXII. Infernus est ignorantia; perditio autem,
oblivio. Utraque vero obscura est; propterea quo-
que noxia.

LXIII. De tui ipsius malis satage, et non de
proximi; ne una mentis tuæ sedulitas intereat.

LXIV. Nihil magis distrahit ab omni genere boni,
quam socordia; misericordia autem et precatio
adhortantur negligentes.

LXV. Omnis afflictio secundum Deum, opus pie-
tatis est certissimum; siquidem vera caritas in
adversis probatur.

LXVI. Ne dicas te virtutis possessorem esse ci-
tra afflictionem; neque enim probari potest propter
requiem et tranquillitatis otium.

LXVII. Omnis voluntariæ afflictionis exitum con-
sidera, et invenies in illa peccati interitum.

LXVIII. Multa consilia proximi ad utilitatem;
unicuique autem propria sententia nihil convenienti-
us.

LXIX. Quærens remedium, curam habe conscien-
tiæ; et quæcunque loquitur, facito; et ita utilita-
tem invenies.

LXX. Cujusque hominis arcana Deus comperta
habet, et conscientia; et propter hæc ipsa semet
emendat et corrigit.

LXXI. Inconsulto labore semet conficiens, pro-
sus mendicum agit. Cæterum qui spe proposita
currit, locuples est admodum.

LXXII. Quæcunque potest homo, pro voluntate
sua facit; verum Deus horum exitum, prout justum
est, dispensat.

LXXIII. Quod si animus est, nullius iudicio lau-
dem obnoxiam ab hominibus consequi: primum de
peccatis tuis redargutionem amans boni consule.

LXXIV. Quantamcunque pro veritate Christi
ignominiam quis pertulerit, tantum in centuplo ma-
gis a multitudine gloriæ consequetur.

LXXV. Satius autem est omne bonum operari
propter futura.

LXXVI. Quoties homo homini verbis profuerit
aut operibus, Dei uterque gratiam esse agnoscat.
Cæterum hoc non intelligens, ab intelligente po-
testate superabitur.

LXXVII. Laudans proximum simulata quadam
et figurata laude, temporis progressu illum probro
afficiet, et ipse rursus pudore suffundetur.

LXXVIII. Ignorans hostium insidias, haud diffi-

¹¹ Prov. xv, 11.

culter jugulatur; et cui affectionum causæ non sunt perspectæ, facile labitur.

LXXIX. A voluptatis amore et studio, negligentia; a negligentia proficiscitur oblivio. Rerum enim utilium cognitionem Deus omnibus largitus est.

LXXX. Homo dat consilium homini, quemadmodum novit; Deus autem operatur in audiente, secundum quod credidit.

LXXXI. Vidi homines idiotas opere humilia sapientes, et facti sunt sapientiores sapientibus. Alter idiota cum audisset illum extolli laudibus, humilitatem non est imitatus; sed in privata sua conditione ambitiose et arroganter semet efferens, superbiam arripuit.

LXXXII. Respuens intellectus prudentiam, et ad imperitiam semet convertens, non solum est idiota sermone, sed etiam cognitione.

LXXXIII. Quemadmodum aliud est sapientia sermonis, et aliud intellectus: sic aliud sermonis imperitia, aliud insipientia.

LXXXIV. Quemadmodum viro pio non nocet imperitia dicendi: sic neque eloquentia nocet humili.

LXXXV. Ne dixeris: Nescio quid mihi sit agendum, et ob id sum extra culpam, si illud non egero. Si enim facis quæcunque scis esse bona, cætera deinceps tibi revelabuntur, et unum ex uno peculiari modo intelliges.

LXXXVI. Nihil tibi conducit nosse posteriora, antequam priora peregeris: siquidem scientia infat, nullum opus producendo, *charitas vero adificat*¹³, omnia perferendo.

LXXXVII. Legens verba Scripturæ sanctæ, opere ipso exsequere; et ne verba fundas temere, glorians de nuda ejus cognitione.

LXXXVIII. Qui relicto operandi studio, solam cognitionem amplectitur, pro gladio bis acuto baculum arundineum tenet; qui tempore belli, ut ait Scriptura¹⁴, perforabit atque ingreditur manum ejus, atque in conspectu hostium naturale venenum immittet.

LXXXIX. Metitur Deus et trutinat omnem intellectum. Licet enim eandem rem animo graviter affecto cogitare, et temperato.

XC. Qui facit mandatum, pro eo sufferre tentationem non dubitet; quia dilectio erga Christum per contraria probatur.

XCI. Curam cogitationum tuarum nunquam negligas; quoniam Deum nulla conceptio latere potest.

XCII. Cum animadverteris, cogitationem polliceri tibi gloriam humanam, probe noveris, quod ignominiam tibi præparet.

XCVIII. Cognoscit inimicus justitiam legis spiritualis, ac tantum nititur occupare dispositionem intellectus. Hoc enim modo vel pœnitentem sibi captivum reddet, aut non resipiscentem gravibus calamitatibus afficiet.

XCIV. Quandoque ad resistendum afflictionibus provocabit, ut ita dolores multiplicet; et

καίρωσ· καὶ ὁ μὴ εἰδὼς τὰς αἰτίας τῶν παθῶν, καταπίπτει βραδίως.

ΘΘ'. Ἀπὸ φιληδονίας ἀμέλεια, καὶ ἀπὸ ἀμελείας λήθη προσγίνεται. Τῶν συμφερόντων γὰρ τὴν γνώσιν ὁ Θεὸς πᾶσι δωδῶρηται.

Π'. Ἄνθρωπος ὑποτίθεται τῷ πλησίον, καθὰ ἐπίσταται· Θεὸς δὲ ἐνεργεῖ τῷ ἀκούοντι, καθὰ ἐπιστευσεν.

ΠΑ'. Εἶδον ἰδιώτας ἔργῳ ταπεινοφρονησαντας, καὶ ἐγένοντο τῶν σοφῶν σοφώτεροι. Ἔτερος ἰδιώτης ἀκούσας ἐκεῖνου ἐπαιρομένου, τὴν ταπεινωσιν οὐκ ἐμμήσατο· ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἰδιωτείᾳ κενοδοξῶν, ὑπερηφάνειαν προσελάβετο.

ΠΒ'. Ὁ σύνεσιν ἐξουθενῶν, καὶ εἰς ἀμαθίαν ἐγκαχώμενος, οὐκ ἔστιν ἰδιώτης μόνον τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ γνώσει.

ΠΓ'. Ὅσπερ ἔστιν ἄλλο σοφία λόγου, καὶ ἄλλο φρόνησις· οὕτως ἕτερον ἰδιωτεῖα λόγου, καὶ ἕτερον ἀφροσύνη.

ΠΔ'. Οὐδὲν βλάβει ἀμαθία λέξεων τὸν εὐλαβέστατον, ὡς οὐδὲ σοφία λόγων τὸν ταπεινώφρονα.

ΠΕ'. Μὴ λέγε· Οὐκ ἐπίσταμαι τὸ δέον, καὶ ἀναίτιός εἰμι μὴ ποιῶν αὐτό. Εἰ γὰρ ἐποίησι καλὰ ὅσα ἐπίστασαι, καὶ τὰ λοιπὰ σοὶ ἀκολουθῶσ ἀπεκαλύπτετο, οἰκείῳ τρόπῳ ἐν δὲ ἐνδὸς κατανοούμενα.

ΠΖ'. Οὐ συμφέρει σοὶ πρὸ τῆς ἐργασίας τῶν πρώτων, εἰδέναι τὰ δεύτερα· Ἡ γὰρ γνώσις φυσιοῖ διὰ τὴν ἀργίαν, ἢ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ, διὰ τὸ πάντα ὑπομένειν.

ΠΖ'. Τῆς Γραφῆς τὰ ῥήματα διὰ πράξεων ἀναγίνωσκε· καὶ μὴ πλατυλόγει, ἐπὶ ψιλοῖς τοῖς νοήμασι εἰκῆ φυσιοῦμενος.

ΠΗ'. Ὁ ἀφείς τὴν πρᾶξιν, καὶ γυμνῇ τῇ γνώσει ἐπεριδόμενος, ἀντὶ διστόμου μαχαίρας καλαμίνην ῥάβδον κρατεῖ, ἥτις ἐν καιρῷ πολέμου, κατὰ τὴν Γραφήν, τρήσει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὴν εἰσέλυσεται, τὸν ἰδὸν τῆς φύσεως πρὸ τῶν πολεμίων ἐμβάλλουσα.

ΠΘ'. Μέτρον ἔχει καὶ σταθμὸν παρὰ Θεῷ πᾶσα ἔννοια. Ἔστι γὰρ τὸ αὐτὸ ἢ ἐμπαθῶς ἢ μεσοτρόπως λογισσασθαι.

ΙΑ'. Ὁ ποιήσας ἐντολήν, ἐκδεχέσθω τὸν ὑπὲρ αὐτῆς πειρασμόν· ἢ γὰρ εἰς Χριστὸν ἀγάπη, δι' ἐναντίων δοκιμάζεται.

ΙΑ'. Μὴ καταφρονησῆς ποτὲ ἐν λογισμῶν ἀμελείᾳ· ἀλάθητος γὰρ ἔστιν ὁ Θεὸς ἐπὶ πάσης ἔννοιας.

ΙΑΒ'. Ὅταν ἴδῃς λογισμῶν ἀνθρωπίνῃν σοὶ ἔδξαν ὑπαγορεύοντα, γίνωσκε σαφῶς, ὅτι αἰσχύνῃ σοὶ κατασκευάζει.

ΙΑΓ'. Ἐπίσταται ὁ ἔχθρος, τοῦ πνευματικοῦ νόμου τὸ δίκαιον, καὶ ζητεῖ μόνον τὴν νοερὰν συγκατάθεσιν. Οὕτω γὰρ ἂν ἢ τὸν τῆς μετανοίας ὑπεύθυνον ποιήσῃ τὸν ὑποχείριον, ἢ μὴ μετανοοῦντα, ἀκουστικῶς ἐπιφοραῖς ὀδύνησιν αὐτόν.

ΙΑΔ'. Ἔστι δ' ὅτε καὶ πρὸς τὰς ἐπιφορὰς ἀντιμάχεσθαι παρασκευάζει, ὅπως καὶ ὧδε τὰς ὀδύνας πο-

¹³ I Cor. viii, 1. ¹⁴ Isa. xxxvi, 6.

λυπλασιάζη, καὶ ἐν ἐξόδῳ διὰ τὴν ἀνυπομησίαν ἀπο-
δείξῃ ἀπιστον.

ΙΕ'. Πρὸς τὰ ἐπερχόμενα πολλοὶ πολλὰ ἀντετά-
ξαντο· ἀλλ' ἐκτὸς προσευχῆς καὶ μετανοίας οὐδεὶς τὸ
δεινὸν διέφυγεν.

ΙΓ'. Ἐν δι' ἐνὸς τὰ κακὰ λαμβάνει τὴν δύναμιν,
ὁμοίως καὶ τὰ ἀγαθὰ δι' ἀλλήλων αὐξάνεται· καὶ
τὸν ἑαυτῶν μέτοχον ἐπὶ τὰ πρόσω μείζονα προτρέ-
πονται.

ΙΖ'. Τὰ μικρὰ ἁμαρτήματα ἐξευτελίζει ὁ διάβο-
λος· ἄλλως γὰρ ἐπὶ μείζον κακὸν ἀγαγεῖν οὐ δύ-
ναιται.

ΙΗ'. Ῥίζα αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, ἀνθρώπινος ἔπαι-
νος· ὡσπερ καὶ σωφροσύνης, ὁ περὶ κακίας ἔλεγ-
χος, οὐχ ὅταν ἀκούωμεν, ἀλλ' ὅταν αὐτὸν καταδε-
χώμεθα.

ΙΘ'. Οὐδὲν ὠφελήθη ὁ ἀποταξάμενος καὶ ἡδυπα-
θῶν· ὁ γὰρ ἐποίει διὰ τῶν χρημάτων, τοῦτο καὶ
μῦθὸν ἔχων ἐργάζεται.

Ρ'. Πάλιν δὲ ὁ ἐγκρατὴς ἐὰν κτᾶται χρήματα,
ἀδελφός ἐστι τοῦ προτέρου κατὰ διάνοιαν· μητρὸς
μὲν τῆς αὐτῆς διὰ τὴν νοεράν ἡδονήν· πατρὸς δὲ
ἐτέρου διὰ τὴν τοῦ πάθους ἐναλλαγὴν.

ΡΑ'. Ἔστιν ὁ περικόπτων πάθος διὰ μείζονα ἡδυ-
πάθειαν· καὶ ὑπὸ τῶν ἀγνοούντων αὐτοῦ τὸν σκοπὸν,
δοξάζεται. Τάχα δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀγνοεῖ κοπιῶν ἀν-
όνητα.

ΡΒ'. Ἡ αἰτία πάσης κακίας, κενοδοξία καὶ ἡδονή·
ὁ δὲ μὴ μισήσας αὐτά, οὐ μὴ περιάρη πάθος.

ΡΓ'. Ῥίζα πάντων τῶν κακῶν εἴρηται ἡ φιλαρ-
γυρία· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ σαφῶς δι' ἐκείνων συνίσταται.
Ἐκτυφλοῦται δ' ὁ νοῦς διὰ τῶν τριῶν τούτων παθῶν,
φιλαργυρίας λέγω, κενοδοξίας, καὶ ἡδονῆς.

ΡΔ'. Τρεῖς θυγατέρας λέγω βδέλλης· αὐταὶ εἰσι,
κατὰ τὴν θέαν Γραφῆν, ὑπὸ μητρὸς ἀφροσύνης
ἀγαπήσει ἀγαπώμεναι.

ΡΕ'. Γνώσις καὶ πίστις, αἱ τῆς φύσεως ἡμῶν σύν-
τροφοί, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ δι' ἐκείνας ἡμεδύνθησαν.

ΡΖ'. Θυμὸς καὶ ὀργή, καὶ πόλεμος καὶ φόνοι, καὶ
πᾶς ὁ λοιπὸς κατάλογος τῶν κακῶν, δι' ἐκείνας ἐν
ἀνθρώποις σφόδρα ἐκραταιώθησαν.

ΡΖ'. Οὕτω μισῆσαι δεῖ φιλαργυρίαν καὶ κενοδο-
ξίαν καὶ ἡδονήν, ὡς μητέρας τῶν κακῶν, καὶ μη-
τρικῆς τῶν ἀρετῶν.

ΡΗ'. Διὰ ταῦτα μὴ ἀγαπᾶν τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ
ἐν τῷ κόσμῳ προσετάχθημεν· τοῦτο δὲ εἴρηται, οὐχ
ἵνα τὰ κτίσματα τοῦ Θεοῦ ἀκρίτως μισήσωμεν, ἀλλ'
ὅπως τῶν τριῶν ἐκείνων παθῶν τὰς ἀφορμὰς περι-
κόψωμεν.

ΡΘ'. Οὐδεις, φησὶ, στρατευόμενος τῷ Θεῷ, ἐμ-
πλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις· ὁ γὰρ μετὰ
τῆς ἐμπλοκῆς τὰ πάθη νικῆσαι θέλων, ὁμοίός ἐστι τῷ
μετὰ ἀγύρων σθενύνοντι ἐμπυρισμόν.

ΡΙ'. Ὁ διὰ χρήματα, ἢ δόξαν, ἢ ἡδονὴν ὀργιζόμε-

A tandem per oblivionem perfidum demonstrabit.

XCIV. Adversus imminens infortunium multi
multa opposuerunt; sed citra orationem et resipi-
scientiam nullus fatum effugere potuit.

XCVI. Quæ mala sunt, gradatim ac sensim in-
crementum accipiunt: similiter etiam quæ bona
sunt, mutuo augmento multiplicantur, sui que par-
ticipem subinde porro ad majora cohortantur et im-
pellunt.

XCVII. Modica delicta admodum elevat et ex-
tenuat diabolus; alioqui enim ad majus malum aut
vitium hominem adducere non posset.

XCVIII. Turpis concupiscentiæ radix est laus hu-
mana: quemadmodum etiam molestiæ, vitiorum
reprehensio, non quando illam audimus, sed quando
illam non gravatim suscipimus.

XCIX. Nihil utilitatis consecutus est, qui bonis
suis renuntiavit, et indulget deliciis: quod enim
faciebat opes possidens, illud etiam nihil habens
operatur.

C. Rursus homo temperans, si opum dives fue-
rit, frater est prioris, quoad animum; matris qui-
dem ejusdem propter spiritualem delectationem; pa-
tris vero alterius propter affectuum mutationem.

CI. Est qui affectus resecat, majoris voluptatis
consequendæ gratia; atque ita ab ignorantibus
scopum ejus, gloriam consequitur. Fortasse autem
seipsum quoque ignorat, quod inutili labore semet
conturbet.

CK. Omnis vitiositatis causa, est inanis gloriæ
cupiditas et voluptas: quas qui non odio habuerit,
nunquam affectus abjiciet.

CIII. Radix omnium malorum dicta est avaritia¹⁴;
verum etiam hæc per illa manifesta consistit. Ex-
cæcatur autem mens tribus hisce affectionibus, ava-
ritia videlicet, et gloriæ cupidine, ac voluptate.

CIV. Tres hirudinis seu sanguisugæ sillas illas
esse affirmo, quæ divini Scripturæ testimonio¹⁵, a
matre immodestia summo amore diliguntur.

CV. Cognitio et fides naturæ nostræ co-alumnæ,
nulla alia re quam per illas hebetatæ sunt.

CVI. Furor et iracundia, et bellum et cædes, et
reliquus universus vitiorum catalogus, propter illas
inter homines vehementer invaluerunt.

CVII. Ita odio habenda est avaritia et vana glo-
ria et voluptas, ut vitiorum matres, et virtutum
novercæ.

CVIII. Propter hæc ne diligamus mundum, neque
ea quæ in mundo sunt¹⁶ nobis colenda propona-
mus. Quod dictum est, non ut ea quæ a Deo creata
sunt, sine judicio prosequamur odio, verum ut ho-
rum trium affectuum occasiones præcidamus.

CIX. Nemo, inquit Apostolus¹⁷, militans Deo,
hujus vitæ negotiis implicatur. Etenim qui hisce
implicitus, affectiones superare voluerit, similis est
ei qui paleis conatur incendium restinguere.

CX. Qui propter opes aut gloriam aut voluptatem

¹⁴ I Tim. vi, 10. ¹⁵ Prov. xxx, 15. ¹⁶ I Joan. ii, 15. ¹⁷ II Tim. ii, 4.

proximo irascitur, nondum cognovit Deum justitia res mundanas administrare solere.

CXI. Quando audieris Dominum dicentem: *Nisi quis renuntiaverit omnibus substantiis suis, non est me dignus*¹⁸: non tantum de relinquendis divitiis hoc dictum accipias, sed etiam de omnibus vitiorum ac improbitatis actionibus.

CXII. Qui non cognoscit veritatem, nequaquam vere potest credere. Siquidem cognitio secundum naturam præcedit fidem.

CXIII. Quemadmodum unicuique rerum quæ videntur, Deus quod naturale est, tribuit: sic humanis quoque cogitationibus, sive velimus, sive nolimus.

CXIV. Si quis aperte et obstinate peccans, et non pœnitens, nihil passus fuerit usque ad vitæ exitum; in hunc iudicium sine misericordia¹⁹ futurum ne dubites.

CXV. Qui cordate orat, suffert ea quæ illi obijciuntur. Cæterum qui acceptarum injuriarum memor est, nondum pure precatus est.

CXVI. Damno affectus, aut probro et contumelia laceratus, aut persecutionem passus a quopiam, fac ne animo tecum cogites, quod præsens est, sed quod futurum est, suscipe; atque ita certo invenies, eum multorum bonorum tibi fuisse auctorem, non tantum in præsentem, sed etiam in futuro sæculo.

CXVII. Quemadmodum iis qui crudo et indigesto sunt stomacho, amarum prodest absinthium: sic male moratis mala tolerare utile est. Illos enim ad bonam valetudinem consequendam, hos vero ad respicientiam amplectendam inducunt pharmaca.

CXVIII. Quod si nolueris mala pati, neque male facere velis; siquidem illud huic indivisus comesse esse consuevit. Quod enim quisque seminat, hoc etiam metet²⁰.

CXIX. Volente animo mala seminantes, et invito eadem metentes, justitiam Dei admirari debemus. Cum sationis ac messis tempus medio interjecto definitum sit, hujus rei gratia diffidimus de retributione.

CXX. Si quid flagitiose deliquisti, cave ipsum culpes facinus, sed potius mentis tuæ cogitationem. Nisi enim præcurrisset cogitationem animus, corpus nunquam fuisset subsecutum.

CXXI. Aperte peccantibus multo improbius est in occulto admittens flagitia: propterea ille quoque graviore punietur supplicio.

CXXII. Qui nectit et conatur dolos per fallaciam, et occulte malis afficit proximum, ille serpens est, secundum Scripturam²¹, qui jacet in via, et equi pungit calcaneum.

CXXIII. Qui eadem de causa apud hunc quidem laudat, apud alium vero vituperat proximum, illum ambitione et invidentia victum esse constat: et per laudem quidem invidentiam celare nititur, per reprehensionem vero seipsum illo præstantiorem ostendere conatur.

¹⁸ Luc. xiv, 33. ¹⁹ Jac. ii, 35. ²⁰ Galat. vi, 8.

Α νος τῆ πλησίον, οὐπω ἐγνωκων ὅτι ἐν δικαιοσύνῃ διακονεῖ ὁ θεός τὰ πράγματα.

PIA'. Ὅταν ἀκούσης τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι: *Εἰ τις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐκ ἔστι μου ἀξίος*, μὴ μόνον περὶ χρήματα νοεῖ τὸ εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν τῆς κακίας πραγμάτων.

PIB'. Ὅ μὴ γινώσκων τὴν ἀλήθειαν, οὐτε ἀληθῶς πιστεῦεν δύναται. Ἡ γὰρ γνῶσις κατὰ φύσιν προηγείται τῆς πίστεως.

PIΓ'. Ὅσπερ ἐκάστῳ τῶν ὀρωμένων τὸ προσφεύς ἀπένευμεν ὁ θεός· οὕτω καὶ τοῖς ἀνθρωπίνους λογισμοῖς, κἂν θέλωμεν, κἂν μὴ.

PIΔ'. Εἰ τις προφανῶς ἀμαρτάνων καὶ μὴ μετανοῶν, οὐδὲν ἔπαθεν ἕως ἐξόδου, τοῦτου νόμιζε ἀλλεων εἶναι τὴν χριστὶν ἐκεῖ.

PIE'. Ὅ ἐμφρόνως προσευχόμενος, ὑπομένει τὰ ἐπερχόμενα· ὁ δὲ μνησικακῶν, οὐπω καθαρῶς προσήυξαστο.

PIΓ'. Ζημιωθεῖς, ἢ οὐνειδισθεῖς, ἢ διωχθεῖς παρὰ τινος, μὴ λογίζου τὸ παρὸν, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἐκδέχου· εὐρήσεις ὅτι πολλῶν σοι ἀγαθῶν γέγονε πρόξενος, οὐ μόνον ἐν τῷ παρόντι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.

PIZ'. Ὅσπερ τοὺς κακοστίτους ἀψίνθισον ὠφελεῖ τὸ πικρὸν· οὕτω τοῖς κακοτρόποις κακὰ πάσχειν συμφέρει. Τοὺς μὲν γὰρ εὐεκτεῖν, τοὺς δὲ μετανοεῖν παρασκευάζει τὰ φάρμακα.

PIH'. Εἰ μὴ θέλεις κακοπαθεῖν, μηδὲ κακοποιεῖν θέλε· διότι τοῦτο ἐκείνῳ ἀπαράδατος ἀκολουθεῖ. Ὅ γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοῦτο καὶ θερίσει.

PIΘ'. Ἐκουσίως τὰ φαῦλα σπείροντες, καὶ ἀκουσίως θερίζοντες, τὴν δικαιοσύνην τοῦ Θεοῦ θαυμάζεις ὀφείλομεν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ θέρους καὶ ἀνὰ μέσον σπόρου καιρός τις διώρισταί, τοῦτου χάριν ἀπιστοῦμεν περὶ τὴν ἀνταπόδοσιν.

PK'. Ἀμαρτήσας, μὴ αἰτιῶ τὴν πρᾶξιν, ἀλλὰ τὴν ἔννοιαν. Εἰ μὴ γὰρ ὁ νοῦς προέδραμεν, οὐκ ἂν τὸ σῶμα ἐπηκολούθησε.

D PKA'. Τῶν προφανῶς ἀδικούντων πονηρότερός ἐστὶν ὁ λαθροκακούργος· διόπερ ἐκεῖνος καὶ πονηροτέρως κολάζεται.

PKB'. Ὅ δόλους συμπλέκων, καὶ κεκρυμμένως κακοποιῶν, ὕψις ἐστὶ, κατὰ τὴν Γραφήν, ὁ καθήμενος ἐν ὄδῳ, καὶ δάκνων πτέρναν ἵππου.

PKΓ'. Ὅ ἐν τῷ αὐτῷ εἰς τινα μὲν ἐπαίνων, εἰς τινα δὲ ψέγων τὸν πέλας, οὗτος κενοδοξία καὶ φθόνῳ κεκράτηται· καὶ διὰ μὲν τῶν ἐπαίνων, κρύπτειν πειράται τὸν φθόνον, διὰ δὲ τῶν ψέγων, ἑαυτὸν εὐδοκίμωτερον ἐκείνου συνίστησιν.

²¹ Gen. xlix, 17.

PKΔ'. Ὅσπερ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ πρόβατα A
βόσκειν καὶ λύκους· οὕτως ἀδύνατον ἐλέους τυχεῖν
τὸν δολοποιούντα τὸν πλησίον.

PKE'. Ὁ τῆ ἐπιταγῆ ἐπιμίσγων λάθρα τὸ ἔδιον
θέλημα, μοιχός ἐστι, καθὼς ἐν τῇ Σοφίᾳ δεδῆλω-
ται, καὶ δι' ἔνδειαν φρενῶν, ὀδύνας καὶ ἀτιμίας ὑπο-
φέρει.

PKZ'. Ὅσπερ ὕδατος καὶ πυρὸς ἐναντία ἡ σύνοδος,
οὕτως ἐναντιοῦται ἀλλήλοις δικαιολογία καὶ ταπει-
νωσις.

PKZ'. Ὁ ζητῶν ἀφρασεῖν ἀμαρτιῶν, ἀγαπάτω ταπει-
νοφροσύνην· ὁ δὲ κατακρίνων τὸν ἕτερον, σφραγίζει
τὰ ἐαυτοῦ κακά.

PKH'. Μὴ ἀφῆς ἀνεξάλειπτον ἀμαρτίαν, κὲν βρα-
χυτάτη τυγχάνῃ, ἵνα μὴ ὕστερον ἐπὶ μεῖζον κακὸν
κατασύρῃ σε.

PKΘ'. Ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, ἀληθῆ λόγον ἀγάπη-
σον, καὶ μηδέποτε ἀκρίτως ἐλεγχον ἀποστραφῆς.

PA'. Λόγος ἀληθῆς μετέβαλε γεννήματα ἐχιδνῶν,
καὶ ὑπέδειξεν αὐτοῖς φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς.

PAΔ'. Ὁ δεχόμενος λόγους ἀληθείας, ὑποδέξεται
τὸν Θεὸν Λόγον· φησὶ γὰρ ὁ Κύριος· Ὁ δεχόμενος
ὁμᾶς, ἐμὲ δέχεται.

PAB'. Παραλυτικός ἐστι χαλασθεὶς διὰ τοῦ δώ-
ματος, ἀμαρτωλὸς παρὰ πιστῶν κατὰ Θεὸν ἐλεγ-
χόμενος, καὶ διὰ τὴν ἐκείνων πίστιν λαμβάνων τὴν
ἄφρασιν.

PAG'. Κρεῖσσον μετ' εὐλαστίας ὑπερεύχεσθαι τοῦ
πλησίον, ἢ ἐλέγχειν αὐτὸν ἐν παντὶ πράγματι.

PAA'. Ὁ ὀρθῶς μετανοῶν, ὑπὸ ἀφρόνων χλευάζεται-
ται. Τοῦτο δὲ αὐτῷ ἐστι τεκμήριον εὐαρεστήσεως.

PAE'. Ὁ ἀγωνιζόμενος, πάντα ἐγκρατεύεται,
καὶ οὐ παύεται, ἕως ἂν ἐξολοθρεύσῃ Κύριος σπέρμα
ἐκ Βαβυλῶνος.

PAG'. Λόγισαί μοι ἔνδεκα εἶναι τὰ πάθη τῆς ἀμαρ-
τίας· ἐὰν ἐν ἐξ αὐτῶν ἀγαπήσῃς θελήματι, ἐκεῖνο
ἀναπληρῶσει τὸν τόπον τῶν ἔνδεκα.

PAZ'. Πῦρ ἐστι καϊόμενον ἢ ἀμαρτία. Ὅσον ἂν
περικόψῃς τὴν ὕλην, τοσοῦτον σβεσθήσεται· καὶ καθὸ
ἐν ἐπιθῆς (1), ἀναλόγως ἐκκαυθήσεται.

PAH'. Ἐπαρθεὶς ἐν ἐπαίνοις, ἐκδέχου ἀτιμίαν.
Φησὶ γὰρ· Ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται.

PAΘ'. Ὅταν πᾶσαν ἐκούσιον κακίαν ἀποβάλωμεν
τῆς διανοίας, τότε ἂν πολεμήσωμεν πάθει τοῖς κα-
τὰ πρόληψιν.

PM'. Πρόληψις ἐστὶ τῶν προτέρων κακῶν μείλα
ἀκούσιος, παρὰ μὲν τῷ ἀγωνιστῇ προδῆναι εἰς πάθος
κωλυομένη· παρὰ δὲ τῷ νικητῇ ἕως προσδελῆς ἀνα-
τρεπτομένη.

PMA'. Προσβολὴ ἐστὶν ἀνείδωλον κίνημα καρδιάς,
κλεισοῦρας δίχην, ὑπὸ τῶν ἐμπεύρων κατεχομένη.

PMB'. Ὅπου εἰκόνες λογισμῶν (2), ἐκεῖ γέγονε συγ-

²² Prov. vi, 32, 33. ²³ Matth. iii, 7. ²⁴ Matth. x, 40. ²⁵ Luc v, 19. ²⁶ I Cor. ix, 25. ²⁷ Luc. iv, 11.

(1) F ἐνεπιθῆς, vel ἂν ἐπιθῆς. Edit.

CXXIV. Quemadmodum non licet simul et oves et
lupos pascere : ita nullo modo fieri potest, ut is mise-
ricordiam consequatur, qui dolose agit cum proximo.

CXXV. Qui mandato sibi injuncto propriam vol-
untatem subimmiscet, mæchus est, quemadmodum
in Sapientia manifestatum est ²², et propter mentis
inopiam, dolorem sustinet et ignominiam.

CXXVI. Quemadmodum aquæ et ignis contraria
est societas, sic quoque contraria sunt inter se ju-
stificatio sui et humiliatio.

CXXVII. Quærens peccatorum condonationem et
veniam, humilitatem diligit. Cæterum qui conde-
mnat proximum, obsignat sua ipsius mala.

CXXVIII. Ne dimittas peccatum indeletum, ta-
metsi sit valde modicum, ne te postea ad majus
B malum et vitium pertrahat.

CXXIX. Quodsi animus est salvari, veracem
sermonem dilige, neque unquam præcipitanter et
temere reprehensionem averseris.

CXXX. Sermo verus mutavit viperarum proge-
nies, illisque ostendit, ut fugerent a futura ira ²³.

CXXXI. Qui suscipit sermones veritatis, suscipiet
Deum Verbum : dicit enim Dominus : Qui recipit vos,
me recipit ²⁴.

CXXXII. Paralyticus* per tectum demissus ²⁵, est
peccator, qui a fidelibus secundum Deum redargui-
tur, et propter illorum fidem remissionem conse-
quitur.

CXXXIII. Satius est cum timore orare pro pro-
ximo, quam eundem in omni opere redarguere.

CXXXIV. Qui vere resipiscit, emendata in me-
lius vita, ab hominibus fatuus subsannatur : hoc au-
tem illius probitatis argumentum est.

CXXXV. Qui certat, ab omnibus se temperat ²⁶,
nec prius finem facit, quam Dominus omne semen
Babylonis profligatum exterminaverit.

CXXXVI. Considera, undecim esse peccati affec-
tiones : quarum si unam ultro amaveris, ea omnium
undecim hinc occupabit.

CXXXVII. Ignis ardens est peccatum. Jam quan-
tum peccandi materiam sustuleris, tantum exting-
uetur ; quantumque adjeceris, tantum accendetur.

CXXXVIII. Si laudatus, animo sublato superbie-
ris, ignominiam amplector. Ait enim : Qui se ex-
D allat, humiliabitur ²⁷.

CXXXIX. Quando nostra sponte omnem iniqui-
tatem ex animo ejecerimus, tunc adversus affectio-
nes quæ mentem præoccupant, dimicabimus.

CXL. Mentis præoccupatio, est priorum malorum
aut vitiorum memoria non voluntaria, quæ a certa-
tore, ne in affectum erumpat, prohibetur ; a victore
vero usque ad impetum violentiorem subvertitur.

CXLI. Impetus vero violentior, est motus cordis
carens imaginationibus, occultum judicium in ex-
pertis detinens.

CXLII. Ubi cogitationum imagines, ibi facta est

(2) Ὅπου, κ. τ. λ. Cautè lege.

assensio; motus enim est ab imaginationibus alienus, extra noxam impetus. Est autem, qui etiam ex iis aufugit, veluti ex igne stipes aut titio; est rursus, qui non revertitur, donec flamma concremata subsederit.

CLXIII. Ne dicas: Quod nolo, accidit. Omnino enim etsi illud nequaquam volueris, tamen rei quæ contigit, causas amare te verisimile est.

CLXIV. Qui laudem venatur, in affectus incidit, et tribulationem venientem deplorans, amat requiem.

CLXV. Tanquam in statera voluptates sectantis fluctuat cogitatio; nonnunquam plorat et deflet peccata; mox pugnat et contradicit proximo, excusans atque defendens voluptates.

CLXVI. Omnia probans, et bonum retinens, consequenter ab omni quoque malitia semet abstinere.

CLXVII. Homo longanimis multa sapientia præditus est; similiter, qui verbis sapientiæ suam aures accommodat.

CLXVIII. Citra Dei recordationem aut memoriam, vera cognitio non potest subsistere. Etenim sine priore, illud posterius spurium et illegitimum est.

CLXIX. Hominem gravi corde præditum, nihil juvat subtilioris et argutioris cognitionis oratio, propterea quod præ superbia pœnitentia laborem subire nequeat.

CL. Homini miti confert credulitas, quatenus Dei longanimitatem non tentat, neque crebra transgressione percutitur.

CLI. Hominem potentem ne coarguas ambitionis et inanis gloriæ, sed potius futuræ damnationis ignominiam illi ostende: hoc enim modo homo intelligens et cordatus haud difficulter coarguitur.

CLII. Qui odio habet redargutionem, secundum propositum adhuc subjectus est affectibus. Cæterum qui amat eam, videlicet secundum mentis præoccupationem rapitur.

CLIII. Ne velis cupidus esse audiendi aliena flagitia: hac enim audiendi voluptate flagitiorum quoque characteres nutriuntur.

CLIV. Maledicas orationes inaudiens, tibi ipse, non ei qui locutus est, irascere: pravæ enim rerum auditor, pravus evadit nuntius.

CLV. Si quis in vaniloquos homines inciderit, reum seipsum putet talium verborum, quanquam non ex recenti colloquio, sed ex antiquo debito.

CLVI. Si quem videris simulante et hypocritice te laudantem, ab eodem suo tempore vituperationem quoque expecta.

CLVII. Præsentes tribulationes cum futuris bonis commuta, et ita nulla unquam difficultas tuam certamen eludet.

CLVIII. Quando propter externam aliquam, hoc est corporalem largitionem, hominem ut virum bonum extra Deum laudaveris, postea ille tibi improbus apparebit.

CLIX. Omne bonum a Domino pro sua dispen-

Α κατάθεσις· κίνημα γάρ ἐστιν ἀνειδωλον, ἀνάτιος προσβολῆ. Ἔστι δὲ καὶ ὁ ἐκ τούτων ἐκφεύγων, ὡς δαλδὸς ἐκ πυρός· καὶ ἔστιν ὁ μὴ ἀναστρέφων, ἕως ἂν ἐκκαύσῃ φλόγα.

PMΓ'. Μὴ λέγε· Ὁ τι οὐ θέλω, καὶ ἔρχεται. Πάντως γὰρ κἂν μὴ αὐτὸ ἀγνοῆς, τὰς δὲ αἰτίας ἀγαπᾷς τοῦ πράγματος.

PMΔ'. Ὁ ζητῶν ἔπαινον, ἔγκειται πάθει· καὶ θλίψιν ἐπελθοῦσαν ἀποδυρόμενος, ἀγαπᾷ τὴν ἀνεσιν.

PME'. Ὡς ἐπὶ ζυγοῦ ἀστατεῖ τοῦ ἡδυπαθοῦντος ὁ λογισμὸς, καὶ ποτὲ μὲν κλαίει καὶ ἀποδύρεται δι' ἁμαρτίας· ποτὲ δὲ πολεμεῖ καὶ ἀντιλέγει τῷ πλησίον, ἐκδικῶν τὰς ἡδονάς.

B PMΓ'. Ὁ πάντα δοκιμάζων καὶ τὸ καλὸν κατέχων, ἀκολούθως ἀπὸ παντὸς πονηροῦ ἀφέξεται.

PMZ'. Μακρόθυμος ἀνὴρ, παλὺς ἐν φρονήσει· ὁμοίως καὶ ὁ λόγος σοφίας παραβάλλων τὸ οὖς αὐτοῦ.

PMH'. Χωρὶς μνήμης Θεοῦ, γνώσις ἀληθῆς εἶναι οὐ δύναται· ἐκτὸς γὰρ τῆς προτέρας, ἡ δευτέρα νόθος ὑπάρχει.

PMΘ'. Τὸν σκληροκάρδιον οὐκ ὠφελεῖ λεπτοτέρας γνώσεως λόγος, διότι ἐκτὸς φόβου, μετανοίας πόνους οὐ καταδέχεται.

PN'. Τῷ πράξει ἀνθρώπῳ πιστολογία συμβάλλεται, καθότι οὐ πειράζει Θεοῦ μακροθυμίαν, καὶ οὐ τύπτει ἐν πυκνῇ παραβάσει.

C PNA'. Ἄνδρα δυνατὸν μὴ ἐλέγξει ἐπὶ κενοδοξίᾳ, ἀλλὰ τὴν ἐπιφορὰν τῆς μελλούσης ἀτιμίας ὑπόδειξον· τοῦτω γὰρ τῷ τρόπῳ ὁ συνετὸς ἡδέως ἐλέγχεται.

PNB'. Ὁ μισῶν ἔλεγγον, κατὰ πρόθεσιν ἔγκειται τῷ πάθει. Ὁ δὲ ἀγαπῶν, δηλονότι κατὰ πρόληψιν παραφέρεται.

PNΓ'. Μὴ θέλε ἀκούειν ἀλλότρια πονηρέματα· τῷ γὰρ τοιοῦτω θελήματι καὶ οἱ χαρακτῆρες τῶν πονηρευμάτων διατρέφονται.

PND'. Ὁ κακοῖς λόγοις ἐνηχηθεὶς, σεαυτῷ ὀργίζου, καὶ μὴ τῷ λαλήσαντι· πονηρᾶς γὰρ ἀκοῆς, πονηρὸς καὶ ὁ ἀποκρισιάριος.

D PNE'. Εἰ τις ματαιολόγους ἀνθρώπους περιτύχῃ, ὑπεύθυνον ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι τῶν τειοῦτων βημάτων, κἂν μὴ προσφάτως, ἀλλ' ἐκ παλαιοῦ χρεωστήματος.

PNΓ'. Ἐὰν ἴδῃς τινὰ καθ' ὑπόκρισιν ἔπαινοῦντά σε, ἐν ἰδίῳ καιρῷ παρ' ἐκείνου ψόγον ἐκδέχου.

PNZ'. Τὰ παρόντα θλιβερὰ προσσυνάλασσε τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς, καὶ οὐδέποτε σου τὸν ἀγῶνα χαυνώσει πλημμυρία.

PNH'. Ὅταν διὰ σωματικὴν παροχὴν ἀνθρώπων ὡς ἀγαθὸν ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ ἐπαινέσῃς, ὕστερον ὁ αὐτὸς σοι πονηρὸς καταφανήσεται.

PNΘ'. Πᾶν ἀγαθὸν παρὰ Κυρίου οἰκονομικῶς ἐπ-

ἄρχεται· καὶ οἱ φέροντες αὐτὸ, εἰσὶν ἀγαθοῦ διά-
κονοι.

ΡΕ'. Ἀγαθῶν καὶ κακῶν τὰς μετεμπλοκάς ὁμολῶ-
λογισμῶ ὑποδέχου· καὶ οὕτως ἀνατρέπει ὁ Θεὸς τῆς
ἀνωμαλίας τὰ πράγματα.

ΡΕΑ'. Ἡ ἀνισότης τῶν λογισμῶν, τὰς τῶν ἰδικῶν
ἀνιδίως μεταβολὰς ἐπιφέρει· ὁ Θεὸς γὰρ τὰ ἀκούσια
τοῖς ἐκουσίοις προσφυῶς ἀπένειμε.

ΡΕΒ'. Τὰ αἰσθητὰ, τῶν νοερῶν ἐστὶν ἔκγονα, τὸ
δέον φέροντα ψήφω Θεοῦ.

ΡΕΓ'. Καρδίας ἡδυπαθούσης, λογισμοὶ λοιμοὶ ἀνα-
φύονται· καὶ ἐν τῷ καπνῷ τὴν ἐγκριμένην ὕλην ἐπι-
γνώσκωμεν.

ΡΕΔ'. Παράμενε τῇ διανοίᾳ, καὶ οὐ κοπιᾷσεις ἐν
πειρασμοῖς· ἐκεῖθεν δὲ ἀναχωρῶν, ὑπόμενε τὰ ἐπερ-
χόμενα.

ΡΕΕ'. Εὐχου μὴ ἐλθεῖν σοι πειρασμὸν· ἐλθόντα δὲ,
κατάδεξαι ὡς σὸν, καὶ οὐκ ἄλλότριον.

ΡΕΖ'. Ἄρον τὴν ἔννοιαν ἀπὸ πάσης πλεονεξίας,
καὶ τότε δυνήσῃ ἰδεῖν τὰς μεθοδεῖας τοῦ διαβόλου.

ΡΕΖ'. Ὁ λέγων πάσας εἰδέναι τὰς μεθοδεῖας τοῦ
διαβόλου, οὐκ ἴδεν ἑαυτὸν τέλειον εἰσφέρειν.

ΡΕΗ'. Ὅταν ἐξέλθῃ ὁ νοῦς τῶν σωματικῶν φρον-
τιδων, βλέπει κατ' ἀναλογίαν τὰς τῶν ἐχθρῶν παν-
ουργίας.

ΡΕΘ'. Ὁ λογισμοῖς συναπαγόμενος, ἐκτυφλοῦται
ὑπ' αὐτῶν· καὶ τὰς μὲν ἐργασίας τῆς ἁμαρτίας βλέ-
πει, τὰς δὲ αἰτίας αὐτῶν οὐ δύναται ἰδεῖν.

ΡΟ'. Ἔστιν ὁ ποιῶν προφανῶς ἐντολὴν, δουλεύων
πάθει, καὶ διὰ λογισμῶν πονηρῶν ἀγαθὴν πράξιν
ἐξαφανίζων.

ΡΟΑ'. Ἐμφορόμενος ἐν ἀρχῇ κακοῦ, μὴ λέγε· Οὐ
μὴ νικήσῃ με. Καθὼ γὰρ ἂν ἐμφέρει, κατὰ τοσοῦτον
ἤδη νενίκησαι.

ΡΟΒ'. Ἐκαστὸν τῶν γενομένων, ἀπὸ μικροῦ ἄρ-
χεται· καὶ κατὰ μέρος τρεφόμενον, λαμβάνει τὴν αὖ-
ξησιν.

ΡΟΓ'. Δίκτυόν ἐστὶ πολύπλοκον, ἢ τῆς κακίας μέθ-
οδος· ᾧ μερικῶς ἐμπλακεῖς, ἐὰν ἀμελήσῃ, περι-
εκτικῶς σφίγγεται.

ΡΟΔ'. Μὴ θέλε ἀκούειν δυστυχίας ἐχθρῶν ἀνθρώ-
πων. Οἱ γὰρ ἡδέως ἀκούοντες τῶν τοιούτων βημά-
των, καρποὺς τρυγῶσι τῆς ἰδίας προθέσεως.

ΡΟΕ'. Μὴ πᾶσαν θλίψιν ἐπέρχεσθαι τοῖς ἀνθρώ-
ποις δι' ἁμαρτίαν νόμιζε· εἰσὶ γάρ τινες εὐαρε-
στοῦντες καὶ πειραζόμενοι. Γέγραπται γάρ· Ἀσεβεῖς
καὶ ἄνομοι ἐκδιωγθήσονται. Ὁμοίως καὶ οἱ εὐσεβῶς
θέλοντες ζῆν ἐν Χριστῷ, διωχθήσονται.

ΡΟΖ'. Ἐν καιρῷ θλίψεως, βλέπε τὴν προσβολὴν
τῆς θλίψεως· ἐπειδὴ γὰρ ἡ προσβολὴ παραμυθεῖται
τὴν θλίψιν, εὐπαράδεκτος γίνεται.

ΡΟΥ'. Τινὲς φρονίμους λέγουσι, τοὺς διακριτικῶς

ratione venire solet : cæterum illud deferentes,
boni illius ministri sunt.

CLX. Bonarum et malarum rerum communes
implicationes æqua ratione suscipito; atque ita
Deus avertit inæqualitatis occasiones.

CLXI. Cogitationum inæqualitas, propriorum im-
proprie mutationes infert; nam Deus invita volun-
tariis prompte distribuit.

CLXII. Opera externa promanant ex intelligibi-
libus, atque ex sententia divina suppeditant quod
necessarium est.

CLXIII. Cordi deliciis indulgenti, pestilentes
suecrescunt cogitationes; et in fumo materiam
subjacentem cognoscimus.

CLXIV. Permane constans in animo, et nullam
senties in tentationibus molestiam: illinc autem
discedens, suffer contingentia.

CLXV. Precare Deum, ne tibi veniat tentatio; cæ-
terum venientem suscipito, ut tuam, non ut alienam.

CLXVI. Tolle cogitationem tuam ab omni avari-
tia, ac tum conspiceris poteris omnes diaboli insidias.

CLXVII. Qui dixerit se nosse omnes diaboli in-
sidias, non novit se ipsum perfectum gerere.

CLXVIII. Mens egressa de corporalibus curis,
videt secundum proportionem inimicorum versutias.

CLXIX. Qui cogitationibus ducitur, excæcatur ab
illis; et peccatorum quidem operationes videt,
C porro illorum causas videre non potest.

CLXX. Est qui facit propalam mandatam, affe-
ctibus serviens, et per cogitationes pravæ bonum
opus obscurans.

CLXXI. Dum versaris in mali seu peccati princi-
pio, ne dicas: Non vincet me. Quatenus enim in eo
versaris, tantum jam quoque victus es.

CLXXII. Unumquodque eorum quod fit, a parvis
incipitur initiis; atque ita, dum particulatim nutri-
tur, lentis incrementis augmentum consequitur.

CLXXIII. Vitiorum methodus implicatus est, si neglexerit,
tandem omnibus membris constringitur.

CLXXIV. Ne velis cupidus esse audiendi inimi-
corum hominum infortunia. Libenter enim audien-
tes verba hujusmodi, proprii propositi fructus via-
demiant.

CLXXV. Ne omnem afflictionem aut tribulatio-
nem hominibus propter peccata contingere existi-
mes; sunt enim nonnulli qui Deo placent, et tamen
probantur tentationibus. Scriptum est enim: Im-
pii et iniqui persecutionem patientur. Similiter scri-
ptum est: Volentes in Christo pie vivere, persecu-
tionem patientur²⁸.

CLXXVI. In tempore tribulationis, accessum tri-
bulationis intueri; si enim adjectio tribulationem
consolatur, dulcis fit tribulatio et facilis.

CLXXVII. Quidam prudentes vocant eos qui

²⁸ II Tim. iii, 12.

multo usu exculti, res sensibiles dijudicare possunt. Verum illi demum prudentes perhibendi sunt, qui propriæ voluntati dominantur.

CLXXVIII. Ante vitiorum sublationem cave cordi tuo obtemperes. Quales enim impositiones habet, tales etiam appositiones requirit.

CLXXIX. Quemadmodum sunt serpentes occurrentes in nemoribus, sunt item alii in ædibus latenter excubantes : sic affectus sunt in mente formati, sunt item alii latentes in operibus, tametsi ex aliis in alias formas subinde transmutentur.

CLXXX. Cum videris concupiscentias certo moveri, et ad affectum mentem quiescentem iisdem provocari, tum scias, quod harum antehac mens dux exstiterit, inque opus duxerit, cordique eas ipsas imposuerit.

CLXXXI. Non conflatur nubes citra venti spiritum, neque ullus generatur affectus citra cogitationem.

CLXXXII. Si non amplius carnis voluntates fecerimus, secundum Scripturam, facile in Domino desinent concupiscentiæ conceptæ in animo.

CLXXXIII. Substantiva mentis simulacra, pejora sunt et fortiora. Cæterum rationalia, horum causæ sunt et duces.

CLXXXIV. Est vitium, quo cor prorsus tenetur propter diurnam mentis præoccupationem. Rursus est aliud mentem impugnans per quotidianas actiones.

CLXXXV. Deus actiones secundum propositum æstimat. *Tribuat enim, inquit, tibi Dominus, secundum cor tuum.*

CLXXXVI. Qui in contemplatione conscientiæ constanter non perdurat, neque labores corporales pro pietate ferendos suscipit.

CLXXXVII. Naturalis liber est conscientia. Hanc quicunque strenue et graviter legerit, ille divini auxilii non dubiam sumet experientiam.

CLXXXVIII. Quicunque pro veritate tuenda labores sua sponte non susceperit, a multo graviore et acerbioribus etiam invitus castigabitur.

CLXXXIX. Qui voluntatem Dei perspectam habet, eandemque pro virili fecerit, modicis laboribus maximas difficultates effugiet.

CXC. Qui citra orationem et patientiam tentationes vincere voluerit, nequaquam eas a se propulsabit, sed multo magis illis implicabitur.

CXCI. Dominus in suis ipsius mandatis delitescit absconditus; qui hactenus invenitur a quærentibus, quatenus inquiritur ab illis.

CXCII. Ne dicas : Mandatis satisfeci, neque tamen Dominum reperi. Etenim cognitionem cum justitia non raro invenisti. Cæterum qui recte quærent illum, pacem invenient.

CXCIII. Porro pax est affectuum liberatio. Hæc autem, ut beatus inquit Apostolus ³⁹, citra Spiritus sancti cooperationem non invenitur.

CXCIV. Aliud est mandati exsecutio, aliud virtus,

³⁹ Psal. xix, 5. ⁴⁰ I Cor. xii, 11.

Ἀ τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων. Φρόνιμοι δὲ εἰσιν, οἱ ἐπικρατοῦντες τῶν ἰδίων θελημάτων.

ΡΟΗ'. Πρὸ ἀναιρέσεως τῶν κακῶν, μὴ υπακούσης τῇ καρδίᾳ σου. Οἷας γὰρ ἐνθήκας ἔχει, τοιαύτας καὶ προσθήκας ἐπιζητεῖ.

ΡΟΘ'. Ὅσπερ εἰσὶν ὄφεις συναντῶντες ἐν νάπαις, καὶ εἰσὶν ἕτεροι φωλεῶντες ἐν οἰκίαις· οὕτως εἰσὶ πάθη, λογιστικῶς μορφούμενα, καὶ εἰσὶν ἕτερα, πρακτικῶς ἐγκείμενα, εἰ καὶ ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλας εἰκόνας μετεμορφώθησαν.

ΡΙΠ'. Ὅταν ἴδῃς τὰ ἐγκείμενα ὑποστατικῶς κινούμενα, καὶ εἰς πάθος προκαλούμενα τὸν νοῦν ἡσυχάζοντα, γίνωσκς ὅτι ὁ νοῦς ποτε καὶ τούτων προηγήσατο, καὶ εἰς πράξιν ἤγαγε, καὶ τῇ καρδίᾳ ἐνέθηκεν.

ΡΙΠΔ'. Οὐ συνίσταται νέφος ἐκτὸς αἵρας καὶ ἀνέμου, καὶ οὐ γεννᾶται πάθος ἐκτὸς ἐννοίας.

ΡΙΠΒ'. Ἐὰν μηκέτι ποιῶμεν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς κατὰ τὴν Γραφὴν, βράδιως ἐν Κυρίῳ ὑπολήξει τὰ προεγκείμενα.

ΡΙΠΓ'. Τὰ μὲν ὑποστατικά τοῦ νοῦς εἰδῶλα, πονηρότερα ἐστὶ καὶ ἐπικρατέστερα. Τὰ δὲ λογιστικά, τούτων αἴτια καὶ προηγητικά.

ΡΙΠΔ'. Ἔστι κακία καρδιακῶς κατέχουσα διὰ τὴν χρονίαν πρόληψιν. Καὶ ἔστι κακία λογιστικῶς πολεμοῦσα διὰ τῶν καθημερινῶν πραγμάτων.

ΡΙΠΕ'. Ὁ Θεὸς τὰς πράξεις κατὰ τὰς προθέσεις λογίζεται· Δόξη γὰρ σοι, φησὶ, Κύριος κατὰ τὴν καρδίαν σου.

ΡΙΠϚ'. Ὁ ἐν θεωρίᾳ συνειδήσεως μὴ ἐγκαρτερῶν, οὐδὲ τοὺς σωματικῶς πόνους ὑπὲρ εὐσεβείας καταδέχεται.

ΡΙΠΖ'. Φυσικὴ βίβλος ἐστὶ συνειδῆσις. Ὁ ἐμπράκτως ἀναγινώσκων αὐτὴν, λαμβάνει πείραν θείας ἀντιλήψεως.

ΡΙΠΗ'. Ὁ μὴ αἰρούμενος τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας πόνους ἐκουσίως, ὑπὸ τῶν ἀκουσίων χαλεπωτέως παιδεύεται.

ΡΙΠΘ'. Ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ δύναμιν ποιῶν αὐτὸ, διὰ μικρῶν πόνων τοὺς μεγάλους ἐκφεύζεται.

ΡΙ'. Ὁ ἐκτὸς προσευχῆς καὶ ὑπομονῆς πειρασμοῦς νικῆσαι θέλων, οὐκ ἀπώσεται αὐτοῦς, ἀλλὰ πλέον ἐμπλακῆσεται.

ΡΙΔΑ'. Κύριος εἰς τὰς ἰδίας ἐγκέκρυπται ἐντολάς, καὶ τοῖς ζητοῦσιν αὐτὸν κατ' ἀναλογίαν εὕρισκεται.

ΡΙΔΒ'. Μὴ εἰπῆς· Ἐποίησα ἐντολάς, καὶ οὐκ εὔρον τὸν Κύριον. Γινώσκιν γὰρ μετὰ δικαιοσύνης πολλάκις εὔρηκας. Οἱ δὲ ὀρθῶς ζητοῦντες αὐτὸν, εὐρήσουσιν εἰρήνην.

ΡΙΔΓ'. Εἰρήνη ἐστὶ τῶν παθῶν ἀπαλλαγὴ· αὐτὴ δὲ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Ἀπόστολος, ἐκτὸς ἐνεργείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος οὐχ εὕρισκεται.

ΡΙΔΔ'. Ἄλλο πράξις ἐντολῆς, καὶ ἄλλο ἀρετῆ, καὶ

ἐξ ἀλλήλων τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀφορμὰς λαμβάνουσι τὰ πάντα.

Ρι.Ε'. Πρᾶξις ἐντολῆς λέγεται, ἐν τῷ πράξει τὸ προστεταγμένον· ἀρετὴ δὲ, ἐν τῷ ἀρέσκειν τῇ ἀληθείᾳ τὸ γεγεννημένον.

Ρι.Γ'. Ὅσπερ εἰς μὲν ἔστιν ὁ αἰσθητὸς πλοῦτος, κατὰ δὲ κτῆσιν πολυμερῆς· οὕτω μία ἔστιν ἡ ἀρετὴ, πολυτρόπους ἔχουσα τὰς ἐργασίας.

Ρι.Ζ'. Ὁ ἐκτὸς ἔργου σοφισζόμενος καὶ λαλῶν λόγους, πλουτεῖ ἐξ ἀδικίας· καὶ οἱ πόνοι αὐτοῦ, κατὰ τὴν Γραφήν, εἰς οἴκους ἀλλοτρίους ἔρχονται.

Ρι.Η'. Πάντα ὑπακούσεται τῷ χρυσίῳ, φησί· καὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τὰ νοητὰ διοικηθήσεται.

Ρι.Θ'. Συνειδησις ἀγαθῆ διὰ προσευχῆς εὐρίσκειται, καὶ προσευχὴ καθαρὰ διὰ συνειδήσεως· θάτερον γὰρ θατέρου κατὰ φύσιν προσδέεται.

Σ'. Ὁ Ἰακώβ τῷ Ἰωσήφ χιτῶνα ποικίλον ἐποίησε, καὶ ὁ Κύριος τῷ πραιεῖ γινώσιν ἀληθείας χαρίζεται, καθὰ γέγραπται, ὅτι Διδάξει πρᾶξις ὁδοῦς αὐτοῦ.

ΣΑ'. Πάντοτε ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν, καὶ ἐν καιρῷ τοῦ μεζονος μὴ στρέφου ἐπὶ τὸ ἔλαττον· Ὁ γὰρ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, φησὶν, οὐκ ἔστιν εὐθετος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

⁸¹ Prov. v, 10. ⁸² Eccle. x, 19. ⁸³ Gen. xxxvi, 3. ⁸⁴ Psal. xxiv, 9. ⁸⁵ Luc. ix, 62.

OPUSCULUM II.

Peri tōn oloμένων ἐξ ἔργων δικαιῶσθαι.

Α'. Ἡ τῶν ἔξωθεν κακοπιστία ἐν τοῖς ὑπογεγραμμένοις, ἐλέγχεται ὑπὸ τῶν βεβαιωπίστων, καὶ ἐπεγνωκῶτων τὴν ἀληθειαν.

Β'. Ὁ Κύριος πᾶσαν ἐντολὴν ὀφειλομένην δεῖξει θέλων, τὴν δὲ υἰοθεσίαν ἰδίῳ αἵματι δεδωρημένην τοῖς ἀνθρώποις, φησὶν· Ὅταν πάντα ποιήσητε προστεταγμένα ὑμῖν, τότε εἰπατε· Δοῦλοι ἀγρείοι ἔσμεν, καὶ ὁ ὀφειλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν· διὰ τοῦτο οὐκ ἔστι μισθὸς ἔργων ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ χάρις Δεσπότης, πιστοῖς δούλοις ἡτοίμασμένη.

Γ'. Οὐκ ἀπαιτεῖ δούλος ὡς μισθὸν, τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' εὐαρεστεῖν ὡς ὀφειλέτης, καὶ κατὰ χάριν ἐκδέχεται.

Δ'. Χριστὸς ἀπέθανεν ὑπὲρ τῶν ἀμαρτιῶν ἡμῶν, κατὰ τὰς Γραφὰς, καὶ τοῖς εὐδουλεύουσιν αὐτῷ, τὴν ἐλευθερίαν χαρίζεται· φησὶ γὰρ· Εὐ, δοῦλε ἀγαθὸ καὶ πιστὸ, ἐπὶ ὀλίγα ἐγένου πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἰσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου.

⁸⁶ Luc. xvii, 10. ⁸⁷ Matth. xxv, 21-23.

tametsi ex se mutuo omnia hæc bonorum occasiones accipiant.

CXCV. Executio mandati dicitur id quod ipso opere in mandato faciendum ordinatum est. Virtus autem in hoc sita est, ut placeat veritati id quod actum est.

CXCVI. Quemadmodum unæ sunt divitiæ sensibiles, juxta possessionem autem multiples: sic una virtus est, diversimodas habens actiones quibus perficitur.

CXCVII. Qui citra laborem, alios decipiendo et verba fundendo, ditescit ex iniquitate; etiam labores ejus, secundum Scripturam⁸¹, in alienas ædes mi-grabunt.

CXCVIII. Auro obediunt omnia, inquit⁸², et gratia Dei res conceptæ geruntur.

CXCIX. Conscientia bona per orationem invenitur, et pura oratio per conscientiam; alterum enim secundum naturam egens est alterius.

CC. Jacob filio suo Joseph variegatam paravit tunicam⁸³; et Dominus mansueto veritatis largitur notitiam, quemadmodum scriptum est: *Docebit mites vias suas*⁸⁴.

CCI. Semper pro virili operare bonum, et in tempore majoris, ne convertas te ad id quod minus est. *Qui enim se vertit retro*, inquit Christus⁸⁵, *non aptus est regno cælorum*.

De his qui putant se ex operibus justificari.

I. In rebus externis male collocata fides, his quæ infra scripta sunt, confutatur a firmiter credentibus, et veritatem cognoscentibus.

II. Dominus, totius legis debitores nos esse indicare volens, et filiorum adoptionem proprio sanguine hominibus gratuito datam, inquit: *Cum omnia feceritis quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus; et quod debuimus facere, fecimus*⁸⁶. Propterea regnum cælorum non est merces operum, sed gratia Domini fidelibus servis præparata.

III. Servus non postulat libertatem, tanquam debitam sibi mercedem; sed acquiescit tanquam debitor benignitatem heri sentiens, et ex gratia suscipit.

IV. Qui pro peccatis nostris mortuus est, secundum Scripturas, etiam fideliter et probe ipsi servientibus libertatem largitur gratuito. Ait enim; *Euge, serve bone et fidelis; super parva fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui*⁸⁷.

V. Nondum vero servus fidelis perhibendus est, A qui nudæ solum cognitioni innititur; sed qui per obedientiam præcipienti Christo fide adhærescit.

VI. Qui dominum honore afficit, jussa domini sui capessit. Cæterum qui errat, aut hero suo dicto non est audiens, tanquam propria fert quæ sibi obveniunt.

VII. Discendi studiosus existens, fac etiam laboris amans evadas: siquidem nuda cognitio inflare solet hominem.

VIII. Tentationes ex improvise nobis contingentes, dispensatione quadam laboris studiosos nos erudiunt, atque etiam invitos ad pœnitentiam pertrahunt.

IX. Tribulationes hominibus contingentes, ex propriis nascuntur vitiis; eas vero si per orationem toleraverimus, iterum bonarum rerum additamentum inveniemus. B

X. Quidam ob virtutis claritatem atque præstantiam laudati, gestierunt lætitia, ac suæ ipsius ambitionis voluptatem, cohortationem esse existimaverunt. Alii propter peccata reprehensi, doluerunt seu laboraverunt, et utilem dolorem seu laborem efficacem vitiorum operationem reputaverunt.

XI. Quicumque occasione certaminum adversus vilioris conditionis homines insolenter extolluntur, illi ex operibus corporeis et externis justificationem semet consecuturos existimant. Quotquot autem nudæ tantum cognitioni innitentes, ignorantes aspernantur, ii prioribus longe dementiores habendi sunt. C

XII. Citra virtutis opera nondum firma est cognitio, tametsi vera existat. Quamobrem cuique rei stabilitas opus est.

XIII. Non raro per negligentiam quæ circa alicujus rei operationem committitur, etiam cognitio obscuratur. Etenim quarum rerum operationes prorsus neglectæ sunt, harum etiam memoria sensim et particulatim abolescet. Scriptura ideo suggerit, ut Deum cognoscamus atque sciamus, quo recte illi per opera serviamus.

XIV. Quando aperte præceptis satisfacimus, peculiariora quidem a Domino, pro sua dispensatione, recipimus; adjuvamur autem secundum scopum propositi.

XV. Cui animus est aliquid faciendi, nec potest, D perinde est apud Deum cordis cognitorem, ac si fecisset. Hoc de bonis et malis rebus intelligendum est.

XVI. Animus hominis sine corpore bona et mala multa perficit; cæterum corpus, sine animo, horum nihil potest perficere. Quapropter lex libertatis ante opus cognoscitur.

XVII. Quidam non facientes præcepta, se tamen recte et sane credere existimant. Rursum sunt nonnulli facientes, qui tanquam debitam mercedem regnum cœlorum se suscepturos sperant: horum utriusque a regni cœlestis possessione frustrati excident.

E'. Οὐπω δούλος ἐστὶ πιστός, ὁ ψιλή τῇ γνώσει ἐπερειδόμενος, ἀλλ' ὁ δι' ὑπακοῆς τῷ ἐντειλαμένῳ Χριστῷ πιστεύων.

Γ'. Ὁ τὸν δεσπότην τιμῶν, ποιεῖ τὰ κελευόμενα. Σφαλῆς δὲ ἡ παρακούσας, ὑπομένει ὡς ἴδια τὰ ἐπερχόμενα.

Z'. Φιλομαθῆς ὢν, γίνου καὶ φιλόπονος· ἡ γὰρ ψιλή γῶσις, φρῆσι τὸν ἀνθρώπων.

H'. Οἱ ἀπροσοκῆτως ἡμῖν συμβαίνοντες πειρασμοί, οἰκονομικῶς ἡμᾶς φιλοπόνους διδάσκουσι, καὶ μὴ βωλομένους εἰς μετάνοιαν ἔλκουσιν.

Θ'. Αἱ ἐπερχόμεναι θλίψεις ἀνθρώποις, τῶν ἰδίων κακῶν εἰσιν ἔκγονα· ἐάν δὲ αὐτάς διὰ προσευχῆς ὑπομείνωμεν, εὐρήσομεν πάλιν ἀγαθῶν πραγμάτων ἐπιφορὰν.

I'. Τινὲς ἐπ' ἀρετῇ ἐπαινεθέντες, ἠδύνθησαν, καὶ τὴν τῆς κενοδοξίας αὐτῶν ἠδονὴν, ἔδοξαν εἶναι παράκλησιν. Ἔτεροι ἐφ' ἀμαρτίαις ἐλεγχθέντες, ἐπόνεσαν, καὶ τὸν ἐπωφελεῖ πόνον ἐλογίσαντο εἶναι κακίας ἐνέργειαν.

IA'. Ὅσοι προφάσει ἀγώνων ἀμελεστέρων καταπαύονται, οὗτοι ἐξ ἔργων σωματικῶν δικαιώσθαι νομίζουσιν. Ὅσοι δὲ ἐπερειδόμενοι ψιλή τῇ γνώσει τοὺς ἀγνοοῦντας εὐτελλέουσιν, οὗτοι ἐκείνων παλὺ ἀφρονέστεροι τυγχάνουσιν.

IB'. Ἐκτὸς τῶν κατ' ἀρετὴν ἔργων, οὕτω βεβαία ἡ γῶσις, κἂν ἀληθῆς τυγχάνῃ. Διότι παντὶ πράγματι τὸ ἔργον ἐστὶ βεβαίωσις.

II'. Πολλάκις ἐκ τῆς περὶ τὴν πράξιν ἀμελείας, καὶ ἡ γῶσις σκοτιζέται. Ὅν γὰρ αἱ ἐργασίαι καθόλου παρελογίσθησαν, τούτων καὶ αἱ μῆμαι κατὰ μέρος οἰχθήσονται· ἡ Γραφή διὰ τοῦτο κατὰ γνώσιν εἰδέναι τὸν Θεὸν ὑποτίθεται, ἵν' ὀρθῶς αὐτῷ ποτε διὰ τῶν ἔργων δουλεύσωμεν.

IA'. Ὅταν προφανῶς ἐπιτελώμεν ἐντολάς, τὰ μὲν ἰδικὰ παρὰ Κυρίου ἀναλόγως λαμβάνομεν· ὠφελούμεθα δὲ, κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς προθέσεως.

IE'. Ὁ θέλων τι πράξαι καὶ μὴ δυνάμενος, ὡς ποιήσας ἐστὶ παρὰ τῷ καρδιογνώστῃ Θεῷ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ κακοῖς νοητέον.

IG'. Ὁ νοῦς ἐκτὸς τοῦ σώματος, ἀγαθὰ καὶ κακὰ ἐκτελεῖ πολλά· τὸ δὲ σῶμα ἐκτὸς τοῦ νοῦς, οὐδὲν τούτων ἐπιτελεῖσαι δύναται. Διότι ὁ νόμος τῆς ἐλευθερίας, πρὸ τῆς πράξεως ἀναγινώσκειται.

IZ'. Τινὲς μὴ ποιῶντες τὰς ἐντολάς (1), πιστεύειν ὀρθῶς νομίζουσι. Τινὲς δὲ ποιῶντες, ὡς μισθὸν ὀφειλόμενον, τὴν βασιλείαν ἐκδέχονται· ἀμφότεροι δὲ τῆς βασιλείας ἀπεσφάλησαν.

(1) *Tirés*, x. τ. λ. Cautè legendus hic locus.

1Η'. Παρά δεσπότου μισθὸς δούλοις οὐ κεχρεώσθηται· οὐδ' αὖ πάλιν εἰ μὴ δουλεύσαντες ὀρθῶς ἐλευθερίαν τυγχάνουσιν.

1Θ'. Εἰ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε, κατὰ τὰς Γραφάς, καὶ οὐ ζῶμεν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, δηλονότι δουλεύειν αὐτῷ ἕως θανάτου κεχρεωσθήκαμεν. Πῶς οὖν ὀφειλομένην τὴν υἰοθεσίαν λογισόμεθα;

Κ'. Χριστὸς, Δεσπότης κατ' οὐσίαν, καὶ Δεσπότης κατ' οἰκονομίαν, ὅτι καὶ μὴ ὄντας ἐποίησε, καὶ τῇ ἀμαρτίᾳ θανόντας, διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐξηγόρασε, καὶ τοῖς οὕτω πιστεύουσιν, τὴν χάριν ἐδωρήσατο.

ΚΑ'. Ὅταν ἀκούσης τῆς Γραφῆς λεγουσῆς, ὅτι ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, οὐκ ἔργα λέγει γεέννης ἢ βασιλείας ἀντάξια· ἀλλ' ἔργα τῆς ἑαυτοῦ ἀπιστίας ἢ πίστεως, & Χριστὸς ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ, οὐχ ὡς συναλλάκτης πραγμάτων, ἀλλ' ὡς θεὸς κτίστης καὶ ἀγοραστής ἡμῶν.

ΚΒ'. Ὅσοι τοῦ λουτροῦ τῆς καλιγγενεσίας ἠξιώθημεν, τὰ ἀγαθὰ ἔργα, οὐ δι' ἀναπόδοσιν προσφέρομεν, ἀλλὰ διὰ φυλακὴν τῆς δοθείσης ἡμῖν καθαρότητος.

ΚΓ'. Πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ὃ διὰ τῆς ἡμετέρας ἐργαζόμεθα φύσεως, ἀπέχεται μὲν ποιεῖ τοῦ ἐναντίου κακοῦ. Προσθήκην δὲ ἀγιασμοῦ ἐκτός χάριτος ποιῆσαι οὐ δύναται.

ΚΔ'. Ὁ ἐγκρατής, ἀπέχεται γαστριμαργίας· ὁ ἀκτῆμων, πλεονεξίας· ὁ ἡσυχός, πολυλογίας· ὁ ἀγνός, φιληδονίας· ὁ σεμνός, πορνείας· ὁ αὐτάρκης, φιλαργυρίας· ὁ πρᾶος, ταραχῆς· ὁ ταπεινόφρων, κενοδοξίας· ὁ ὑποτακτικός, φιλονεικίας· ὁ ἐλεγκτικός, ὑποκρίσεως· ὁ ἠμώλιος, εὐχρηματίας· ὁ ὁμολογητής, ἀρνήσεως· ὁ μάρτυς, εἰδωλολατρίας. Βλέπεις (3) πῶς πᾶσα ἡ ἕως θανάτου ἐπιτελουμένη ἀρετὴ, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἀμαρτίας ἐστὶν ἀποχῆ; ἀμαρτίας δὲ ἀποχῆ, φύσεώς ἐστιν ἔργον, οὐ βασιλείας ἀντάλλαγμα· ἄνθρωπος μολίς φυλάσσει τὰ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως· Χριστὸς δὲ, διὰ σταυροῦ τὴν υἰοθεσίαν χερίζεται.

ΚΕ'. Ἔστιν ἐντολὴ μερικὴ, καὶ ἔστιν ἑτέρα περιεκτικὴ. Πῆ μὲν γὰρ μερικῶς, κελεύει μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι; πῆ δὲ ἐντέλλεται, πᾶσιν ἀποτάξασθαι τοῖς ὑπάρχουσιν.

ΚΖ'. Ἔστιν ἐνέργεια χάριτος, τῷ νηπιῷ ἀγνωσμένη. Καὶ ἔστι τῆς κακίας ἑτέρα, τῇ ἀληθείᾳ ἐξομοιουμένη. Καλὸν δὲ τὰ τοιαῦτα μὴ ἐνοπερίζεσθαι διὰ τὴν πλάνην· μήτε μὴν ἀναθεματίζειν, διὰ τὴν ἀλήθειαν· ἀλλὰ πάντα δι' ἐλπίδος προσφέρειν τῷ Θεῷ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε τῶν ἀμφοτέρων τὸ χρήσιμον.

²² II Cor. v, 15. ²³ Psal. Lxi, 13.

(3) Βλέπεις. Cautely lege.

XVIII. Ab heris nulla merces servis debetur; neque rursus, nisi recte servientes, libertatem et manumissionem consequuntur.

XIX. Si Christus pro nobis mortuus est, secundum Scripturas, non vivamus nobis ipsis: sed ei qui pro nobis mortuus est et resurrexit ²², pro officio servire debemus usque ad mortem. Quomodo igitur filiorum adoptionem nobis deberi putabimus?

XX. Christus, Dominus noster est et secundum essentiam, et Dominus secundum gubernationem sive familiarum administrationem, quoniam cum non essemus, nos fecit et condidit, et peccato mortuos proprio sanguine suo nos mercatus est, et iis qui ita credunt, gratiam suam gratuito largitus est.

XXI. Quando audieris Scripturam dicentem, quod redditurus sit unicuique secundum opera sua ²³, non dicit opera gehenna aut regno digna: verum unicuique suæ incredulitatis aut fidei opera redditurus est, non tanquam circa res contrahens, sed veluti Deus conditor et mercator noster.

XXII. Quicumque regenerationis lavacro dignatus sumus, bona opera non propter retributionem facimus, sed propter custodiam concessæ nobis puritatis et munditiæ.

XXIII. Omne opus bonum quod per nostram naturam operamur, tantum quidem efficit, ut a contrario malo aut vitio absteineamus. Cæterum extra gratiam, sanctificationis accessionem nobis facere non potest.

XXIV. Qui temperantis est animi, a crapula et gastrimargia abstinere; opum negligens, ab avaritia; quietus, a garrulitate; purus et castus, a voluptatibus; pudicus, a scortationibus; contentus, a studio congerendæ pecuniæ; mitis et mansuetus, a tumultu et turbis; humilis animi, ab ambitione et vana gloria; qui præest, a contentione; redarguens, a simulatione. Similiter qui vacat precationibus, ab incredulitate et diffidentia alienus est; pauper, ab avaritia; confessor, a negatione; martyr ab idololatria. Vides ergo quemadmodum omnis virtus quæ ad mortem usque perficitur, nullum aliud opus, quam peccati abstinencia sit. Porro autem peccati abstinenciam naturæ opus esse, certum est; quod regni permutatione nequaquam pensandum est.

D Homo vix quæ naturæ sunt opera servat; Christus autem per crucem adoptionem filiorum largitur.

XXV. Est præceptum particulare, et est alterum generale. Illo particulariter præcipit, non habenti impertiendum; hoc mandat omnibus bonis renuntiandum.

XXVI. Est actio gratiæ stulto incognita. Est rursus altera vitii seu malitiæ, quæ veritati assimilatur. Porro bonum est, ne talia approbemus, propter errorem; neque reprobemus, propter veritatem; sed omnia in spe Deo offerenda sunt. Ipse enim novit utrorumque utilitatem.

XXVII. Trajicere volens mare intellectuale, longanimis est, humilis est, vigilat, temperans est. Absque his quatuor si conatur ingredi, cor quidem conturbat, trajicere vero non poterit.

XXVIII. Quies prodest, quæ a vitiiis agitat otium. Cæterum si hasce quatuor virtutes in precationibus in auxilium asciverit, ad affectuum abjectionem nihil habere potest compendiosius.

XXIX. Non licet pacare mentem sine corpore, neque solvere horum parietem intermedium, sine quiete et precationibus.

XXX. *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem* ⁴⁰. Cæterum qui spiritu ambulat, carnalem concupiscentiam non perficiunt.

XXXI. Non est perfecta precatio sine invocatione ab animo prodeunte; animum autem indesinenter clamantem exaudit Dominus.

XXXII. Animus indesinenter vacans precationibus cor affligit et conterit: *Cor autem contritum et humiliatum Deus non despiciet* ⁴¹.

XXXIII. Precatio quoque virtus dicitur, tametsi mater illarum sit: siquidem virtutes prognerat, propinquitate qua Christo affinis est.

XXXIV. Si operati fuerimus sine precatione et bona spe, noxium et imperfectum postea redditur.

XXXV. Cum audieris: *Erunt novissimi primi, et primi novissimi* ⁴²: virtutum participes et charitatis participes intellige. Etenim charitas novissima virtutum existit, secundum generationem: prima autem omnium invenitur juxta dignitatem, eas quæ ante ipsam natæ sunt, novissimas esse ostendens.

XXXVI. Si torpueris pigritia a vitiiis multipliciter vexatus, memor esto exitus et acerborum suppliciorum.

XXXVII. Melius est adhærere Deo precationibus et spe, quam rerum externarum reminisci, tametsi bonæ sint et utiles.

XXXVIII. Nulla virtutum sola per se naturalem nostram januam aperit, nisi omnes consequenter ex ipsa dependeant.

XXXIX. Ille non est temperans, qui alitur cogitationibus; nam tametsi utiles fuerint, non tamen sunt spe præstantiores.

XL. Omne peccatum quod alienum est a poenitentia, morti est obnoxium, pro quo condonando, etiamsi sanctus pro altero intercesserit, non exauditur.

XLI. Qui vere resipiscit, non reputat laborem priscis peccatis æqualem, verum semper per se Deum placat.

XLII. Si quæcunque bona natura nostra habet, quotidie facere debuimus, quid reliquum pro actis vitiiis Deo retribuemus?

XLIII. Quantum virtutis augmentum hodie fecerimus præteritæ negligentæ argumentum est, non compensatio.

POB'. Ὁ καλῶς μαθὼν τὸν νόμον φοβεῖται τὸν νομοθέτην· καὶ ἐλπίζων ἐπ' αὐτῷ, ἐκκλίνει ἀπὸ παντὸς κακοῦ.

POΓ'. Μὴ γίνου διγλωσσος, ἐτέρως μὲν τῷ λόγῳ, ἐτέρως δὲ τῇ συνειδήσει διακελμενος· τὸν γὰρ τοιοῦτον ἡ Γραφή ὑπὸ κατάρας ἴσθησιν.

POΔ'. Ἔστιν ὁ ἀληθεῖαν λέγων καὶ ὑπὸ ἀρρόνοιον μισούμενος, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· καὶ ἔστιν ὁ ὑποκρινόμενος καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπώμενος. Ὁμως οὐδέτερον τῶν ἀνταποδόσεων τούτων πολυχρόνιον γίνεταί, διότι ὁ Κύριος, ἐν ἰδίῳ καιρῷ, ἐκάστω τὸ δέον ἀνταποδίδωσιν.

POE'. Ὁ τὰ μέλλοντα μνησθῆναι ἀναιρεῖν βουλόμενος ὀφείλει τὰ ἐνεστῶτα ἡδέως ὑποφέρειν· οὕτω γὰρ νοερώς συναλλάσσειν πράγματι, διὰ μικρῶν ἔδυνῶν, μεγάλας ἐκφεύξεται.

POΓ'. Ἀσφάλισαι λόγον ἀπὸ καυχήσεως, καὶ λογισμῶν ἀπὸ οἰήσεως, ἵνα μὴ παραχωρηθῆς πράξεως τῆ ἐναντία. Οὐ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου μόνον τελεσιουργεῖται τὸ ἀγαθόν, ἀλλὰ τοῦ παντεπόπτου Θεοῦ.

POZ'. Ὁ παντεπόπτης Θεός, ὡς περ τοῖς ἔργοις ἡμῶν ἀξίας ἐπιφορὰς ἀπένειμεν, οὕτω καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ τοῖς ἐκουσίοις νοήμασιν.

POH'. Οἱ ἀκούσιοι λογισμοὶ ἐκ προλαβούσης ἁμαρτίας ἀναφύονται· οἱ δὲ ἐκούσιοι ἐκ τοῦ αὐτεξουσίου θελήματος· ὅθεν αἱτιοὶ εὐρίσκονται τῶν προτέρων οἱ δεῦτεροι.

POΘ'. Ταῖς μὲν παρὰ πρόθεσιν κακαῖς ἐννοίαις λύπη παρέπεται· διὸ καὶ συντόμως ἐξαφανίζονται· ταῖς δὲ κατὰ πρόθεσιν, χαρὰ· ὅθεν καὶ δυσανάλλακτοι γίνονται.

PH. Ὁ φιλήδονος λυπεῖται ἐν ψόγοις καὶ κακοπαθείαις· ὁ δὲ φιλόθεος, ἐν ἐπαῖνοις καὶ πλεονεξίαις.

PHA'. Ὁ μὴ γινώσκων τὰ κρίματα τοῦ Θεοῦ ἀμφίερημον ὁδὸν κατὰ νοῦν διαβαίνει, καὶ ὑπὸ παντὸς ἀνέμου βάρῃως ἀνατρέπεται· ἐπαινούμενος γαυριᾷ, καὶ ψεγόμενος ἐρεθίζεται, εὐωχοῦμενος ἀσελγαίνει, καὶ κακοπαθῶν ἀποδύρεται, συνιῶν φανητιᾷ, καὶ μὴ νοῶν σχηματίζεται, πλουτῶν ἀλαζονεύεται, καὶ πτωχεύων ὑποκρίνεται, κορσεθεὶς θρασύνεται, καὶ νηστεύων κενοδοξεῖ, τοῖς ἐλέγχουσι φιλονεικεῖ, καὶ τοῖς συγγνώμην αὐτῷ ἀπονέμουσιν ὡς ἀνοήτους ἐφουθρίζει. Ἐὰν μὴτε οὖν κατὰ χάριν Χριστοῦ γνῶσιν ἀληθείας καὶ φόβον Θεοῦ αἰτήσῃται, οὐ μόνον ἐκ τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβάσεων δεινῶς τραυματίζεται.

CLXXI. Qui timore Dei legem condit, aut peccantem castigat, contrariam errori virtutem sibi ipsi vendicat atque conciliat. Qui vero injuriarum memior est et malitiose exprobrat, in eundem affectum, secundum legem spiritualem, incidit.

CLXXII. Qui probe legem perdidicit, timet legislatorem; et sperans in eundem ab omni malo declinat.

CLXXIII. Ne fias bilinguis, aliter quidem sermone, aliter vero conscientia temet ostentans: ejusmodi enim hominem Scriptura sub maledictione statuit⁷².

CLXXIV. Est qui veritatem dicit, et ab insipientibus habetur odio, secundum Apostolum⁷³: et est qui simulat, et propter hoc amatur. Attamen neutra harum retributionum diuturna est, quoniam Dominus suo tempore unicuique, ut oportet, retribuet.

CLXXV. Qui futuras tribulationes tollere voluerit, ille præsentibus debet jucunde et libenter perpeti: ita enim mente assuescens rei, modicis doloribus et molestiis magnas effugiet.

CLXXVI. Fac munias linguam tuam a jactantia, et cogitationem ab opinione, ne cum cesseris, diversa facias. Neque enim ab homine solo bonum perficitur, sed ab omnia vidente Deo.

CLXXVII. Omnia videns Deus, quemadmodum operibus nostris digna incrementa suppeditat, sic etiam cogitationibus et voluntariis consiliis.

CLXXVIII. Non voluntariæ cogitationes ex antecedente peccato nascuntur. Cæterum voluntariæ ex voluntate libera et spontanea: unde posteriores causæ esse priorum deprehenduntur.

CLXXIX. Malas cogitationes præter propositum contingentes tristitia subsequitur: quapropter etiam brevi momento evanescent. At quæ sunt juxta propositum, gaudium: unde sit ut etiam difficulter queant abjici.

CLXXX. Voluptatis studiosus et amans in reprehensionibus et vexationibus tristitia afficitur, porro homo diligens Deum, in laudibus et abundantia.

CLXXXI. Cui non sunt explorata judicia Dei, periculosam et præcipitem viam juxta mentem ambulat, et a quovis vento facile movetur et impellitur; si laudatur, jactabundus insolescit; si reprehenditur, irritatur; convivium agitans, lascivit ebrius; si vexatur malis, lamentatur; intelligens, effertur ostentatione; non intelligens, simulat; abundans opibus, arroganter superbit; mendicium agens, opes domi simulat; saturatus, ferocit; et jejunans, inani servit gloriæ: cum reprehendentibus contendit; et his qui illi largiuntur veniam, tanquam stultis, petulanter injuriosus est. Itaque si non secundum gratiam Christi, veritatis cognitionem et Dei timorem postulaverit, non tantum ab affectionibus, sed etiam ab occidentibus graviter vulneratur.

⁷² Eccl. xxviii, 15. ⁷³ Joan viii, 40.

igitur; qui vero illas contempserit, etiam majoribus, Domini auxilio, repugnat.

CCIX. Ne tentes redarguendo juvare hominem virtutum suarum jactabundum ostentatorem, propterea quod monitorum patiens, et veritatis amator esse nequeat.

CCX. Omne verbum Christi - misericordiam et justitiam et sapientiam Dei, et harum virtutem per auditum injicit libenter audientibus. Unde immisericordes et injusti, non libenter audientes, Dei sapientiam cognoscere non potuerunt; quin etiam loquentes crucifixerunt. Nobis igitur videndum est, num libenter ipsum audimus. Ipse enim dixit: *Qui diligit me, præcepta mea serrabit, et diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum*⁸². Vides quomodo sui ipsius manifestationem in præceptis absconderit?

CCXI. Ex omnibus præceptis non aliud plura complectitur, quam præceptum charitatis, quæ est erga Deum et proximum. Hæc ex rerum sensibilibus abstinentia et cogitationum quiete constat et subsistit. Hoc cum non ignorasset Dominus, præcepit nobis, dicens: *Ne solliciti sitis de crastino*⁸³. Et juste quidem: nam qui a rebus sensibilibus et earum sollicitudine liberatus non est, a pravus cogitationibus quomodo liberabitur? Porro qui cogitationibus delinnetur, quomodo videre possit peccatum certum, sub illis latens; aut quæ sint tenebræ et caligo animæ, quæ pravus cogitationibus et sermonibus et operibus incidit; partim quidem diabolo violento incursu tentante et principium monstrante; partim vero homine studio voluptatis et ambitione libenter conversante? Etenim si secundum dijudicationem non voluit, secundum operationem tamen potuit et suscepit. Cæterum qui hoc tam late patens peccatum non animadvertit, quando tandem precabitur ut ab illius contagio perpurgetur? At ab illo nondum purgatus, quomodo puræ naturæ locum inveniat? Porro, qui hunc non invenerit, quomodo interiorem Christi domum perspiciat? si quidem domus Dei sumus juxta propheticum et evangelicum et apostolicum sermonem. Oportet itaque, juxta prædictorum consequentiam, ejusmodi domum quærere, et precando perseverantes pulsare, ut hic aut in exitu aperiat nobis paterfamilias, et non dicat negligentibus: *Nescio unde vos estis*⁸⁴. Non autem solum debemus petere et accipere, sed etiam, quod datum est, servare: sunt enim quidam, qui, quod acceperunt, amittunt. Quapropter prædictarum rerum nudam cognitionem, aut etiam fortuitam experientiam, fortasse etiam qui tardo sunt ad discendum ingenio, et juvenes apprehendunt et amplectuntur; operationem vero cum perseverantia consistentem, vix e senibus hi qui religiosi habentur, et multa ornati experientia; qui non raro ipsam amiserunt iterum quæsiverunt, et invenerunt. Itaque hoc nostra potestate possideamus, quemadmodum ipsi, ut a nobis auferrī nequeat amplius.

⁸² Joan. xiv, 24. ⁸³ Matth. vi, 34. ⁸⁴ Luc. xiii, 25.

καταφρονῶν, καὶ τοῖς μεγάλοις ἐν Κυρίῳ ἀντιτάσσεται.

ΣΘ'. Μὴ πειρῶ ἐλέγχων ὠφελεῖν τὸν ἐν ἀρεταῖς καυχώμενον, διότι ὁ αὐτὸς καὶ φιλονεικτικὸς καὶ φιλήθης εἶναι οὐ δύναται.

ΣΙ'. Πᾶν ῥῆμα Χριστοῦ ἔλεον, καὶ δικαιοσύνην, καὶ σοφίαν ἐμφαίνει Θεοῦ, καὶ τὴν τούτων δύναμιν διὰ τῆς ἀκοῆς ἐμβάλλει τοῖς ἡδέως ἀκούουσιν. Ὅθεν οἱ ἀνελεῖμονες, καὶ ἀδικοὶ, ἀηδῶς ἀκούοντες τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, γνῶναι οὐκ ἐδυνήθησαν· ἀλλὰ καὶ λαλοῦντες ἐσταύρωσαν. Καὶ ἡμεῖς οὐκ ἴδωμεν, εἰ ἡδέως αὐτοῦ ἀκούομεν. Αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν· Ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἀγαπηθῆσεται ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μου, καὶ γὰρ ἀγαπήσω αὐτόν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. Βλέπεις, πῶς τὴν ἑαυτοῦ ἐμφάνειαν ἐν ταῖς ἐντολαῖς ἐνέκρυψε;

ΣΙΑ'. Πασῶν τῶν ἐντολῶν ἐστὶ περιεκτικωτάτη ἡ εἰς Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπη, ἥτις ἐκ τῆς τῶν ὑλικῶν ἀποχῆς, καὶ τῆς τῶν λογισμῶν ἡσυχίας συνίσταται. Τοῦτο εἶδως ὁ Κύριος παραγγέλλει ἡμῖν λέγων· *Μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αἰτίας*. Καὶ εἰκότως· ὁ γὰρ τῶν ὑλικῶν καὶ τῆς μερίμνης αὐτῶν μὴ ἀπαλλαγείς, τῶν πονηρῶν λογισμῶν πῶς ἀπαλλαγῆσεται; Ὁ δὲ τοῖς λογισμοῖς περιεχόμενος, πῶς ἂν ἴδῃ τὴν ὑπὸ τούτων καλυπτομένην ἁμαρτίαν ἐνυπόστατον, ἥτις ἐστὶ σκότος καὶ οὐκ ἐπιφανὴς ψυχῆς, ἐξ ἐννοιῶν πονηρῶν καὶ λόγων καὶ πράξεων ἐμπεσοῦσα· τοῦ μὲν διαβόλου διὰ προσβολῆς βιαστοῦ πειράζοντες, καὶ τὴν ἀρχὴν ὑποδεικνύοντος· τοῦ δὲ ἀνθρώπου διὰ φιληδονίαν καὶ κενοδοξίαν ἡδέως προσημιχθέντος; Εἰ γὰρ καὶ κατὰ διάκρισιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλὰ κατ' ἐνέργειαν ἐδύνατο καὶ παρεδέχετο. Ὁ δὲ ταύτην μὴ θεασάμενος τὴν περιεκτικὴν ἁμαρτίαν, πότε ἂν δευθεῖν περὶ αὐτῆς καθαρισθῆσθαι; Ὁ δὲ μὴ καθαρισθεὶς, πῶς ἂν εὔρωι τὸν τόπον τῆς καθαρᾶς φύσεως; Ὁ δὲ τοῦτο μὴ εὔρων, πῶς ἂν ἴδῃ τὸν ἐνδοτέρω οἶκον τοῦ Χριστοῦ, εἰπερ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐσμεν, κατὰ τὴν προφητικὴν, καὶ εὐαγγελικὴν, καὶ ἀποστολικὴν λόγον; Χρὸς οὖν, διὰ τῆς τῶν προειρημένων ἀκαλυψίας, ζητῆσαι τὸν οἶκον τούτου, καὶ διὰ προσευχῆς παραμένοντας κρούειν, ὅπως ἡ ὕδατος ἡ ἐν τῇ ἐξόδῳ ἀνοίξῃ ἡμῖν ὁ οἶκος ἐκείνης, καὶ ἀμελήσασιν μὴ εἰποι· *Ὁὐκ οἶδα ὑμᾶς, πῶθεν ἐστέ*. Οὐ μόνον δὲ ὀφείλομεν αἰτήσασθαι καὶ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοθεὶν φυλάξει· εἰσὶ γὰρ τινες οἱ καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν ἀπολέσαντες. Διὸ τῶν προειρημένων πραγμάτων ψιλὴν μὲν τὴν γνῶσιν, ἢ καὶ συμβατικὴν τὴν πείραν, ἴσως καὶ ὀφθαλμοῖς καὶ νόοις κατέχουσι· τὴν δὲ μεθ' ὑπομονῆς παράμονον ἐργασίαν, μάλιστα τῶν γερόντων οἱ εὐλαβεῖς καὶ πολυπείροι, οἱ πολλὰκις αὐτὴν δι' ἀπροσεξίας ἀπολέσαντες, καὶ δι' ἐκουσίων πόνων ἀναζητοῦντες, καὶ εὐρίσκοντες. Τοῦτο οὖν ποιεῖν καὶ ἡμεῖς μὴ παυσώμεθα, ἕως αὐτὴν ἀναφαίρετον κατ' ἐκείνους κτησώμεθα.

sua negligentia, et voluntariis laboribus eandem ipsum nec nos facere desistamus, donec illam, ita nostra potestate possideamus, quemadmodum ipsi, ut a nobis auferrī nequeat amplius.

Ταῦτα τοῦ πνευματικοῦ νόμου ἐκ πολλῶν ὀλίγα Α εἰς τὴν δύναμιν τῆς ἐνεργείας· ἡ καὶ ὁ μέγας ψαλμοῦδδς ὀφηγεῖται ἐνδεδεχῶς, τοῦ μαθεῖν αὐτὰ καὶ ποιεῖν τοὺς συντεῶς ψάλλοντας ἐν Κυρίῳ. Ἄδὲ τῷ ἰδίῳ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἄμην.

Hæc quidem de lege spirituali ex multis pauca justitiæ præcepta novimus, quæ etiam a magno Psalmista jugiter percensentur, ut ea perdiscant et faciant qui cum aliqua intelligentia psallunt in Domino. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

OPUSCULUM | III.

Περὶ μετανοίας τοῖς πᾶσι πάντοτε προσηκούσης Β εἰς τὴν δύναμιν τῆς ἐνεργείας· ἡν οἱ πιστοὶ καὶ πρὸ τῆς ἐργασίας διὰ τῆς χάριτος τοῦ βαπτίσματος ἔλαβον.

De pœnitentia, cunctis, ut operari queant, plane necessaria : quam fideles etiam antequam operentur, per gratiam baptismi accipere solent.

Α'. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, θεοπρεπῶς ὡς ὁδὸν αὐτὸς, τῆς πάντων προνοῶν σωτηρίας, διαφόροις δόγμασι τὸν τῆς ἐλευθερίας θέμενος νόμον, ἕνα σκοπὸν πρόπροντα τοῖς πᾶσιν ὠρίσατο, λέγων· *Μετανοεῖτε*· ὡς ἐκ τούτου δυνατὸν ἡμῖν ἐπιγνῶναι, ὅτι πᾶσα ἡ ποιικιλία τῶν ἐντολῶν εἰς ἕνα καταλήγει τὸν τῆς μετανοίας ὄρον, καθὼς καὶ τοῖς ἀποστόλοις ἐν κεφαλῶν ἐνετείλετο, εἰπὼν· *Λέγετε αὐτοῖς· Μετανοεῖτε· ἡγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· οὐ πάντως χρονικὴν εἰρηκῶς ἐγγύτητα τῆς βασιλείας, ὡς ἐναγχος ἐπιχειμένην τῷ κόσμῳ (οὐ γὰρ ἂν ἡ ἀλήθεια ἀκατάλληλα τοῖς πράγμασι διωρίζετο. Ἴδου γὰρ καὶ οἱ τηλικαῦτα περιόντες καὶ οἱ μετ' ἐκείνους ἐκοιμήθησαν, ἀμοιρήσαντες τῆς καθόλου συντελείας)· ἀλλ' εἰδῶς τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὁ Κύριος, καὶ βασιλείας καὶ μετανοίας δύναμιν ἔχοντα, *Μετανοεῖτε, φησὶν· ἡγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθεῖν, πῶς Ὅμοια ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμη, ἣν λαβοῦσα ἑνὴν ἐκρυσφεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐξυμῶθη ὄλον; ἢ καθότι ἡ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑποδεξαμένη διάνοια ἐκρυσφεν εἰς τὴν τριμερῆ ὑπόστασιν, σώματος λέγω, καὶ πνεύματος, καὶ ψυχῆς, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς λογισμοῖς λεπτότητα, ἀλεύρου δίκην πολυμερῶς διακεχυμένην, εἰς μίαν τῆς πίστεως ζύμην συνήγαγεν, ἐξομοιωθῆναι τῷ ἐνεργούντι λόγῳ καθόλου περιμένουσα. Οὕτως ὁμοίωσε τὸν τῆς ἀληθείας λόγον κόκκῳ σινάπεως, μικρὸν μὲν ἐν τῇ τῶν ἀκουόντων κερδίᾳ κατασπειρόμενον, διὰ δὲ τῆς προσηκούσης ἐργασίας αὐξανόμενον, καὶ ὥσπερ δένδρον εὐμέγεθες ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, οὕτως εἰς οἶκον καταφυγῆς γενόμενον ταῖς πελαζομέναις διανοίαις. Τότε δὲ ἀληθῶς ἂν εἴη, ὅποτε καθαρὸς καὶ τοὺς ἀποστόλους εἶναι ἔφη, διὰ τὸν λόγον θν ἤκουσαν, τῇ συνεισφερομένη τὸν λόγον δυνάμει πρὸς ἐργασίαν ἀποχρησαμένους, καὶ διὰ τοῦτο καθαρὸς γενόμενους· *Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὸς ὑπάρχει*. Διὸ καὶ τοὺς μὴ χρησαμένους τοιαύτῃ συνεισφορᾷ, ὡς ἀπί-

I. Dominus noster Jesus Christus, Dei virtus ac Dei sapientia ⁸⁵, prospiciens omnium salutem in condenda variis dogmatum generibus lege libertatis, prout Deo dignum erat, quemadmodum ipse novit, unum omnibus convenientem scopum præscripsit, dum ait : *Pœnitentiam agite* ⁸⁶, ut inde perspicere possimus, omnem præceptorum varietatem in unum desinere pœnitentiæ terminum; sicut etiam apostolis in summa præcepit, his verbis : *Dicite illis : Pœnitentiam agite ; appropinquavit enim regnum cœlorum* ⁸⁷. Non equidem quod diceret temporalem regni propinquitatem mundo prope imminentem (neque enim veritas in rebus quidpiam incongruum statueret : nam et qui tum vivebant, et eorum posterum consummationis universalis expertes dormierunt), sed quia noverat Dominus suum ipsius sermonem tum regni, tum pœnitentiæ vim habere. *Pœnitentiam agite*, inquit, *appropinquavit enim regnum cœlorum*. Siquidem nisi hoc concedatur, quo pacto *Simile est regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in sata tria farinæ, donec fermentetur totum* ⁸⁸ ? nisi quod intellectus susceptum Dei verbum occultat in tripartitam hypostasim, corporis, inquam, spiritus et animæ, secundum Apostolum, omnemque illorum subtilitatem in conceptionibus animi positam, instar farinæ variæ confusam in unum fidei fermentum cogit, expectans, donec efficienti verbo per omnia similis evadat. Hoc modo grano sinapis assimilavit verbum veritatis ⁸⁹ : quod quidem exiguum est, dum seminatur in corde audientium, sed per innatam efficaciam crescit, ac velut arbor prægrandis in loco excelso, sic accedentibus ænimis fit domus refugii. Quod quidem vere tum contigit, quando mundos esse dixit apostolos propter sermonem quem audierant ⁹⁰ : nupote qui uterentur facultate sermonem ad operationem referente, ob idque evaserunt mundi : *Vivus est enim sermo Dei et efficax* ⁹¹. Et hac de causa velut infideles condemnavit illos qui

⁸⁵ I Cor. i, 24. ⁸⁶ Matth. iv, 17. ⁸⁷ Ibid. ⁸⁸ Matth. xiii, 33. ⁸⁹ Ibid. 31. ⁹⁰ Joan. xv, 3. ⁹¹ Hebr. iv, 12.

non usi sunt hac relatione, dicens : Si non venissem, et locutus non fuisset eis, peccatum non haberent : nunc autem excusationem non habent de peccato suo ⁹¹.

II. Hoc autem non eo diximus quod diffidamus de regno futuro, quod quidem suis temporibus, vobis tamen incognitis, certo venturum est; sed quod sermo Dei eandem regni vim contineat, qui fidelibus est, eorum quæ sperantur, hypostasis, arrhabo hæreditatis futuræ, ac primitiæ æternorum honorum; infidelibus autem et impuris, argumentum quod careant Deo. Idcirco ait : *Pœnitentiam agite; appropinquavit regnum cælorum*. Quare si sermo qui confert in animo efficaciam eorum quæ dicuntur, illos qui duntaxat audiunt, declarat esse debitores operis; quid agemus nos, qui non modo sermonum, sed multorum ac ingentium beneficiorum vim concursantem contempsimus, et non unicum duntaxat talentum, sed quinque et duo in terram occuluimus, carnaliter abusi beneficii Domini, quibus vel animalia ratione carentia dum afficiuntur, manui ducenti versimiliter obtemperant pro facultate naturæ suæ, adeo ut agrestium feritas convertatur in rationem obediendi bene merenti? Tanto nos, qui libertatis arbitrio præcunctis animalibus exornati sumus, ipsis feris agrestiores, et brutis minus rationales apparuimus. Illa enim mutuum congressum jucunde fecerunt: unde etiam dum pascuntur, unumquodque satisfacit occurrenti, et sine invidia, quod sibi præsto est, relinquit alteri; nos vero ordinati ut præsimus et dominemur irrationabilibus, naturæ vitium prætulimus; adeo ut vel nulla necessaria cogente causa, sine misericordia et invidie nos geranus erga gentilem nostrum. Tales, opinor, Joannes appellavit serpentes, genimina viperarum ⁹², quos, ut invenerunt pœnitentiam, adinonet iram venturam fugere, fructusque pœnitentia dignos facere, et e duabus tunicis impertiri non habenti, ac de cibis præcipientis similiter facere. Porro si illos qui ante fidem ignorabant quid ægere deberent, assimilavit serpentibus, ob parem affectuum rationem; eritne non assimilandum vitium, si post fidem, cognitionem et munera quæ accepimus, sine metu peccemus?

III. Quocirca prætermisissis occultis, quæ quisque D cogitatione perpetrare potest, ea potius commemorabo, quæ gravem in nos mutuo gerentes animum admittimus: maxime in eos qui nos offendisse videntur, non cum humilibus neque cum magnis secundum Deum conversantes. Nam adversus viliores et pauperiores palam extollimur, quibus tanquam mercenariis aut servis licenter uti volumus, non amplius in Christo, sed in carne ac opibus, nobilitatem vindicantes. Itaque ubi quempiam e ditioribus delinquentem viderimus, corripere non possumus, sed dicere solemus iis quicumque se obtulerint, scriptum esse: *Nolite ante tempus judicare quidquam, quoad usque veniat Dominus* ⁹³. At

στοις κατέκρινεν, εἰπὼν· *Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόξασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν*.

B'. Τοῦτο δὲ εἰρήκαμεν, οὐκ ὡς ἀπιστοῦντες περὶ τῆς μελλούσης βασιλείας, ἥτις τοῖς ἰδίοις καὶ ἀορίστοις καιροῖς ἀπαράθτως ἐλεύσεται· ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ Κυρίου τὴν αὐτὴν τῆς βασιλείας ἐπέχει δύναμιν, γενόμενος τοῖς πιστοῖς ἐλπίζομένων ὑπόστασις, ἀρραβῶν τῆς μελλούσης κληρονομίας, ἀπαρχὴ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· τοῖς δὲ ἀπίστοις καὶ βεβήλοισι, ἐνυπόστατος ἀθείας ἐλεγχος. Διὸ φησι· *Μετανοεῖτε· ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*. Εἰ οὖν μόνον τοὺς ἀκούοντας ὀφειλέτας ἔργου ὁ λόγος δείκνυσι, συνεισφέρων ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν, τί ποιησόμεθα ἡμεῖς, οἱ οὐ μόνον λόγων, ἀλλὰ

C πολλῶν καὶ μεγάλων εὐεργεσιῶν συνεισελθούσης τῆς δυνάμεως ἀθετήσαντες· καὶ οὐ μόνον τὸ ἐν τάλαντον, ἀλλὰ καὶ τὰ πέντε, καὶ τὰ δύο εἰς γῆν κρύψαντες, σωματικῶς ταῖς εὐεργεσίαις τοῦ Κυρίου ἀποχρησάμενοι· δι' ὧν εἰκὸς καὶ ἄλογα εὐεργετούμενα ὑπακούειν τῷ χειραγωγῶντι, καθὼς ἔχει φύσεως δύναμιν, ὡς καὶ θηρίον ἀγριότητά τραπῆναι πρὸς λόγον ὑπακοῆς τοῦ εὐεργέτου; Κατὰ τοσοῦτον ἡμεῖς οἱ ἀντεξουσιότητι ὑπὲρ πάντα τὰ ζῶα τιμηθέντες, τῶν θηρίων ἀγριώτεροι, καὶ τῶν ἀλόγων ἀλογώτεροι πεφανερῶμεθα. Ἐκεῖνα γὰρ πρὸς τὸν ἀλλήλων πλῆσιασμὸν ἠδέως ἔχει, ὅθεν καὶ νεμόμενα ἕκαστον ἐξαρκεῖται τῷ παρατυχόντι, καὶ ἀφθόνως τῷ ἐτέρῳ καταλείπει τὸ παρακείμενον· ἡμεῖς δὲ οἱ τῶν ἀλόγων ἐπιστατεῖν καὶ κυριεύειν τεταγμένοι, τῆς φύσεως τῆν

κακίαν προσιτησάμεν· ὥστε καὶ μηδεμίαν ἀναγκαστικὴν αἰτίαν, ἡμᾶς βιαζομένην, ἀνηλεῶς καὶ ἐπιφθόνως ἔχειν πρὸς τὸ ὀμόφυλον. Τοὺς τοιοῦτους, οἵμαί, ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν ὁ Ἰωάννης ὠνόμασε, φυγεῖν τῆς μελλούσης ὀργῆς, τὴν μετάνοιαν εὐρηκότας, ἧς ποιῆσαι καρποὺς ἀζίους παρακλιεῖται, καὶ ἐκ δύο χιτῶνων μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι, καὶ περὶ βρωμάτων ὁμοίως ποιεῖν ἐντειλάμενος. Εἰ δὲ τοὺς πρὸ τῆς πίστεως τὸ δέον ἔγνωκότας, ὄφεισι διὰ τὸ συμπαθὲς παρεῖκασεν, ἀπαρεῖκαστον ἂν εἴη κακὸν, τὸ μετὰ πίστιν καὶ γνῶσιν, καὶ παροχὰς ἄς εἰλήφαμεν, ἀδεῶς ἐξαμαρτάνειν;

D Γ'. Τὰ μὲν οὖν κρύφια παρήσω, ἀ ἕκαστος λογιστικῶς κατ' ἐξουσίαν ἔχει ἀποτελεῖν· εἰπω δὲ μᾶλλον ἀ πρὸς ἀλλήλους ἐπαχθῶς ἔχοντες ἐπιτηδεύομεν, μάλιστα πρὸς τοὺς δοκοῦντας ἔδικηκέναι, μήτε μικροῖς μήτε μεγάλοις κατὰ θεὸν συντυγχάνοντες. Τῶν μὲν γὰρ ἀφανεστέρων ἢ πτωχοτέρων προφανῶς κατεπαρῶμεθα, ὡσπερ μισθίων ἢ δούλων κατεξουσιάζειν ἐθέλοντες, οὐκέτι ἐν Χριστῷ, ἀλλ' ἐν σαρκὶ καὶ πλούτῳ ἐκδικοῦντες τὴν εὐγένειαν. Καὶ ὅταν μὲν τινα τῶν σοβαρωτέρων ἁμαρτάνοντα ἴδωμεν, ἐλέγξει οὐ δυνάμεθα· φαμέν δὲ τοῖς παρατυχοῦσιν, ὅτι γέγραπται· *Μὴ πρὸ κειροῦ τι κρίνετε, ὡς ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος*, τῶν δὲ ταπεινοτέρων μικρὰν τινα αἰτίαν εὐρόντες, εὐθέως κατεπεκίμεθα, ὡνητιῶντες καὶ λέ-

⁹¹ Joan. viii, 40. ⁹² Matth. iii, 7 sqq. ⁹³ I Cor. iv, 5.

γοντες, οτι γέγραπται· *Τὸν ἀμαρτάνοντα ἐνώπιον πάντων ἔλεγχς*. Καὶ οὕτως, τὴν μὲν αὐτῶν ὑπόκρισιν, ἦτοι κακίαν, ταῖς Γραφικαῖς μαρτυραῖς ἐνδιαστρόφως ὑποκαλύπτομεν, ἐκείνους δὲ, ὡς κατὰ θεὸν ἐλέγχοντες· διακειμεθα. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ὑποδεεστέροις. Τοὺς δὲ ἰσοδυναμοῦντας ἐπὶ μικραῖς τισιν ἀφορμαῖς εὐθέως ἀποστρεφόμεθα, πᾶσαν μηχανὴν ἐννοοῦντες πρὸς ἀμυναν. Καὶ οὐ πρότερον αὐτοῖς εὐμενίζομεθα, ἄχρις οὐ αὐτοὺς κατὰ γνώμην γυνώμεθα. Προφάσεως δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιλαθόμενοι, ὡς ἐπ' ἀγαθῶ χαίροντες, τὴν πονηρίαν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ μετὰ τὸ, ἀμύναντες, τότε φιλικωτέρως αὐτοῖς ὁμιλοῦμεν, δευτέρας φιλίας τὴν προλαβοῦσαν τοῦ κακοῦ νίκην θεμέλιον προθέμενοι. Ἀνάγκη δὲ πᾶσα τὸ ἔργον ὁμοιον τῷ θεμελίῳ ἐπακολουθῆσαι, καὶ πάλιν νεῖκος ζητεῖν, ὡς μηδέποτε ἀμαχον φιλίαν διαμείναι τῷ νικᾶν βουλομένῳ, ἀλλ' ἀεὶ παρακολουθεῖν τῇ νίκῃ τὸ μῖσος, καθὼς φησιν ἡ θεία Γραφή, ὅτι *Μῖσος ἐγγεῖρει νεῖκος*. Τὸ δὲ τοιοῦτον νόσημα προσγίνεται τοῖς ἐν δόξῃ καὶ χρήμασι τὰ πρωτεῖα μεταδιώκουσι, καθάπερ τὸ πρῶτον τῆς νόσου τὸ δυσεντέριον· ὅπερ καὶ νῦν ὁ μακάριος Παῦλος θεραπεύει λέγων· *Τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους προηγούμενοι*, ὑπερέχοντες αὐτῶν. Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ταπεινοτέρους, εἶτουν ἰσοτίμους, οὕτως διακειμεθα. Τὴν δὲ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους πονηρίαν κεκρυμμένην οὖσαν καὶ πολυτροπον, οὐδὲ εἰπεῖν ὡς ἔστιν, ἢ νοῆσαι ῥῆδιον. Οὐ γὰρ ὡς ἐντολὴν τηροῦντες διακειμεθα τοῖς ἀνωτέροις, ἀλλ' ἐκείνους ὑποτρέχομεν οὐς ἀδικῆσαι μὴ δυνάμεθα, καὶ ὀφθαλμῶ μὲν βασκάνω τὰς εὐτυχίας αὐτῶν καθορῶμεν πικρῶς, εὐδαίμονίαν δὲ αὐτῶν οὐδὲ κηρυττομένην ἠδέως ἀκούομεν· καὶ σχήματι μὲν καὶ λόγοις εἰρηνικῶς κολακεύομεν τοὺς τοιοῦτους, ἐναντίως δὲ ταῖς ἐννοιαῖς πρὸς αὐτοὺς διακειμεθα· ὡς ἐφ' ἡμῖν πληροῦσθαι τὸ λεγόμενον· *Τῶν λαλοῦντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλιθίων αὐτῶν, κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν*.

Δ'. Ταῦτα δὲ εἰρήκαμεν περὶ τῶν ἀκοντῶ περιφερομένων, τοὺς ἐκουσίως ἀμαρτάνοντας ἐξωτέρους δεῖξαι βουλόμενοι, καὶ πρὸς μετάνοιαν δυσκόλως βλέποντας. Πῶς γὰρ οὐχὶ ἐκουσίως, εἰ μὴ θέλοντες ποιεῖν το τοῦ Δανιὴλ, καὶ εὐρεῖν ἄφρασιν, λέγοντος· *Τὴς ἀμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς περιήτων*; Ἀλλ' ἐρεῖς τυχόν· Οὐκ ἔχω χρήματα, πῶς οἰκτιρήσω πένητα; Οὐκ ἔχεις χρήματα, ἀλλ' ἔχεις θελήματα· ἀπόταξαι αὐτοῖς, καὶ ἐν ἐκείνοις ἐργάζου τὸ ἀγαθόν. Οὐ δύνασαι εὐποιῆσαι χειρὶ σωματικῇ; εὐποίησον δεξιᾷ προαιρέσει. Ὅταν ἀμάρτη εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἀφες αὐτῷ, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, καὶ ἔσται σοι ἐλεημοσύνη. Εἰ ζητούμεν ἄφρασιν ἀμαρτιῶν παρὰ Θεοῦ, τοῦτο ποιεῖν ὀφειλομεν ἐπὶ πάσῃ πλημμελείᾳ πρὸς ἕκαστον, ὅπως γένηται τὸ, *Ἄφεςτε καὶ ἀφθεῖσται ὑμῖν*. Μέγα μὲν τῷ ἔχοντι χρήματα μεταδίδουσι τοῖς πένησιν, ἐλεῆσαι δὲ τοὺς πλιθίον ἐπὶ ἀμαρ-

in abjectioribus crimen aliquod leve nacti, mox insurgimus evulgantes, ac dicimus esse scriptum : *Peccantem coram omnibus argue* ⁹⁶. Atque ita nostram hypocrisin sive malitiam Scripturæ testimoniis perverse tegimus : erga illos vero sic nos habemus, quasi secundum Deum eos corripiamus. Hæc igitur in inferioribus. Pares autem levibus oblatiis occasionibus statim aversamur, omnem animo lapidem moventes, quo de his ulciscamur ; neque de his ante quiescimus, quam pro voto animi illis usi fuerimus : hanc ipsam porro occasionem nacti, tanquam de rebus secundis gaudentes, nequitiam declaramus : at ultione sumpta, familiarium cum illis colloquimur, iacentes pro fundamento posterioris amicitia præcedentem nequitia victoriam. Atqui plane necesse est fundamento sequi opus consimile, ac denuo jurgium quaerere : quasi vincere volenti vacua jurgio amicitia nunquam perduret, sed victoriam semper sequatur odium, ut ait Scriptura divina : *Odium suscitavit rixas* ⁹⁷. Hujusmodi vero morbus illis adhærescit, qui sectantur in primis ea quæ faciunt ad gloriam et divitias, sicuti præcipuus morborum est dysentericus, quem quidem nunc quoque curat beatus Paulus, his verbis : *Honore invicem prævenientes* ⁹⁸, vincentes vos ipsos. Ad hunc igitur modum nos habeamus tam erga tenuiores quam æquales. Cæterum latentem ac variam in potentiores nequitiam, ut est, nec verbis nec animo facile est consequi. Neque enim ut servantes mandatum erga superiores nos gerimus ; sed quos lædere nequimus, illis clam insinuamus, invidio quidem oculo prosperitatem eorum ægre intuemur, nec felicitatem illorum prædicari libenter audimus : tum habitu tum verbis pacifice blandimur ejus generis hominibus ; in illos tamen adversariorum gerimus animos, ita ut impleatur in nobis, quod dicitur : *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum* ⁹⁹.

IV. Hæc autem diximus de his qui inviti errant, volentes ostendere, eos qui sponte peccant, alienos esse, et non facile ad pœnitentiam inclinare. Nam quomodo non sponte, cum nolint implere illud Danielis, et remissionem consequi, dum ait : *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum* ¹⁰⁰ ? Sed forte dices : Careo pecuniis, quo pacto miserebor pauperis ? Non habes pecunias ; at habes voluntatem ; abrenuntia illi, et in ea fac quod bonum est. Non potes benefacere manu corporea ? benefac dextera voluntate. *Cum peccaveris in te frater tuus, dimitte ei*, juxta verbum Domini ¹, et erit tibi eleemosyna magna. Si quaeramus a Deo dimitti nobis peccata, hoc ipsum facere debemus erga unumquemque, cuiusvis delicti nomine ; quo eveniat illud : *Dimittite, et dimittetur vobis* ². Magnum quidem est habenti pecunias elargiri pauperibus ; at in causa peccati mi-

⁹⁶ I Tim. v, 20. ⁹⁷ Prov. x, 12. ⁹⁸ Rom. xii, 10. ⁹⁹ Psal. xxvii, 3. ¹⁰⁰ Dan. iv, 24. ¹ Luc. xvii, 3. ² Luc. vi, 37.

sereri proximi, tanto præstantius est ad remissionem, quanto magis anima antecellit natura corpori. Quicumque vero postulaverunt a Deo remissionem, adepti sunt quidem sæpenumero, sic ut ob id nihil inde mali senserint; at si hoc ipsum proximis communicari nolumus, similes sumus illius servi nequam, qui decies mille talentorum accepta remissione a Domino, centum denarios conseruo remittere noluit, quem quidem iuste Dominus objurgans, ait ³: *Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportebat et te misereri conservi tui, et dimittere illi debitum, sicut et ego tui miserus sum?* Et iratus ait: *Tradite illum tortoribus, donec reddat universum debitum.* Subjicitque dicens: *Sic et Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis, unusquisque fratri suo, delicta de cordibus vestris.* Quapropter etiam alio in loco dellet illos, qui cum ab eo variis beneficiis locupletati fuerint, animum tamen misericordiæ et compassionis expertem gerunt, his verbis: *Væ vobis divitibus, quia recipitis consolationem vestram* ⁴. Re enim vera variorum nobis collatorum munerum copia est quidem nobis divitiæ: cæterum *væ* nobis, quia rogantes sæpius consecuti sumus misericordiam; ipsi vero rogati nullus misertus sumus, sed recipimus consolationem nostram.

V. Atqui dum locutus est de divitibus, non omnes accusat locupletes. Sunt enim inter eos, qui vere sciunt administrare facultates, pro voluntate Dei qui donavit: centuplum etiam, ut scriptum est ⁵, in hoc sæculo accipientes. Exempli gratia, beatus Abraham et justus Job eleemosynam facientes, evaserunt ditiores, tum in hoc, tum in futuro sæculo. Sed, quemadmodum prædiximus, redarguit illos, qui avariore sunt animo, et tam in pecuniis quam in variis miserationibus suffurantur dona Dei, proximique misereri nolunt. Nam creatura quæ proficitur a Domino, non lædit eum qui hac potitur; sed ab iniquitate manans avaritia, et ejus mater vacuitas misericordiæ: quas quidem plane fugientes ii qui firmam fidem obtinuerunt, bonis præsentibus prorsus abrenuntiarunt: non quod indiscrete Dei creaturam odissent, sed quod crederent Christo, qui præceperat illis hoc facere, a quo sufficientiam quotidianam accipiebant. Ideoque vel absque pecuniis potest quispiam esse dives, dum retinet avare sermonem, cognitionem, aut quamvis aliam commiserationem, quæ communiter omnibus gratis data sunt. Accipit enim, ut communicet non habenti. Qui vero nulla misericordia ducuntur erga proximum, consequuntur ipsam *væ*, quia recipiunt consolationem suam. Atque horum similia beatus quoque Jacobus apostolus hujusmodi divitiibus inquit: *Agite nunc, divites, plorate, ululantes ob miseria vestra quæ adveniet vobis* ⁶. Qui dum plorare suadet et ululare, adhortatur nos ad pœni-

Α τήμασι, τοσοῦτον μείζον ἐστὶ πρὸς ἄφεισιν, ὅσον ψυχῆ τιμωτέρα σώματος κατὰ φύσιν ὑπάρχει. Ὅσοι δὲ αἰτήσαντες ἄφεισιν παρὰ Θεοῦ, ἔλαβον μὲν πολλάκις, ὡς διὰ τοῦτο μὴδὲν ἡμᾶς ἐντεῦθεν πονηρὸν ὑπομένειν· τὸ αὐτὸ δὲ τοῖς πλησίον μετέχειν οὐ καταδεχόμεθα· ὁμοιοὶ ἐσμεν τῷ δούλῳ ἐκεῖνῳ τῷ πονηρῷ, ὃς μυρίων ταλάντων ἄφεισιν ἐληφώς παρὰ τοῦ δεσποτοῦ, τῷ συνδούλῳ ἑκατὸν δηνάρια οὐ συνεχώρησεν. Ὡ καὶ νομίμως ὁ Κύριος διαλεγόμενος ἔφη· Δούλε ποτηρῆ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκεῖνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ καρεκάλεσάς με· οὐκ ἔδωκε καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σὺνδουλόν σου (ἀφιέναι αὐτῷ τὸ ὀφειλόμενον), ὡς καὶ ἐγὼ σε ἠλέησα; Καὶ ὀργισθεὶς, φησὶ· Παράδοτε αὐτὸν τοῖς βουανισταῖς, ἕως οὐ ἀποδῶ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον. Καὶ ἐπάγει λέγων· Οὕτως ποιήσιν ὁμοίῳ ὁ Πατήρ μου ὃ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τὰ παραπτώματα ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν. Διὸ καὶ ἀλλαγῶ τοὺς ποικιλίας εὐεργεσίαις παρ' αὐτοῦ πλουτισθέντας, ἀνελεήμονα δὲ καὶ ἀσυμπαθεῖ τῶν πονηρῶν, ταλανίζει λέγων· Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουστοῖς, οὗτοι ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. Ὅτιως γὰρ πλοῦτος μὲν ἡμῖν ἐστὶν ἡ περιουσία τῶν διαφορῶν ἡμῖν δωρημάτων· οὐαὶ δὲ ἡμῖν, ὅτι παρακάλεσαντες καὶ πολλάκις ἐλεηθέντες αὐτοὶ παρακαλούμενοι οὐδένα ἠλέησαμεν, ἀλλὰ ἀπέχομεν τὸν παράκλησιν ἡμῶν.

Ε'. Εἰπὼν γὰρ περὶ πλουσίων, οὐ πάντας αἰτιῶναι τοὺς εὐποροῦντας. Εἰσι γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ οἱ ἀληθῶς τὸν πλοῦτον διοικεῖν ἐπιστάμενοι πρὸς τὸ θέλημα τοῦ δωδωκῶτος Θεοῦ, καὶ ἑκατονταπλασίονα, καθὼς γέγραπται, ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ λαμβάνοντες· ὡς ὁ μακάριος Ἀβραάμ, καὶ ὁ δίκαιος Ἰωβ, ἐλεήμονες γινόμενοι πλέον ἐπλούτησαν, καὶ ὧδε, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἀλλὰ καθὰ προειρήκαμεν, τοὺς πλονεκτικὸν τρόπον ἔχοντας, καὶ εἴτε ἐν χρήμασιν, εἴτε ἐν διαφορῶν οἰκτιρημοῖς νοσφιζομένους τὰς τοῦ Θεοῦ δωρεάς, καὶ τὸν πλησίον μὴ βουλομένους ἐλεεῖν ἐπιμφορεταί. Οὐ γὰρ ἡ παρὰ Κυρίου κτίσις τὸν ἔχοντα ἀδικεῖ· ἀλλ' ἡ ἐξ ἀδικίας ἐπιγενομένη πλεονεξία, καὶ ἡ ταύτης μήτηρ ἀσπλαγχνία, ἃς παντελῶς φεύγοντες οἱ βεβαίῳστοι, ἀρδῆν τοῖς παροῦσιν ἀπετάξαντο· οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν ἀκρίτως μισήσαντες, ἀλλὰ πεπιστευκότες τῷ τοῦτο ποιεῖν αὐτὴν ἐντειλαμένῳ Χριστῷ, παρὰ αὐτοῦ τὴν ἐφήμερον αὐτάρκειαν ἐδεχόμενοι. Δύναται οὖν τις καὶ ἐκτὸς χρημάτων πλουτεῖν, συνέχων ἐν πλεονεξίᾳ, ἦτοι λόγον, ἢ γνῶσιν, ἢ οἰανδῆποτε συμπάθειαν, τὰ κοινῇ πᾶσι κεχαιοσμένα. Λαμβάνει γὰρ, ἵνα μεταδῶ τῷ μὴ ἔχοντι. Οἱ δὲ ἀνελετημόνως πρὸς τὸν πλησίον διάκεινται, τὸ οὐαὶ προσλαμβάνουσιν, ὅτι ἀπέχουσι τὴν παράκλησιν αὐτῶν. Παραπλησίως δὲ τοῦτοις καὶ ὁ ἄγιος Ἰάκωβος ὁ ἀπόστολος, τοῖς οὕτω πλουτοῦσι λέγει· Ἄγε τῶν, οἱ πλουστοὶ, καὶ κλαύσατε ὀλολύτῳτες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωραῖς ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. Κλαίειν δὲ καὶ ὀλολύζειν ἐπιτρέπων, εἰς μετάνοιαν ἡμᾶς προτρέπεται. Συνειδῶς δὲ ὅτι ἀνεπιμέλητον τὸ πάθος ἐστὶ

³ Matth. xviii, 32-35. ⁴ Luc. vi, 24. ⁵ Matth. xix, 29. ⁶ Jac. v, 1, 2.

φρῆσιν· Ὁ Πλοῦτος ὑμῶν σέσηπεν· ὡς ἂν εἰπεῖν ἄχρηστος ἔστι, μὴ καὶ εἰς ἐτέρους μεταδοθεὶς, ὄντινα οἱ πολλοὶ καὶ δίχα χρημάτων κεκτήμεθα, ἐν τοῖς νοεροῖς ταμείοις τὴν πλεονεξίαν χρυσοῦ δίκην κατορῦξαντες. Περὶ οὗ καὶ ὁ Προφήτης ἐκφαντικώτατά φησι· Προσώξεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου, τὸν ἀφιλόκαθον καὶ πλεονεκτικὸν αὐτοῦ τρόπον μώλωπας λέγων. Τὸ δὲ, Προσώξεσαν καὶ ἐσάπησαν, τὴν μέχρις ἐξόδου ἀμελείαν, ὀζομένηαν καὶ σῆψιν εἶναι λογιζάμενος. Καὶ γὰρ τινες αἰρούμεθα μᾶλλον ὑπὸ γῆν καλύψαι τὴν περιουσίαν, ἢ μεταδοῦναι τῷ μὴ ἔχοντι. Τότε δὴ ἐξόδου καταλαβούσης, προσόζει τῇ ψυχῇ τὸ τοιοῦτον τραῦμα, ὡς σηπεδόνος καὶ ἀφροσύνης αἰτία· καὶ αἰώνιος μώλωψ αὐτῇ προσγινόμενος, οὐκ ἀφήσιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν τῶν πρωτοτόκων, καθὼς ὁ νόμος περὶ τῶν ἐχόντων μῶμον ἐξαγορεύει.

Γ. Τάχα δὲ καιρὸς ἂν εἴη καὶ τοὺς χαλεπωτέρους μώλωπας γυμνώσαι, καὶ τῷ ἱατρῷ τῶν ψυχῶν ἐπιδείξαι. Τοῦ γὰρ ἁγίου Παύλου εἰπόντος· Τὸ ὑμῶν περισσεύμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα· ἡμεῖς τὸ ἐναντίον ποιοῦμεν, τὸ ὑστέρημα τῶν πενήτων ἀφαιρῶντες, καὶ προστιθέντες τῷ ἡμετέρῳ περισσεύματι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐκτὸς χρημάτων κατεργαζόμεθα. Ὅταν πλημμελήσωμεν εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τινι πράγματι, οὐ μόνον ἀθεράπευτον ἀφίεμεν, ἀλλὰ καὶ ἀπολογίαν ἦν ἡμεῖς ἔχρεωτοῦμεν, ταύτην παρ' ἐκείνου τυραννικῶς λαμβάνομεν, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦντες, ἢ καθὼς προεῖρηται, τὸ ἐκείνων ὑστέρημα προστιθέντες τῷ ἡμετέρῳ περισσεύματι, τῇ Γραφῇ, ὡς εἰπεῖν, ἐναντιούμενοι. Ἄλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἡμῖν ἀπογνωστόεν. Μὴ γένοιτο! Οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ πλῆθει τῶν κακῶν κρινόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν μετανοῆσαι, καὶ γινῶναι τὰ τοῦ Χριστοῦ θαυμάσια, καθὼς μαρτυρεῖ αὐτῇ ἡ Ἀληθεία· Δοκεῖτε γὰρ, φησὶν, ὅτι ὡν τὸ αἷμα ἔμιξε Πιλᾶτος μετὰ τῶν Γαλιλαίων, ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐπὶ γῆς; Οὐ, λέγω ὑμῖν· ἀλλὰ ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεισθε. Καὶ οἱ ὄκτα καὶ ὀκτὼ ἐφ' οὓς ἔπρσεν ὁ πύργος τοῦ Σιλωὰμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτούς· δοκεῖτε ὅτι ἁμαρτωλότεροι ἦσαν παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ; Οὐ, λέγω ὑμῖν· ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοήσητε, ὡσαύτως ἀπολεισθε. Ὁρᾷς, ὅτι διὰ τὸ ἀποστῆναι τῆς μετανοίας, κατακρινόμεθα; Μετάνοια δὲ, ὡς οἶμαι, οὔτε καιροῖς, οὔτε πράγμασι περιώριστα, ἀλλὰ διὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν ἀναλόγως ἐπιτηδεύεται. Ἐντολαὶ δὲ τινες περιεκτικώτεροι τυγχάνουσι, πολλὰ τῶν ἐνικῶν ἐν ἑαυταῖς περιέχουσαι, καὶ πολλὰ μόρια κακίας ὑφ' ἐν περικόπουσαι. Οἷον γέγραπται· Παντὶ τῷ ἀποστρέψῃ σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἰρτοῦς τὰ σά, μὴ κωλύσης· καὶ, Τὸν θέλοντα δαρεῖσασθαι ἀπὸ σοῦ, μὴ ἀποστραφῆς. Ταῦτα δὲ ἐνικά ἔστι· περιεκτικὸν δὲ ἐπὶ τοῦτοις τὸ, Πᾶν ὅσα σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ

tentiam. Exploratum autem habens, affectionem illam nulla cura teneri, dicit : *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt* : perinde ac si diceret, sunt inuiles aliis non communicatæ : quas quidem plerique etiam citra pecunias possidemus, avaritiam, instar auri, defodiendo in penetralibus animi. De quibus etiam Propheta luculentissime loquitur, *Putruerunt, et corruptæ sunt cicatrices meæ* : cicatrices appellans, boni non amantem, et avarum animum. Per hæc autem, *Putruerunt et corruptæ sunt*, existimat extremam negligentiam, fetorem et putredinem esse. Etenim quidam malum sub terram occultare facultates, quam impertiri non habenti. Tunc sane cum exitus nos comprehenderit, vulnus tale putredinem inurit animæ, tanquam putredinis et insipientiæ causa : cui perpetua cicatrix adnascens, non sinit introire in regnum cœlestè primitivorum, sicuti lex edixit de iis qui notati sunt macula.

VI. At vero tempus est fortasse denudandi graviores cicatrices, easque animarum medico demonstrandi. Nam cum sanctus Paulus dicat : *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat*, nos contra facimus, dum egenorum inopiam abripientes, adjungimus abundantiam nostræ : quod quidem etiam citra ullam pecuniarum direptionem peragimus, quando aliquam ob rem delinquimus in fratrem ; non modo non sanatum illum dimittimus, sed etiam ab illo defensionem quam debemus, tyrannice extorquemus, nihil aliud agentes, quam (ut antea dictum est) inopiam illorum accumulantes abundantiam nostræ, reluctantes, ut ita dicam, Scripturæ. Atqui non idcirco desperare debemus. Absit ! Quia non ob multitudinem peccatorum damnamur ; sed quod pœnitentiam agere nolumus, et Christi res mirandas nosse : quemadmodum testatur ipsa Veritas : *Putatis enim, ait, quod hi Galilæi, quorum sanguinem miscuit Pilatus cum sacrificiis eorum, præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt ? Non, dico vobis : sed nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Aut illi decem et octo supra quos cecidit turris in Siloe, et occidit eos : putatis, quia et ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem ? Non, dico vobis : sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis*. Vides damnari nos, eo quod deflectimus a pœnitentia. Pœnitentia porro non est, ut arbitror, limitata temporibus aut rebus, sed proportionè habita, perficitur mandatis Christi. E quorum mandatorum numero quædam latius patent, et plura singularia in se ipsis complectuntur, multas quoque vitii particulas semel amputant. Verbi gratia, scriptum est : *Omni petenti te, tribue : et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas* ; et : *Volentem a te mutuo accipere, ne averseris*. Hæc singularia sunt : quod autem ista comprehendit, est istud : *Vende quæ habes, et da pauperibus* ; et : *Tolle crucem*

7 Psal. xxxvii, 6. 8 II Cor. viii, 14. 9 Luc. xiii, 2. 5. 10 Luc. vi, 30. 11 Matth. v 42. 12 Matth. xix. 21.

tuam, et veni, sequere me ¹³; crucem appellans, obvenientium afflictionum tolerantiam. Igitur qui cuncta distribuerit pauperibus, et tulerit crucem suam, universa prædicta mandata simul et semel peregit. Et iterum: *Volo, inquit, viros orare in omni loco, levantes puras manus* ¹⁴; et præterea: *Intra in cubiculum tuum, et ora Patrem tuum, qui est in abscondito* ¹⁵. Et rursus, qui sine intermissione orat, omnem prorsus deprecationem complectitur. Et denuo ait: *Non committes stuprum, non mæchaberis, non occides* ¹⁶: et quævis similia. Et supra hæc: *Destruentes cogitationes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei* ¹⁷. Qui vero cogitationes amputat, universa prædicta vitia exclusit. Quocirca qui diligunt Deum, et firmæ sunt fidei, impetu quodam feruntur ad illa generaliora præcepta: particularia tamen, cum casu occurrerint, non prætermittunt.

VII. Quare existimo, pœnitentiæ opus, tribus hisce mandatis contexti, amputandis cogitationibus, orando sine intermissione, ac obvenientes afflictiones perferendo: quæ non exteriorem modo, sed et mentis operationem requirunt, ita ut immorantes in iis reddant affectionibus vacuos. Cum igitur a tribus ante dictis virtutibus perfici possit opus pœnitentiæ, ut sermo demonstravit, cunctis perpetuo convenire puta pœnitentiam, tam justis quam peccatoribus, qui salutem consequi desiderant: propterea quod nullus est perfectionis terminus, qui non expectet operationem prædictis virtutibus congruam. Etenim novitiis quidem pietatis introductio; mediis, promotio; perfectis autem confirmatio per has comparatur; quæ non diurnitate temporis, neque justificationum accessu rescinduntur, præterquam apud eum qui ignarus est, aut male credit, et proinde in voluptates facile delabitur, ac desperationis prætextu illas libenter sectatur. Novationorum denique sententiam amplexus, rejicit pœnitentiam, licet innitatur Apostolo, cum Hebræis disputanti, qui sponte precantibus et baptismum quotidie repetentibus ait: *Non rursus jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, et fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ* ¹⁸. Quod quidem dixit, non quod respuat pœnitentiam, ut inquit illi, absit! sed ut doceret, in omni operatione pœnitentiæ, unum esse fundamentum, baptismum in Christo, ne, qui crediderant ex circumcissione, quotidie baptizarentur. Et subiicit: *Impossibile enim est, eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum celeste, et participes facti sunt Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque sæculi venturi, et prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam* ¹⁹; ut qui noverit, sanctum baptismum esse renovationem et fundamentum in omni pœnitentia positum, non peccet amplius. Et paulo post subdit: *Voluntarie*

ὁδὸς πτωχοῦ· καὶ, Ἄρον τὸν σταυρὸν σου, καὶ δεῦρο, ἀκολούθει μοι· σταυρὸν λέγων τὴν τῶν ἐπερχομένων θλίψεων ὑπομονήν. Ὁ οὖν πάντα διαδοὺς πτωχοῖς, καὶ ἄρας τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, πάσας τὰς ἐντολὰς τὰς προειρημένας ἐφάρπαξ ἐποίησε. Καὶ πάλιν· Βούλομαι, φησί, προσεύχεσθαι τοὺς ἀνδρας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαιροντας ὁσίας χεῖρας· καὶ ἐπὶ τούτοις· Εἰσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ πρόσευξαι τῷ Πατρὶ σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ πάλιν, ἀδίαλείπτως προσευχόμενος τὴν ἐν παντὶ προσευχὴν περιέκλεισε. Καὶ πάλιν φησὶν· Οὐ πορεύσεις, οὐ μοιγεύσεις, οὐ φορεύσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ ἐπὶ τούτοις· Λογισμοὺς καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ καθαιρῶν λογισμοὺς, πάσας τὰς προειρημένας κακίας ἀπέκλεισε. Διόπερ οἱ φιλόθεοι καὶ βεβαίωπιστοι, ἐπὶ τὰς περιεκτικὰς ἐντολὰς βιάζονται, καὶ τὰς μερικὰς δὲ κατὰ σύμβασιν ἀπαντώσας οὐ παραπέμπονται.

Z. Ὅθεν λογίζομαι τὸ τῆς μετανοίας ἔργον, ἐν ταῖς τρισὶ ταύταις ἐντολαῖς ἐξυφανίσθαι, ἐν τῷ λογισμοῦς καθαιρεῖν, καὶ ἀδίαλείπτως προσεύχεσθαι, καὶ τὰς ἐπερχομένας θλίψεις ὑποφέρειν· ἅπερ οὐ μόνον φανεράν, ἀλλὰ καὶ νοεράν ἐργασίαν ἔχειν ὀφείλει, ὥστε τοὺς ἐγγρονίσαντας, ἀπαθείς καταστῆσαι. Ἐπειδὴ οὖν ὑπὸ τῶν προειρημένων τριῶν ἀρετῶν δύναται τελειωθῆναι τὸ τῆς μετανοίας ἔργον, καθὼς ὁ λόγος ἀπέδειξε, πᾶσι πάντοτε προσήκειν οἶμαι τὴν μετάνοιαν ἀμαρτωλοῖς τε καὶ δικαίοις, τοῖς βουλομένοις σωτηρίας τυχεῖν· διότι οὐδεὶς ἐστὶν ὁ ὄρος τελειότητος, ὁ μὴ χρονίζων τῆς τῶν προειρημένων ἀρετῶν ἐργασίας. Καὶ γὰρ ἀρχομένοις μὲν εὐσεβείας εἰσαγωγῆ, μέσοις δὲ προκοπῆ, τελείοις δὲ βεβαίωσις δι' αὐτῶν προσγίνεται, μήτε χρόνιος, μήτε δικαιομασιν ἀνακοπτομένων, ἢ μόνον τῷ ἀπὸ ἀγνοίας καὶ κακοπιστίας, καὶ τούτῳ εὐχεριῶς ἐπὶ τὰς ἰδὼνὰς ῥέποντι, καὶ προφάσει ἀπελπισμοῦ φιληθροῦντι, καὶ τῶν Ναβατιανῶν φρόνημα προσλαμβανομένῳ, καὶ μετάνοιαν ἐκβάλλοντι, εἰ καὶ ἐπερείδοντι τῷ Ἀποστόλῳ διαλεγόμενῳ πρὸς Ἑβραίους, τοῖς ἐκουσίως ἀμαρτάνουσι καὶ καθ' ἡμέραν βαπτίζομένοις λέγοντι· *Μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετενοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων καὶ πίστεως ἐπὶ Θεὸν, βαπτισμῶν διδαχῆς. Τοῦτο δὲ εἶρηκεν, οὐ τὴν μετάνοιαν ἐκβάλλον, μὴ γένοιτο! ὡς ἐκεῖνοι· λέγουσιν, ἀλλ' ἐν πάσῃ ἐργασίᾳ μετανοίας ἕνα θεμέλιον εἶναι τὸ βάπτισμα ἐν Χριστῷ διδάσκων, τοῦ μὴ καθ' ἡμέραν βαπτίζεσθαι τοὺς ἐκ περιτομῆς πεπιστευκότας. Καὶ ἐπάγει· Ἀδύνατον γὰρ ἀπαξ ζωτισθέντας, γευσάμενους τε τῆς δωρεᾶς τῆς ἐσπουρανίου, καὶ μετόχους γενηθέντες Πνεύματος ὁγίου, καὶ καλὸν γευσάμενους Θεοῦ ῥῆμα, δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος, καὶ παραπεσόντας, πάλιν ἀνακαινίζειν πρὸς μετάνοιαν, ἵνα εἰδῆς ἀνακαινισμὸν καὶ θεμέλιον ἐπὶ πάσῃ μετανοίᾳ προκειμένον, τὸ ἅγιον βάπτισμα. Καὶ μετ' ὀλίγα ἐπάγει· Ἐκουσίως γὰρ ἀμαρτανότων ἡμῶν μετὰ τὸ*

¹³ Matth. xvi, 24. ¹⁴ I Tim. ii, 8. ¹⁵ Matth. vi, 6. ¹⁶ Rom. xiii, 9. ¹⁷ II Cor. x, 5. ¹⁸ Hebr. vi, 4, 2. ¹⁹ ibid. 4-6.

λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, οὐκέτι ἀπολείπεται θυσία περὶ ἁμυρτίας.

Η'. Ἐπεὶ οὖν εἰσι τὰ πράγματα, ἐκεῖ ἀρμύζει τὰ προσφυῶς λεγόμενα, δηλονότι οὐ μόνον Ἰουδαίους λέγειν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἔκουσίως ἐξαμαρτάνουσιν· ὧν πρῶτοί εἰσιν οἱ λέγοντες, μετὰ τὸ βάπτισμα μὴ εἶναι μετάνοιαν· καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν αὐθαιρέτως ἀπαγόμενοι, τὴν ἀνομίαν ἐργάζονται. Τὰ δὲ ῥήματα ὁ ἄγιος Παῦλος ὕστερον πρῶτον εἶρηκε· καὶ τοῦτο εἰκονομικῶς ποιῶν, ὡς οἶμαι, ὅπως τοῖς μὲν εὐλαθεστέροις διὰ τῆς τῶν Γραφῶν ἐκζητήσεως σαφές γένοιτο τὸ νόημα, τοῖς δὲ ἀμελεστέροις καὶ καταφρονηταῖς· δυσεύρετον, ἵνα μὴ προφάσει μελλούσης μετανόιας, ἀδεῶ· ἐξαμαρτάνωσιν. Ἐπειδὴ οὖν, οἱ μὲν, προφάσει μετανόιας, κατὰ πρόθεσιν ἐγκρίνεται τοῖς κακοῖς· οἱ δὲ, διὰ τὸ μὴ πιστεύειν εἶναι μετάνοιαν, ἀπληγῆκοτες, ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῷ διαβόλῳ· ἀμφοτέροις δὲ τὸ πάθος· πονηρὸν καὶ δυσίαιον. Διὰ τοῦτο ἡ Ἀλήθεια πᾶσιν ἀρμόδιον προσφέρει βοήθημα, λέγουσα· *Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεῖα τῶν οὐρανῶν*· ὅπως μῆτις οἱ πνευματικοί, καὶ οἱ ἐν προκοπῇ τυγχάνοντες, ἀμελήσωσι τοῦ προσητάματος τούτου, ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἰπεῖν, τοῖς λεπτοῖς καὶ ὀλιγοῖς ἀσφαλιζόμενοι, φησὶ γὰρ· *Ὁ ἐξουθενῶν τὰ ὀλίγα, κατὰ μικρὸν πεσεῖται*. Καὶ μὴ εἴπη· Πῶς δύναται ὁ πνευματικὸς πεσεῖν; Τοιοῦτος μὲν διαμένων, οὐ καταπίπτει· ὅταν δὲ τι τῶν ἐναντιῶν καταδέξεται, καὶ ἐπ' αὐτῷ μείνῃ ἀμετανόητος, ἐκεῖνο αὐτὸ τὸ μικρὸν χρόνισαν καὶ αὐξήθην, οὐκέτι ἀνέχεται ὀρφανικῶς αὐτῷ συνεῖναι, ἀλλ' ἔλκει αὐτὸν πρὸς τὴν ἰδίαν συγγένειαν, σχοινοῦ δίκην τῇ μακρᾷ φιλικῆ βιαίως ἐπισπώμενον. Καὶ εἰ μὲν διὰ προσευχῆς μαχησάμενος ἀποκόψει, ἐμμένει μέντοι γε ἀπολήξας τῆς προσηκούσης αὐτῷ ἀπαθείας τοσοῦτον, ὅσον ἀφῆσθηκε τοῦ τυχόντος κακοῦ πρὸς πάθος· εἰ δὲ εἰς τέλος συναπάγοιτο τῇ ἐπιτάσει τοῦ ἐπικρατοῦντος, τὸν τῆς μάχης καὶ προσευχῆς κόπον περιστελλόμενος, ἀνάγκη δελεάζεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν· καὶ οὕτως ἐκ διαδοχῆς ὑπὸ ἐκάστου κατὰ μικρὸν συνηθικῶς ἀπαγόμενος, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀπαγωγῆς ἀποσογινίζεται τῆς θέας τοῦ Θεοῦ βοηθείας, καὶ ἀποφέρεται λοιπὸν καὶ εἰς μείζονα κακὰ, ἴσως καὶ μὴ βουλόμενος, ὑπὸ τῆς βίας τῶν προκεκρατηκῶτων.

Θ'. Πάντως δὲ ἐρεῖς μοι· Οὐκ ἰδύνατο ἐν ἀρχῇ τοῦ κακοῦ τυγχάνων παρακαλέσαι τὸν Θεόν, μὴ ἐκπεσεῖν εἰς τὸ ἔσχατον; Κἀγὼ σοι λέγω, ὅτι ἰδύνατο· ἀλλ' ἐξ εὐτελείας τὸ μικρὸν τῷ θελήματι αὐτοῦ παραδεξάμενος ὡς οὐδὲν, οὐκέτι παρακαλεῖ περὶ αὐτοῦ, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ μικρὸν ἐκεῖνο γίνεται εἰσαγωγή καὶ αἰτία τοῦ μείζονος· οὕτως ἐπ' ἀγαθῷ, καὶ οὕτως ἐπὶ κακῷ. Ὅταν δὲ μεγαλυνοῦν τὸ πάθος, καὶ νομῆν κρατήσῃ διὰ τοῦ θελήματος, λοιπὸν καὶ παρὰ θέλημα βιαίως αὐτῷ καταπαίρεται. Τότε νοήσας παρακαλεῖ τὸν Θεόν, πολεμῶν τῷ ἐχθρῷ, ὃν ἀγνοῶν ἐξεδίκει πρότερον, μαχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις. Ἔστι δὲ καὶ ὅταν ὑπακουσθῇ ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὴν

Anim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia ¹⁰.

VIII. Cum itaque res sic se habeant; quæ illic apte dicuntur, convenit non modo certe Judæis dicere, sed cunctis ultro peccantibus: quorum primi asserentes post baptismum non esse poenitentiam, ob idque in reliquo sua sponte seducti perpetrant iniqua. Quanquam præpostere sanctus Paulus verba protulerit, quod mea sententia, non sine dispensatione fecit, ut circumspicientes indagandis Scripturis sensum clariorem assequantur, negligentiores autem et contemptiores difficiliter reperiant, ut non audacter peccent sub prætextu futuræ poenitentiae. Quoniam igitur hi quidem sub prætextu poenitentiae ex animo vitii sunt dediti; alii vero non credentes esse poenitentiam, desperati se ipsos tradiderunt diabolo; amborum autem affectio prava non potest facile curari. Idcirco congruum omnibus auxilium offert Veritas, quæ ait: *Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum* ¹¹. Ne spiritales et qui proficiunt, de tenuibus et modicis, ut ita dicam, nimium securi contemnant præceptum istud. Inquit enim: *Qui spernit modica, paulatim decidet* ¹². Neque dixeris: *Qui fieri potest ut cadat homo spiritualis? Quandiu quidem talis est, non labitur; cum autem e contrariis quidpiam admittit, et in eo sine poenitentia permanet: illud ipsum quod parvum erat, temporis progressu auctum, cum illo, pupilli more, conversari nequit; sed amicitia longa, tanquam funiculo, violenter adactum, trahit in suam cognationem: quam licet precibus certans abscindat, nihilominus a congrua sibi affectionum vacuitate tantum defecit, quantum distat quodlibet vitium ab affectione. Sin remisso pugnae precumque labore, per vehementiorem dominantis intentionem prorsus adducatur, necesse est illum a cæteris quoque affectionibus inescari; et ita consequentia quadam paulatim ab unaquaque familiariter seductus, pro modo seductionis; a divino solvitur Dei auxilio, deferiturque tandem ad atrociora vitia, vel invitus forte, coactus earum vi quæ antea præoccuparunt.*

IX. At dices utique: Nonne poterat initio mali rogare Deum, ne in hæc extrema vitia incideret? Ego vero tibi dico, quod poterat; sed præ facilitate, quod modicum erat, tanquam nihilum sua sponte amplexus, jam non potest illius causa rogare; ignorans, exiguum illud vitium, introductionem et causam esse iusignioris sive boni sive mali. Ubi vero in immensum creverit, et pabulum adepta fuerit affectio per voluntatem, posthac præter voluntatem vi insurgit in eum. Tum animadvertens, Deum implorat, decertans cum hoste, quem prius ignarus defendebat, dum pro eo pugnet cum hominibus. Quandoque tamen accidit,

¹⁰ Hebr. x, 26. ¹¹ Matth. iv, 17. ¹² Eccli. xi, 4.

ut homo non protinus quam est exauditus a Domino, consequatur opem, quia non solet obvenire pro arbitrio hominis, sed quemadmodum dispensaverit Dominus ad utilitatem. Exploratam siquidem habens indignitatis nostræ contemptusque rationem, auxilia pleraque tribulatione prævia confert hominibus, ne sine afflictione liberati, eadem denuo committant peccata. Unde pronuntiamus, necessario perferenda esse rerum eventa; et hoc prorsus innatum pœnitentiæ.

X. Atqui dices plane mihi : Qui vere grati fuere Deo, et pervenerunt ad perfectionem, quam egent adhuc pœnitentia? Assentior equidem, fuisse et esse ejus generis homines; verum audi attente, et disces, qua ratione tales etiam opus habeant pœnitentia. Dixit Deus mendacium esse a diabolo²⁵ : et fornicationem existimavit, si quis intueretur mulierem ad concupiscendam eam²⁶ : iram etiam in proximum cædi parem fecit²⁷ : ac de verbo otioso reddendam esse rationem declaravit²⁸. Quis ergo expers est mendacii, ab omni quæ circa visum est, libidine purus, altercando proximo numquam iratus; neque minister otiosi verbi repertus, ut pœnitentia non fuerit ei necessaria? Nam etsi modo non est ejusmodi, fuit tamen aliquando : proinde obnoxius pœnitentiæ ad mortem usque. Ponamus itaque, quosdam repertos immunes ab his, et ex quo nati sunt, alienos ab omni vitio (quod quidem fieri nequit, cum dicat Paulus : *Omnes peccaverunt, et egent gloria Dei; justificati gratis per gratiam ipsius*²⁹); tamen etsi tales erant, nihilominus ab Adam trahunt originem, cunctique peccato transgressionis fuerunt obnoxii, ideoque capitali sententia condemnati, adeo ut citra Christum salvari non possent. Ubi vero Christus est crucifixus, et omnes proprio sanguine redemit; tum ipsi quoque redimuntur. Deinde, Redemptor etiam ipse ponit omnibus terminum unum, res universas continentem; et ait apostolis : *Dicite illis : Pœnitentiã agite; appropinquavit enim regnum cælorum*³⁰ : una condens mandata ad pœnitentiam perficiendam idonea; quorum implementum morte præscriptum esse dixit : *Qui perdidit animam suam propter me et Evangelium, in vitam æternam custodit eam*³¹. Et iterum, suadens abnegare omnia, addit : *Adhuc autem et animam suam*³². Quod confirmat his verbis : *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno cælorum*³³. Cum igitur pœnitentiam ad tempus usque mortis producendam desinierit, ut demonstratum est; qui se dicit ante mortem absolvisse pœnitentiam, dum terminum mortis subducit, solvit mandatum.

Nemo potest in sensu cordis Deum amare, nisi prius toto corde eum timeat; timore enim Dei efficitur, ut anima pura et mollis effecta, ad exercendam charitatem se applicet; nunquam vero aliquis ejusmodi metum Dei, qui dictus est, capiet, nisi extra omnes vitæ hujus sollicitudines positus fuerit. Cum enim quietem, et multam curarum vacuitatem mens ceperit, tunc metus Dei sollicitat eam, et purgat multo cum sensu, ejiciens omne terrenum et crassum, ut sic illam ad amandum valde bonitatem Dei adducat. Quare metus quidem cum mediocri charitate eorum est, qui adhuc purgantur; perfecta vero charitas eorum, qui jam purgati sunt, in quibus non est amplius timor. Perfecta enim charitas foras expellit timorem ⁶. Utrumque vero est justorum tantum, qui operatione Spiritus sancti virtutes operantur. Idcirco interdum quidem dicit Scriptura divina: *Timete Dominum, omnes sancti ejus* ⁷: interdum vero: *Diligite Dominum, omnes sancti ejus* ⁸, ut plane intelligamus, esse quidem metum Dei cum mediocri charitate, eorum justorum, ut dictum est, qui adhuc purgantur; perfectam vero charitatem, eorum, qui purgati sunt, in quibus non est amplius de illo timore cogitatio, sed potius ardor, et agglutinatio continua animæ ad Deum per operationem Spiritus sancti, sicut scriptum est: *Adhæsit anima mea post te; me autem suscepit dextera tua* ⁹.

CAPUT XVII.

Quomodo anima ægrota, per metum Dei incipiat curari, et paulatim ad perfectam sanitatem per charitatem perduci.

Sicut vulnera quæ corpori accidunt, postquam

⁶ Joan. III, 30. ⁷ I Cor. V, 43. ⁸ I Joan. IV, 18.

⁹ Psal. XXXIII, 40. ⁶ Psal. XXX, 24. ⁹ Psal. LXXII, 9.

equalida, et sine curatione relicta sunt, medicina, si a medicis adhibeatur, non sentiunt; purgata vero sentiunt vim medicamenti, et celeriter sanantur; sic annua quoad expers curationis est, et lepra voluptatis tota operata, metum Dei non potest sentire: quamvis ei tribunal Dei horribile et præpotens perpetuo denuntietur. Postquam vero magna attentione purgari cœperit, tunc sentit veluti remedium quoddam vitæ, Dei metum, qui eam arguendo sanat, tanquam igne quodam sine dolore. Unde paulatim deinceps purgata ad perfectam purgationem evadit, tantum crescente charitate, quantum decrescit metus, ut sic ad perfectam charitatem perveniat, in qua non est timor, ut dictum est; sed potius omnis indolentia, quam gloria Dei operatur. Sit igitur vobis summa gloriatio, continua, et perennis: et primum quidem timor Dei, deinde vero charitas, plenitudo legis perfectionis in Christo.

CAPUT XVIII.

Quomodo anima, quoad est curis mundi involuta, non possit Deum amare, neque quod sui officii est erga eum recte dijudicare.

Anima quæ nondum curis mundi soluta ac libera est, neque Deum legitime amabit, neque diabolum digne execrabitur: est enim sollicitudine vitæ hujus molesto prorsus tegumento involuta. Unde eorum mens, qui tales sunt, tribunal suum agnoscere non potest, ut apud se sine errore, suffragia iudicii exploret. Est igitur omnibus modis utilis secessus.

CAPUT XIX.

Quæ sint propria animæ puræ.

Animæ puræ propria sunt sermo non invidus, zelus malitiæ expers, et continuus amor in Dominum gloriæ. Tunc enim mens lances suas perfecte moderatur ac temperat, rationi suæ tanquam in purissimo et incorruptissimo iudicio assistens.

CAPUT XX.

Quod necessario ad fidem opera, et ad opera adjungenda sit fides.

Fides sine operibus, et opera sine fide eodem modo improbabuntur: oportet enim fideles fidem acta ostendentem Domino offerre. Nec enim patri nostro Abraham in iustitiam fides reputata esset, nisi fructum ejus filium suum obtulisset.

CAPUT XXI.

Qualis sit fides sine operibus, et qualis per dilectionem operata.

Qui Deum amat, et legitime credit, idem opera fidei sancte perficit; qui vero tantum credit, et non amat, idem neque fidem ipsam, quam habet, videtur habere. Levi enim mente credit in quo pondus gloriæ charitatis non operatur. Fides ergo in actione per charitatem posita, magnitudo virtutum est.

CAPUT XXII.

De non scrutando curiose profundum fidei.

Profundum fidei si scrutemur, turbulentum quidem est; tranquillum vero, si animo contemplerur; non enim patitur profundum fidei, quod est

¹⁰ Psal. xxvii, 7.

A aqua oblivionis, ut curiosis cogitationibus illud contemplerur. Simplicitate ergo intelligentiæ in aquis ejus navigamus, ut sic ad portum voluntatis Dei per veniamus.

CAPUT XXIII.

Quando mens non possit sentire sensu cordis, sive gustu animæ odorem cælestium bonorum, licet id vehementer desideret.

Nemo potest, vel diligere, vel credere legitime, si se ipse sui accusatore habeat. Cum enim conscientia nostra seipsam arguendo conturbat, non sentitur odorem cælestium bonorum sentire; sed potius in ambiguum statim distrahitur, ita ut propter antegressam experientiam fidei ferventer quidem id appetat, assequi tamen in sensu cordis per charitatem propter crebros, ut dixi, morsus, et accusationes conscientiæ non possit. Cæterum ubi nos ipsi fervidiore oratione et attentione purgaverimus, cum majori in Deo experientia optatum adipiscemur.

CAPUT XXIV.

De duplici sensu corporis et mentis, et quomodo sensus mentis excitandus sit ad gustandum cælestia.

Sicut ad ea quæ nobis pulchra videntur, sensus corporis nos quodammodo per vim incitant, sic ad ea bona, quæ non cadunt sub aspectum, sensus mentis nos solet deducere, quando divinam bonitatem degustarit. Unumquodque enim sibi cognatum et congenium omnino appetit: anima quidem, ut corporis expers, cælestia bona; corpus vero, ut e terra, terrenas voluptates. Ad experientiam igitur sensus materiæ et concretionis expertis sine errore veniemus si materiam corporis laboribus attenuaverimus.

CAPUT XXV.

De uno sensu animæ secundum peccationem in statu innocentiae, et divisione post peccatum, et de sensu supplicii animæ a Spiritu sancto.

Ipsa sanctæ nostræ cognitionis operatio edocet unum quidem esse sensum animæ naturalem ac rationalem, qui in duas postea operationes propter peccatum Adæ divisus est; alterum vero simplicem, qui scilicet a Spiritu sancto ipsi animæ advenit, quem nemo potest cognoscere, nisi in tantum, qui se a voluptatibus vitæ hujus propter spem futurorum bonorum libenter expediunt, et omnem appetitum sensus corporei per temperantiam marcescere faciunt. In his enim mens, quia per vacuitatem sollicitudinis integra sanitate movetur, divinam bonitatem, quæ inexplicabilis est, sentire potest, et suum gaudium cum corpore secundum mensuram sui profectus communicare, ratione quadam amatoricæ confessionis interminata exultans. In ipso enim, inquit, speravit cor meum et adjutus sum, et restoruit caro mea, ex voluntate mea confitebor ei¹⁰. Lætitia enim quæ tunc anima et corpus afficitur, admonitio quædam certa est vitæ immortalis.

CAPUT XXVI.

Quomodo oporteat perturbationibus carere, ad discernendas cogitationes, et utrum a Deo sint missæ, an a dæmone.

Oportet eos qui certant, animum semper extra perturbationum fluctus conservare, ut mens cogitationes incurrentes discernens, bonas quidem, et a Deo missas, in penu memoriæ recondat; malas vero et dæmoniacas ex apothecis naturæ ejicial. Mare enim cum tranquillum est, usque ad fundum est piscatoribus perspicuum, ita ut tunc nihil fere ibi piscium eos lateat; cum vero ventis agitur, tegit tempestate turbida, quæ in placida tranquillitate largiter facit perspicui. Ex quo fit, ut ars eorum qui piscatorios dolos machinantur, otiosa sit: quod quidem menti, quæ in contemplatione versatur, evenire solet, tunc maxime, cum fundum ejus ira injusta turbatum est.

CAPUT XXVII.

Cur pauci sint, qui peccata sua perfecte agnoscant et quid faciendum sit, ut hoc facere possimus.

Paucissimorum est, lapsus suos perfecte cognoscere eorum, quorum mentibus nunquam excidit memoria Dei. Quemadmodum enim nostri corporis oculi, cum sani sunt, cuncta possunt cernere, etiam culices in aere volitantes; cum vero turbati sunt, aut humore quodam suffuso septi, si quid in eorum aspectum incurrat grande, hoc tenuiter cernunt: minuta vero non sentiunt; sic anima, si ardorem ex cupiditate mundi collectum studiose restrinjerit, etiam valde parva errata pro gravissimis ducens, lacrymas multas, cum multa gratiarum actione continenter Deo offert. *Justi* enim, inquit, *confitebuntur nomini tuo*¹¹. Contra vero si perseveret in cupiditate mundi, cum quid est ad eandem pertinens, aut aliud quid magno dignum supplicio, sentit illa quidem sensim, alia vero errata ne significari quidem sibi vult, imo sæpenumero in virtutibus ea ducit, et pro eorum defensione non pudet miseram oratione uti vehementi.

CAPUT XXVIII.

Quomodo Spiritus sanctus animam purget, et quid faciendum sit, ut hoc facere possimus.

Solummodo Spiritus sancti est purgare mentem: nisi enim ingrediatur fortis ille, et diripiat latronem, nunquam præda eripietur. Oportet igitur in omnibus pace animæ Spiritum sanctum recreare, vel lucernam cognitionis semper apud nos lucentem habeamus: ipsa enim in penetranti mentis semper splendens, non solum illi amarulenti et tenebricosi dæmonum appulsus patefiunt, sed etiam magnopere languescunt, ab illo sancto et glorioso lumine deprehensi. Idcirco Apostolus ait: *Spiritus nolite extinguere*¹², id est, ne per maleficia, et pravas cogitationes Spiritum sanctum tristitia afficiatis, ne suo illo splendore vos desinat protegere. Nec enim æternum illud et vivificum Spiritus sancti exstinguitur, quin potius illius tristitia, hoc

A est aversio, mentem sine lumine cognitionis obscuram et caligine circumfusam reliquit.

CAPUT XXIX.

De uno sensu mentis ante peccatum, et divisione ejus propter peccatum, et quando appetitus irrationalis cum rationali jungatur, et consentiat.

Unum, ut dixi, sensum esse naturalem animæ, quinque vero sensus plane differre totidem usibus atque muneribus partium corporis, sanctus et benignus Spiritus Dei nos docet. Mens tamen propter peccatum inobedientiæ in totidem ipsius animæ motus distrahitur; quocirca una quidem pars animæ ad passiones se adjungit, unde, quæ sunt vitæ jucunda cum voluptate percipit; altera vero rationis ac intelligentiæ motu, sæpenumero delectatur: cum continentes sumus, expetit. Si igitur veniamus ad habitum contemnendi ea quæ mundo sunt pulchra, poterimus etiam appetitum animæ terrenum cum ejusdem appetitu compute rationis conjungere, communicatione Spiritus sancti in nobis hoc dispensante: nisi enim hæc divina bonitas efficienter penetrantia animæ nostræ splendore illustraverit, non poterimus individuo, id est, toto sensu bonum degustare.

CAPUT XXX.

Quomodo et quando sensu mentis discernantur consolationes veræ a falsis.

Sensus mentis est gustus perfectus, quo res discernuntur. Quemadmodum enim gustu, qui est sensus corporis, bona a malis sine errore, cum recte valeamus, discernentes ea quæ sunt suavia, appetimus: sic mens nostra, cum cœperit integra sanitate, et in multa curarum vacuitate moveri, potest etiam divinam consolationem affatim sentire, et a contraria nunquam rapi. Ut enim corpus cum terreni cibi suavitatem gustat, experientiam sensus habet ab errore liberam, sic mens eum supra prudentiam carnis gloriatur, sentire potest sine errore Spiritus sancti consolationem. *Gustate enim*, inquit, *et videte quoniam suavis est Dominus*¹³, memoriamque habere gustus sine oblivione per operationem charitatis ad probandum potiora, ut Apostolus ait: *Et hoc oro, ut charitas vestra magis abundet in scientia, et omni sensu, ut probetis potiora*¹⁴.

CAPUT XXXI.

De falsa consolatione Satanae per quietem somni immissa, et quomodo mens, per memoriam ferventem nominis Jesu, eam disculit et Satanam fugat.

Cum mens nostra consolationem Spiritus sancti sentire cœperit, tunc Satanas animam quodam sensu simulatæ voluptatis consolatur per nocturnam quietem, quando levissimum somnum et brevissimum capit. Si igitur tunc mens ita parata reperitur, ut nomen Domini Jesu ferventi memoria retineat, et hoc sancto et glorioso nomine, tanquam armis adversus dolos ejus usa fuerit, recedit quidem diabolus fallax, sed postea ad bellum per

¹¹ Psal. cxxix, 14. ¹² I Thess. v, 19. ¹³ Psal. xxxiii, 9. ¹⁴ Philipp. i, 9, 10.

se cum anima gerendum accenditur. Ex quo rursus fit, ut mens perfecte jam fallacias dæmonis agnoscens, magis proficiat in experientia discretionis.

CAPUT XXXII.

De bona consolatione animæ, quomodo tum per vigiliam, tum per quietam somni existat, et quomodo per falsam consolationem nitatur diabolus fallere animam in somno.

Bona consolatio aut per vigiliam existit, aut etiam per visum in somno, cum quis daturus se quieti, in fervida Dei memoria cum charitate ejus veluti conglutinat^{us} est; fallax vero consolatio semper, ut dixi, se infundit in levem somnum pugilis cum mediocri Dei memoria: illa enim vera consolatio, utpote a Deo proficiscens, aperte animas spiritualium pugilum cum multa eorum lætitia hortari vult ad charitatem; hæc vero falsa, quia vento quodam fallaciæ solet animam afflare, nititur subripere per somnum experientiam ipsius sensus mentis, memoriam Dei integre conservantis. Si igitur, ut dixi, reperiatur illic mens bene memor Domini Jesu, dissipat quidem illam auram inimici, quæ suavis esse falso apparebat, moveturque exultatione ad pugnandum cum eo, tanquam habeat deinceps post gratiam velut secunda arma ipsam de experientia gloriationem.

CAPUT XXXIII.

Quomodo vera lætitia Spiritus sancti a falsa dæmonis dignoscatur et quando diabolus aggreditur decipere per falsam consolationem.

Si anima certa motione, et non animo facta ad charitatem Dei inflammetur, quasi volens etiam trahere corpus ad profundum illius charitatis, sive per vigiliam, sive, quemadmodum dixi, cum somnum capit, in quo divina gratia operatur, nihilque omnino aliud tunc cogitet, quam hoc solum, ad quod excitata est, scire esse operationem Spiritus sancti. Tota enim affecta illa inexplicabili dulcedine, nihil aliud potest tunc cogitare, quoniam lætitia quadam vehementi perfunditur. Si autem ullam prorsus dubitationem, aut fœdam aliquam cogitationem mens in illa gratiæ operatione concipiat, quamvis sancto nomine Jesu usa sit ad propulsandum malum, et non magis ad amorem tantum Dei incendendum, sciendum est, consolationem illam falsa specie lætitiæ a fallace dæmone proficisci; lætitia vero illa est insulsa, et non intima, quippe ab inimico proficiscens, qui animam vult adulterare. Cum enim viderit mentem experientia sui sensus studiose gloriari, tunc quibusdam, ut dixi, consolationibus, quæ bonæ videantur, animam consolatur, ut ab illa molli et humida dulcedine relaxatam, lateat incubitus fraudulentus diaboli. Hinc igitur cognoscemus spiritum veritatis, et spiritum fallaciæ. Nemo enim potest divinam gustare suavitatem, aut amarum dæmonis sensu experiri, nisi sibi persuaserit gratiam quidem Dei in profundo mentis habitare; malos vero

dæmones circum fundum cordis commorari; quod quidem vellent dæmones, ut nunquam apud homines crederetur, ne cum mens hoc perfecte cognosceret, recordatione Dei se adversus eos armaret.

CAPUT XXXIV.

De duplici charitate, naturali et spirituali, et de utriusque conditione.

Alia est naturalis charitas animæ, et alia quæ ex sancto Spiritu proficiscitur; illa enim cum volumus, nostra motione moderate cietur. Quamobrem facile a dæmonibus diripitur, nisi propositum voluntatis nostræ vi teneamus. Hæc vero a Spiritu sancto profecta tam vehementer animam ad charitatem Dei inflammat, ut omnes partes animæ inexplicabili suavitate divini amoris, in infinita quadam simplicitate affectionis glutinentur. Tunc enim mens, tanquam gravidata spirituali operatione, fontem quemdam charitatis et gaudii profert.

CAPUT XXXV.

De gratia Dei, quomodo sola omnes animi motus turbidos tranquillet.

Sicut mare, cum turbatur, oleo infuso cedit natura sua tempestas, lenitate olei procellam extinguente: sic anima nostra, cum lenitur gratia Spiritus sancti, jucunde tranquillatur; cum gaudio enim cedit victa ipsius gratia, sicut ille sanctus ait: *Verumtamen Deo subjecta esto, anima mea*¹⁶, victa, inquam, Spiritus sancti gratia, quæ ipsam animam inexplicabilis suavitatis umbraculo legit: idcirco quamvis sæpe eam dæmones tunc irritent, manet tamen expertis iræ, et plena gaudii: cui enim gratia advenerit, in eo permanet, si ex metu Dei animam suam sine ulla intermissione jucunditate afficiat; iis enim, qui in vita spirituali certant, speciem quamdam castimonix affert timor Domini: *Timor enim Domini, inquit, castus permanet in sæculum sæculi*¹⁷.

CAPUT XXXVI.

Quomodo anima, et quando possit sentire gloriam Dei, et de fallacia diaboli ostendentis lumen, vel aliquid splendoris simile.

Nemo, cum sensum mentis audit, speret videre oculis gloriam Dei; sentire enim eum dicimus quodam gustu qui dici non potest, divinæ consolationis, cum quis animam purgaverit, non autem, quod appareat ei aliquid eorum quæ sub aspectum cadunt, si quidem nunc per fidem, et non per speciem ambulamus, sicut ait beatus Paulus¹⁸. Si cui igitur eorum, qui certant, vel lumen, vel figura quæpiam ad similitudinem ignis appareat, ne amplectatur hujusmodi visum: est enim fallacia inimici manifesta: quæ quidem res multos fefellerit, qui propter ignorantiam a via veritatis deflexerunt. Nos autem scimus quod quandiu sumus in hac mortali vita, aliquid cœlestium miraculorum ejus videre aspectu corporis non possumus.

¹⁶ Psal. Lxi, 6. ¹⁷ Psal. xviii, 40. ¹⁸ II Cor. v, 7.

CAPUT XXXVII.

De somniis a Deo missis, et a dæmone, et de eorum differentia.

Visa, quæ per somnum bonitate Dei obijciuntur animæ, sunt animæ sanæ certi quodammodo nuntii et indices. Quocirca neque ex alia in aliam formam mutantur, neque sensum terrent, neque uno impetu ridentibus aut mœrentibus obijciuntur, sed potius cum omni lenitate accedunt ad animam, quam spiritualis lætitiæ dulcedine perfundunt. Unde postquam corpus a somno excitatum est, magno cum desiderio illam somnii lætitiæ anima requirit. In visis vero a dæmonibus per quietem objectis per omnia contra evenit; nec enim in eadem figura manent; neque figuram, neque formam quietam multo tempore ostendunt. Quod enim dæmones ex proposito voluntatis non habent, sed ex sua solum fallacia mutantur, non possunt diu eo contenti esse; quin potius grandia loquuntur, et plurima minantur, sæpenumero in se species militum induentes: aliquando etiam occinunt animæ cum clamore. Unde mens eos agnoscens, cum pura est, videtur sibi excitare corpus a somno, et quandoque etiam lætari, quod eorum dolos possit intelligere. Quamobrem in ipso somnio, dum eos arguit, magna ira commovetur. Accidit vero aliquando, ut bona etiam somnia non afferant animæ lætitiæ, sed potius dolorem quandam dulcissimum, et lacrymas omnis doloris expertes. Hoc autem in his fieri solet, qui habent magnos progressus in humilitate.

CAPUT XXXVIII.

De virtute non credendi ullis somniis.

Diximus, sicut ab iis qui experti sunt, audivimus, bonorum et malorum somniorum differentiam, satis nobis sit pro magna virtute habere, ut nullis omnino per somnum visis credamus. Somnia enim nihil aliud sunt, ut plurimum, quam simulacra cogitationum errantium, aut rursus, ut dixi, dæmonum ludificationes; demum quamvis a Deo quandoque missum sit visum, neque admittamus, tamen non irascetur nobis ob hanc causam, ille summe misericors; scit enim hoc a nobis fieri propter fallaces insidias dæmonum: atque hæc quidem est, quam diximus, perfecta somniorum distinctio. Contingit vero ut ex subreptione quadam sensum fugiente (quod nemo, ut arbitror, qui effugiat, reperiat), anima sædetur, amisso vestigio perfecte discernendi, et fide somniis non bonis tanquam bonis adhibita.

CAPUT XXXIX.

Exemplum ad intelligendum, quomodo nemini exprobrat Deus, quod somnio ab eo misso non credat.

Sit igitur vobis exemplum hujus rei famulus, quem reversus dominus noctu, post longam peregrinationem, ante vestibulum domus evocet, cui famulus nullo modo aperire velit: metuit enim ne se similitudo vocis fallat, et rerum, quas dominus

A commisit, proditorem faciat; cui quidem non est iratus dominus postera die, quin potius multis laudibus ab eo dignatus est, quod vocem domini, fallaciam existimavit, dum nihil ex bonis domini perdere voluit.

CAPUT XL.

Quando anima possit lumen, quod in se habet, videre; et quando se Satanus transfiguret in angelum lucis; et quid potissimum in vita monastica studendum sit, ut quamvis in mundo simus peregrinemur a mundo.

Non est dubitandum, quin mens, cum cœperit divinum lumen in ea operari, tota fiat perspicua, ita ut lumen id, quod in se habet, abunde videat. Hoc vero tunc fit, cum potestas animæ dominatur in perturbationes. Quod autem quidquid menti in figura apparet, sive lumen, sive ignis sit, ex calido artificio inimici proficiscitur, docet nos divinus Paulus, cum ait transfigurari eum in angelum lucis¹⁸. Non igitur oportet, ut hac spe ullus monasticam vitam capessat, ne hic inveniat Satanus animam facilem ad rapiendum eam ad se, sed ut solummodo tales evadamus, qui in omni statu et plenitudine cordis Deum amemus: quod quidem est amare ex toto corde, et ex tota anima, et ex tota mente¹⁹. In quo enim hoc gratia Dei operatur, peregrinatur a mundo, quamvis in mundo sit.

CAPUT XLI.

De obedientia, quomodo sit maxima virtutum, et janua charitatis, et vias cæterarum virtutum demonstrat.

C Obedientiam esse omnium virtutum introducendum principem, exploratum est; repudiat enim arrogantiam, parit autem nobis humilitatem. Unde janua atque aditus charitatis in Deum efficitur iis qui libenter eam amplectuntur. Hanc cum Adam abjecisset, decidit in profundum tartarum: hanc cum amasset Dominus causa redemptionis, usque ad crucem Patri obedivit: idque cum nulla ex parte infra illius amplitudinem esset, ut cum crimen humanæ inobedientiæ sua obedientia diluisset, eos, qui obedientes essent, ad beatam et immortalem vitam reduceret. Primum igitur hujus virtutis curam habere oportet eos, qui studium certandi cum superbia diaboli suscipiunt: hæc enim deinceps progressa, omnes vias virtutum nobis sine ullo errore demonstrabit.

CAPUT XLII.

Quomodo oporteat continentiam esse in omnibus, ita ut non solum virtutes corporis comparandæ sint, sed virtutes, quæ hominem interiorem purgent.

Commune est omnium virtutum continentiam cognomentum, oportet igitur certantem in omnibus rebus se continere. Sicut enim quocunque demum membro hominis, vel minutissimo adempto, totum corpus, quamvis sit parva pars quæ desit toti figuræ, informe efficitur; sic qui vel unam virtutem neglexerit, universum continentiam decorum dissolvit ac delet nesciens. Oportet igitur non so-

¹⁸ II Cor. xi, 14. ¹⁹ Luc. x, 27.

lum virtutes corporis studiose excolere, sed eas etiam quæ hominem interiorem purgare possunt. Quid enim profuerit virginitatem corporis servare, si anima a dæmone inobedientiæ præside adulteratur? Aut quomodo coronabitur, qui se a gulæ vitio et omni corporis cupiditate continuerit, superbiam tamen et studium gloriæ declinare non studuerit, neque brevem laborem toleraverit? idque cum a justitiæ lance rependendum sit lumen justitiæ iis qui opera justitiæ in spiritu humilitatis fecerunt.

CAPUT XLIII.

De utilitate et modo servandi continentiam in victu.

Sic igitur oportet in omnes cupiditates ejus partis animæ, quæ ratione caret, odium exercere eos qui spiritualiter certant, ut in habitum illud revertant. Continentiam vero in victu ita oportet servare, ut nemo aliquid cibi detestetur, hoc enim execrabile est, et dæmonis inventum. Non enim a cibis tanquam malis abstinemus, absit! sed ut a copioso et inutili victu nos refrenantes, partes corporis effervescentes moderate castigemus; deinde, ut ex eo, quod nobis superat, pauperibus quantum sufficiat, dispensetur, in quo quidem sincera charitas cernitur.

CAPUT XLIV.

Quomodo effici possit ut ciborum jucunditas, et cæteræ voluptates libenter respiciantur.

Vesci omnibus cum gratiarum actione, quæ ad vescendum et bibendum adhibentur, non pugnat cum regula scientiæ: *Omnia enim, inquit, erant valde bona*²⁰. Abstinere autem libenter a suavi et a multo cibo, maximæ discretionis et scientiæ est, tametsi, quæ in hac vita jucunda et dulcia sunt, nunquam possimus jucunde respicere, nisi Dei dulcedinem in omni sensu cordis ac omni plenitudine ejus degustemus.

CAPUT XLV.

De nimia continentia victus fugienda propter firmitatem corporis, qua opus sit ad certamen spirituale.

Ut corpus multo cibo onustum, languidam et segnem efficit mentem, sic nimia continentia victus debilitatum facit, ut ea pars animæ, quæ in contemplatione versatur, in mœstitia sit, et in fastidio sermonis. Oportet igitur ad motiones corporis cibos etiam accommodare, ut, dum corpus valet, quantum conveniat castigetur; dum vero non valet, moderate leniatur. Nec enim infirmo corpore esse debet, qui certat, sed ita firmo, ut sustinendo certamini par esse possit, ut anima etiam laboribus corporis convenienter purgari queat.

CAPUT XLVI.

De ratione victus soliti temperanda, sine vitio vanæ gloriæ aut incontinentiæ, per moderatam indulgentiam ad adventum fratrum, aut aliorum hospitiū.

Cum inanis gloria adversus nos tumescit, nacta ad vitii sui excusationem adventum fratrum aut aliorum hospitiū, quicumque illi sint, recte fiat,

si rationem soliti victus aliquantulum temperemus. Sic enim dæmonem infectis rebus, imo de suo irrito conatu dolentem dimittemus, ac legem charitatis cordati implebimus, et mysterium continentiae sine ostentatione per illam moderatam indulgentiam servabimus.

CAPUT XLVII.

De jejunio et cæteris virtutibus corporalibus, quomodo sint instrumenta quædam, quæ per se sola non habeant gloriam apud Deum, nisi referantur ad finem, qui est pietas.

Habet quidem per se gloriam jejunium, sed non apud Deum; est enim instrumentum, quod ad temperantiam componit eos qui volunt. Non oportet igitur eo gloriari, qui Christianæ religionis pugiles sumus, sed solum in fide Dei finem propositi nostri expectare: nec enim cujuscunque artis periti de artificio quod profitentur, ex instrumentis gloriantur, quin potius quisque eorum formam suscepti operis expectat, ut inde perfectum illud et absolutum artis suæ demonstret.

CAPUT XLVIII.

De utilitate temperati victus ad fructum spirituales animæ.

Sicut terra si moderate sit irrigata, semen sparsum, quod excipit, cum multa fertilitate effundit; multis vero imbribus madefacta spinas tantum et tribulos fert: sic terra cordis, si moderato utamur victu, semina sibi innata atque insita pura edit; et illa quæ sunt ab Spiritu sancto seminata, cum multa viriditate et ubertate fructuum profert; sin vero potu madeat, ex omnibus cogitationibus suis spinas et tribulos procreat.

CAPUT XLIX.

De intemperantia victus, quomodo ad libidinem provocet; et de remedio et ejus ratione.

Cum mens nostra in fluctu largi potus natat, non solum libidinosè intuetur simulacra quæ per somnum dæmones figurant, sed in se ipsa quasdam formas pulchras fingens, visis suis tanquam quibusdam adamatis vititur ardentè. Tepefactis enim fervore vini illis partibus corporis, quæ ad generandum datæ sunt, necesse est omnino ut mens sibi unbram libidinis cum voluptate repræsentet. Opus ergo est, ut moderatione victus utentes, incommo- dum, quod ex redundantia proficiscitur, vitemus. Cum enim mens voluptatem qua ad pingendum peccatum illecta succendatur non habet, tota manet sine imaginationibus, et judicium forte ac virile.

CAPUT L.

De luxuria misti potus, et quantopere ea quæ cum vino miscentur, fugienda sint ab iis qui volunt esse spirituales.

Omnia poculenta arte facta quæ eorum artifices propomata, quasi antepocula vocant, quod multitudinem ciborum ad ventrem deducant, declinare oportet eos qui partes corporis turgescences cohibere volunt: non solum enim eorum qualitas cor-

²⁰ Gen. i, 31.

poribus pusillum nocet, sed ipsa eorum perversa temperatio conscientiam, quæ est sedes Dei, percutit. Quid enim in natura vini desideratur, ut variis condimentis permistis, vini firmitudo mollitie frangenda sit?

CAPUT LI.

Quid Dominus docere voluerit, bibendo in cruce acetum ex spongia circumposita hyssopo.

Dominus noster, idemque vitæ sanctæ magister Jesus Christus acetum in Passione ab iis qui diabolo ministrabant, porrectum bibit, ut perspicuam normam, quemadmodum in sacro certamine animo affecti esse debeamus, ut mihi videtur, relinquere. Non enim, inquit, oportet jucundis potionibus aut cibus uti eos qui adversus peccatum dimicant, ino acerbiter pugna: toleranter sustinere. Adjunctum vero est in illa contumelia hyssopum ad spongiam, ut forma nostræ purgationis exemplo perfecte repræsentaretur. Illud enim acre proprium est certaminis; vis vero tergendis, perfectionis.

CAPUT LII.

De balneatione fugienda spiritalibus, et quare.

Conferre se ad balneum, nemo peccatum, aut a ratione alienum esse dixerit; propter continentiam tamen ab eo se abstinere, et virile et maxime temperantis esse dico. Nec enim illa voluptaria lavatio corpus nostrum emolliet, nec veniet in mentem illius turpis nuditatis Adam, ut de illius foliis ad legendam secundam nuditatem turpitudinis solliciti simus, si præsertim, qui paulo ante ab hujus vitæ corruptione per castitatem corporis nostri exsistentes, cum pulchritudine temperantiæ copulati esse debemus.

CAPUT LIII.

Quare opus sit in cœnobiis vocare medicum ad curationem morbi; et quid faciendum sit iis qui solitariam in eremo degunt vitam.

Medicos vocare cum non valemus, nihil prohibet. Etenim quia erat aliquando experimento humano colligenda ars medicinæ, idcirco prius existerunt medicamenta ac remedia. Verum non oportet spem sanationis in illis collocare, sed potius in vero Salvatore, et medico nostro Jesu Christo. Hæc vero illis, qui in cœnobiis et civitatibus propositum continentia excolunt, dico, tum quia propter circumstantias, quæ accidunt, non possunt sine ulla intermissione fidem per charitatem operari; tum etiam, ne in cupiditatem inanis gloriæ, et in tentationem diaboli incidant. Ex quorum numero nonnulli se non egere medicis coram multis profitentur; at si quis vitam anachoreticam, id est ab oculis hominum remotam in locis desertis, inter duos aut tres unius moris fratres degit, quibuscunque ille morbis conflictetur, applicet se in fide ad Dominum, qui sanat omnem morbum et omnem languorem. Habent enim post Dominum, satis magnum solatium ægritudinum, ipsam solitudinem.

¹ Psal. LXVII, 7.

Unde neque ab exercitatione fidei unquam vacat iste, eo maxime, quo non reperit ibi locum ostentandi virtutem tolerantia, pulchro usus tanquam velo, solitudine: idcirco Dominus habitare facit unius moris in domo¹.

CAPUT LIV.

Quid indicet ferre moleste morbum, et quid rursus non ferre moleste.

Cum morbos corporis moleste ferimus, scire oportet adhuc cupiditates corporis in anima dominari: ex quo fit, ut desiderio corporalis indulgentia nolit a bonis vitæ hujus recedere: quis potius magnum negotium esse putat, non posse propter morbos frui iis, quæ in vita sunt pulchra. Rursus vero si angores ægritudinum animo grato excipiat, argumentum est, non procul ab indolentia. id est, a vacuitate turbidarum affectionum abesse: unde et mortem, tanquam occasionem vitæ verioris tunc magno cum gaudio exspectat.

CAPUT LV.

Quid faciendum sit, ut non delectetur anima usura hujus lucis, sed potius desideret a corpore separari.

Nunquam cupiet anima a corpore separari, nisi ita affecta sit, ut nulla hujus aeris quem spiramus, voluptate capiatur. Omnes enim sensus corporis adversantur fidei, siquidem sensus sunt presentium, fides vero bonorum tantum futurorum copiam et magnificentiam promittit. Quocirca opus est pugilem spiritualem, neque arbores pulchris diffusas ramis ad opacandum, neque elegantes ædes, neque consuetudinem cognatorum unquam cogitare: neque de gloria, et celebritate honorum, si ita accidat, meminisse, sed potius uti quidem necessariis cum gratiarum actione; vitam vero hanc existimare viam quamdam peregrinam, et omni oblectatione carnis vacuum. Sic enim mentem nostram in arctum cogentes, totam ipsam ad vestigia æternæ viæ convertemus.

CAPUT LVI.

Quomodo uti sensibus corporis immoderate, faciat difficilem memoriam Dei, et mandatorum ejus; et quomodo cavendum sit hoc malum.

Quod aspectus, et gustus, et reliqui sensus memoriam cordis distrahunt, cum ipsis immoderate uti sumus, Eva hoc nobis prima confitetur: tantisper enim dum illa libenter ad arborem interdictam non aspexit, memoriam divini jussi studiose retinebat. Quamobrem veluti alis divini amoris tegebatur, unde nuditatem suam ignorabat. Postquam vero lignum libenti animo vidit, ac valde cupide fructum ejus attraxerat, et cum vehementi gustavit voluptate, continuo ad complexum corporis delinita est, adjungens se libidini ut nuda, totamque suam cupiditatem ad fruendum præsentibus tradidit, postquam Adamum cum peccato suo propter fructum aspectu jucundum miscuit, ex quo factum est, ut deinceps mens humana Dei, aut mandatorum

ejus difficile meminisse posset. Degamus igitur nos in hac vita fallace, semper in profundum cordis nostri cum perpetua Dei memoria, tanquam oculis capti intuentes; profecto enim ad spirituale studium virtutis pertinet, adimere semper alas desiderio earum rerum, quas videmus, quod nos Job ille experientissimus docet, cum ait: *Si secutum est cor meum oculum meum*²². Quæ res summæ continentiæ est index.

CAPUT LVH.

Quomodo, qui ambulat spiritu, nescit desideria carnis; ac frustra dæmon ejus castitatem tentet.

Qui versatur semper in corde suo, absens prorsus a jucundis rebus vitæ hujus peregrinatur; qui enim ambulat spiritu, non potest desideria carnis nosse: quandoquidem jam deinceps in arce virtutum suas ambulationes conficit, utiturque iis ipsis virtutibus, veluti janitricibus castimoniarum, quæ est instar civitatis parvæ; ex quo fit, ut in hoc irritæ sint machinæ dæmonum, quamvis usque ad fenestras naturæ tela vulgaris amoris pertingant.

CAPUT LVIII.

De acedia, quæ solet aliquando post repudiatas voluptates corporis contingere, qualis sit, et quomodo expellenda.

Cum cœperit anima nostra non amplius ea quæ pelchra et jucunda sunt, concupiscere, tunc eam desidiōsa quædam mens ut plurimum subit, quæ neque officio sermonis eam sinit libenter servire; neque expeditum desiderium futurorum bonorum ei relinquit: imo et hanc caducam vitam ceu valde inutilem habet, ut non habentem opus virtutis dignum: ipsamque cognitionem pro nihilo ducit, tanquam aliis quoque multis tributa sit; aut nihil perfectum nobis significare promittat. Hanc autem tepiditatis et torporis ægitudinem fugiemus, si menti nostræ valde angustus meatus definiemus, ut solum Dei memor sit: hac enim solummodo ratione ad suum reversa fervorem, poterit rursus ab illa per segnitium distractione sine dolore removeri.

CAPUT LIX.

Quomodo mens reddi possit certa de studio et diligentia sua in spirituali certamine per memoriam continuam et ferventem nominis Jesu in profundo cordis.

Cum omnes mentis exitus memoria Dei ocluse-
rinus, omnibus modis a nobis requirit ipsa mens opus ex quo diligentiam suam plene nosse debeat. Oportet igitur tradere ei illud solum: *Domine Jesu Christe*, ad integram et solidam propositi tractationem. Nemo enim, inquit, dicit, *Domine Jesu, nisi in Spiritu sancto*²³. Verum ita arcte verbum istud in intimo suo recessu omni tempore contempletur, ut ad nullas imaginationes adduci possit.

A Quicumque enim sanctum et gloriosum nomen hoc in profundo cordis continenter meditantur, hi etiam lumen mentis suæ semper videre possunt. Cum enim arcta sollicitudine illud in mente retinetur, sordes quæ in anima apparent, cum multo sensu exurit, *Deus enim, inquit, ignis consumens est*²⁴. Unde animam deinceps ad amorem gloriæ suæ vehementer incitat Dominus. Illud enim gloriosum et optabilissimum nomen, si diutius in memoria mentis cum fervore cordis habeatur, habitum plane bonitatem ejus amandi in nobis, nullo impedimento obsistente, gignit. Hæc est enim pretiosa margarita, quam qui omnem substantiam suam vendiderit, comparare potest, et lætitiā majorem, quam dici possit, de inventionē habere²⁵.

CAPUT LX.

De duplici gaudio, inchoante et perficiente, et usu utriusque et de lacrymis mediis inter utrumque.

Aliud est gaudium inchoans, et aliud perficiens: illud quidem non est imaginationibus vacuum; hoc vero vim habet humilitatis: his autem interjecta est tristitia Deo amica, et lacrymæ sine dolore. Etenim quia in multitudine sapientiæ multitudo, inquit, cognitionis, et qui addit cognitionem, addit dolorem²⁶. Idcirco opus est, ut primum quidem gaudium inchoante ad certamen spirituale anima provocetur; deinde, ut a varietate Spiritus sancti arguatur, et probetur, tum in iis, quæ prave egit, tum in iis quæ adhuc agit: in redargutionibus enim, inquit, *super iniquitate corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus*²⁷: ut cum divina reprehensio tanquam in ardenti fornace animam probarit, tunc operationem gaudii sine imaginationibus cum fervida Christi memoria capiat.

CAPUT LXI.

Quomodo mens, cum perturbata est, non potest Dei meminisse, et quæ sit causa; et quomodo mens, cum est a passionibus libera, solertia sua utens, et gratia Dei adjuvante, cito oblivionem Dei expellit, et recordatur Domini Jesu; et quomodo contingat toto jam affectu ad memoriam Dei, et charitatem excitari.

Cum anima ira commovetur, aut offusa est ei caligo ex crapula, aut gravi angore afficitur, non potest mens, tametsi ipsa anima vim ei quodammodo adhibeat, memoriam Domini retinere; quin potius tota mens vehementia perturbationum obscurata, a suo sensu ob hanc causam prorsus alienatur, quamobrem non potest desiderium sigillum suum imprimere, ut mens sine oblivione speciem meditationis ferat, durescente memoria ejus propter feritatem perturbationum; sin autem extra perturbationes posita sit, la-

²² Job xxxi, 7. ²³ I Cor. xii, 3. ²⁴ Deut. iv, 24; Hebr. xii, 29. ²⁵ Matth. xiii, 46. ²⁶ Eccle. i, 18. ²⁷ Psal. xxxviii, 12.

meti paulisper oblivio illud promptum animi subripiat, tamen cito mens, solertia sua utens, ferventer illam salutarem, et maxime expetendam prædam apprehendit; habet enim tunc ipsam gratiam una cum anima meditantem, et clamantem, *Domine Jesu*; sicut mater puerulum suum docet, et cum eo meditatur paternum nomen, donec ad habitum ejus nominis eum perducatur; et infans puer pro aliquo alio pueri sermone clare patrem etiam dormiens appellat: idcirco ait Apostolus: *Similiter autem Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: quid enim oremus, quomodo oportet, nescimus, sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*¹⁹. Etenim quia ad capiendam virtutis orandi perfectionem parvuli sumus, omnino auxilio ejus indigemus, ut cum ejus dulcedo major, quam dici potest, omnes cogitationes commisceat, et suavitate perfundat, toto cum affectu ad memoriam Dei et charitatem excitemur: quamobrem cum in ipso, ut idem Paulus ait, Deum Patrem inclamamus, ab ipso componimur ad vocandum sine intermissione: *Abba, Pater*²⁰.

CAPUT LXII.

De ira, quomodo, et quando ea utendum; et quomodo utiliter a Deo data sit; et quid Dominus docere voluerit quando infremuit spiritu in morte Lazari; et quomodo sit Elia, et currui ejus igneo similis qui propter ardorem pietatis ira utitur sedata.

Ira plus quam aliæ passiones perturbare et confundere animam solet, aliquando vero magnopere utilis est: cum enim contra eos, qui aliquid inique aut flagitiose, quodcunque illud sit, committunt, ea sedate utimur, ut aut salvi fiant aut pudore afficiantur, tunc mansuetudinem ei adjungimus: eodem enim tendimus, quo justitia et bonitas Dei spectant; imo sæpe, cum graviter peccato irati sumus, illud femineum quod in ira inest, virile facimus. Quod autem in ipsum spiritum interitus frementes, cum in magno mœrore et luctu sumus, supra ipsam mortis gloriationem efferimur, non est dubitandum; quod quidem ut nos doceret Dominus, animam Lazari reddidit corpori postquam bis in spiritu infremisset in mortem, seque conturbasset²¹: cum alioqui omnia voluntate sola sine ulla conturbatione, quæcunque vult, efficiat. Ut jam, mea quidem sententia, ira moderata magis tanquam telum naturæ nostræ ab auctore nostro tributa sit. Quo si Eva contra serpentem usa fuisset, nunquam ab illa falsa voluptate delinita esset. Unde, ut mihi videtur, qui propter studium et ardorem pietatis ira utitur sedate, probatior in lance remunerationum reperietur præ eo qui nullo

¹⁹ Rom. viii, 26. ²⁰ ibid. 15. ²¹ Joan. xi, 33 sqq.

(1) Cante lege hoc et sequens caput; nam sanissima est theologorum doctrina quæ habet, licere Christiano in judicio rerum ablatarum restitutionem, et injuriarum compensationem repetere, servatis debitis circumstantiis, ut ob justitiam, non privato amore vindictæ, odio, etc., id faciat, tametsi

A modo propter mentis immobilitatem ira movetur: hic enim aurigam sensuum hominis inexcitatum habere plane cernitur; ille vero semper in equis virtutis, certandi studio fervens, vehitur inter medias dæmonum copias, quadrigam continentiarum in timore Dei omni tempore exercens, quam quidem currum Israel apud Scripturam, cum Elias ille in sublime sublatus est, dictam esse legimus²²: siquidem Judæis primum, de quatuor virtutibus excellenter locutum esse Deum videmus. Idcirco totus, et in curru ignis sublatus est ille tantus ac tam admirandus sapientiæ alumnus, tanquam equis, ut mihi videtur, suis usus virtutibus in Domino, qui illum in aura spiritus ignis rapuit.

CAPUT LXIII.

Quomodo spiritualis non debeat, neque aliis litem intendere, neque sua in judicio recuperare (1).

Qui particeps sanctæ cognitionis factus est, et dulcedinem Dei degustavit, neque litigare debet, neque ulli litem intendere, tametsi vestitum, quo indutus est, alius detrahat: justitiam enim magistratum hujus sæculi justitia Dei omnibus modis superat, et antecellit. Imo nihil illa est ad justitiam Dei; quæ enim distantia inter eos, qui Dei et hujus sæculi discipuli et alumni sunt, si horum jus cum justitia Dei collatum non cernitur imperfectum, ita ut alterum dicatur humanum jus, alterum divina justitia? Sic igitur et Dominus noster Jesus Christus: *Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non minabatur*²³: quinimo passus est cum silentio detrabi sibi amictum; et ut, quod plus est, dicam, pro salute maleficorum Patrem precabatur.²⁴ Homines vero hujus sæculi non prius litigare desinunt, quam cum quæstu interdum res ab iis a quibus in judicio vocati sunt, recuperent, præsertim cum ante debitum usuras ferunt, ita ut jus sæpe initium magnæ injuriæ sit.

CAPUT LXIV

De iis, qui causam litigandi excusant, dicentes, non licere dare locum iis qui res nostras nobis ad nostrum victum et pauperum necessarias diripere volunt; et quomodo præstet orationi et custodiæ cordis operam dare, et injuriam suam judicio alterius oculi reservare.

Audivi pios quosdam dicere, non licere dare locum quibuscunque diripiendi ea, quæ ad nos alendos, vel ad pauperes recreandos habemus, præsertim si qui hoc committunt Christiani sunt, ne, dum toleranter ferimus, iis, qui nos injuria afficiunt, occasionem peccandi præbeamus. Hoc

²² IV Reg. ii, 11. ²³ I Petr. ii, 23. ²⁴ Luc. xxiii, 34.

cujusdam excellentis perfectionis et consilii evangelici sit, nullum ob quamcunque privatam injuriam in jus apud judicem vocare. Ad hanc normam reducenda est tota hæc Diadochi disputatio de non litigando, si veram et non erroneam cupimus.

vero nihil aliud est, quam per simulationem sua magis quam se amare. O excusationem a ratione alienam! Si enim, derelicta oratione et custodia cordia, adversus eos, qui me vexare, et diripere volunt, paulatim incipiam causas dicere, et ad tribunalium vestibula assiduus esse, liquet jam, pluris me facere recuperata per iudicium, quam salutem meam, ne dicam, quam ipsum mandatum salutare. Quomodo enim omnino sequar, quo Evangelium jubet ²⁴, non repetere, si quis mea tollat, sed potius læto animo sufferre, et sicut Apostolus ait ²⁵, cum gaudio suscipere direptionem bonorum meorum, quando neque qui in iudicio disceptavit, et quæ voluit recuperavit, violentum illum usurpatorem peccato liberat? si quidem non possunt præscribere æterna Dei iudicia, quæ in terra exercentur: has enim leges satis implet reus, apud quas contingit ei causam suam defendere. Quare præclara res est perpeti violentiam eorum qui volunt injuriam facere, et preces pro eis adhibere, ut per pœnitentiam, non autem per restitutionem eorum quæ diripuerunt, de crimine direptionis absolvantur. Hoc enim justitia Domini postulat, ut eum, qui rapuit, non quæ rapuit, recuperantes, eundem per pœnitentiam liberemus.

CAPUT LXV.

De præstantia et utilitate vendendi omnia, et tribuendi ea pauperibus; et quomodo virtus humilitatis magis quam reliquæ virtutes, tanquam mater indulgentissima hujusmodi paupertatem foveat et recreet.

Res apta, et omnino utilis est, post cognitam viam pietatis in Deum, vendere statim omnia bona nostra, et pecuniam redactam, secundum mandatum Domini ²⁶ dispensare, ac non potius per simulationem obediendi mandatis Dei, monitum salutare non audire. Hinc enim sequetur primum quidem optima vacuitas sollicitudinis, tum deinceps secunda, et ab insidiis tuta paupertas, quæ altiora cogitat, quam de illa injuria, aut lite; idque quia non amplius habet materiam, quæ ignem avaritiæ inflammet. Fovebit autem nos tunc magis quam reliquæ virtutes, humilitas, quæ sine suo et complexu nudos recreabit, sicut mater puerum suum gremio exceptum foveat, cum is puerili simplicitate ductus vestitum suum exiit, et procul abiecit, magis tunc nuditate, ut omnis malitiæ expers, quam varietate vestitus lætus. Custodit enim, inquit, *parvulos Dominus; humiliatus sum, et liberasti me* ²⁷.

CAPUT LXVI.

De iis qui dicunt: Unde fiet eleemosyna pauperibus, qui quotidie nostris bonis alebantur, si omnia semel vendiderimus? et de humilitate, quam parit nihil jam habere ad largiendum pauperibus; et quomodo quod non potest comparari per eleemosynam, comparabitur copiosius per orationem, et tolerantiam, atque humilitatem, et quomodo qui bona sua reliquerunt, hi præparant se ad recipien-

dum charisma scientiæ Verbi Dei ut possint divitias regni Dei prædicare.

Sane quidem secundum id quod habemus, non autem secundum id quod non habemus ²⁸ reposcet a nobis Dominus rationem eleemosynæ. Si ergo quod diu poteram largiri, tempore propter metum Dei benigne dispartio, de qua re amplius, cum nihil habeam accusabor? Sed dicet aliquis, Unde igitur misericordia tribuetur iis pauperibus, qui solebant nostris mediocribus bonis paulatim gubernari? Discat iste non exprobrare Deo per occasionem avaritiæ suæ: non enim deerit Deo facultas suos quos fecit, gubernandi, ut a principio gubernavit; nec enim priusquam hic aut ille ad tribuendam eleemosynam excitati essent, cibus aut vestitus pauperibus deerat. Præclara ergo res est, statim percepta cognitione melioris status, bene largiendo abjicere temeritatem gloriandi ex divitiis, odio habentem cupiditates, quod est, animam suam odisse; ut jam non amplius largitione opum lætantes, nos ipsos nihili faciamus, tanquam nihil boni agentes: dum enim divitiis affluimus, mirifice iis largiendis delectamur, si tamen virtute utimur, tanquam hilariter jussui Dei servientes; postquam vero bona omnia exhausta sunt, infinitus tunc subit dolor, et submissio, quasi nihil justitia dignum agamus. Ex quo fit, ut ad se anima cum multa submissione redeat, ut quod non potest quotidie per eleemosynam sibi comparare, hoc per laboriosam orationem, et per tolerantiam, atque humilitatem possit: *Pauper enim, inquit, et inops laudabunt nomen Domini* ²⁹; nec enim charisma theologiæ, id est, tractationis verbi Dei, ulli a Deo præparatur, nisi se ipse ita præpararit, ut propter gloriam Evangelii Christi omnium bonorum suorum relinquat possessionem, ut in paupertate Deo amica divitias Evangelii regni Dei prædicet: hoc enim perspicue significavit, qui dixit: *Parasti in bonitate tua pauperi, Deus, et subjungit: Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa* ³⁰.

CAPUT LXVII.

De charismate theologiæ, et quot, et quanta bona ex ea proficiuntur.

Omnia dona Dei sunt valde bona, et omnium bonorum causa, sed nullum ita nostrum cor inflammat, et illud ad amandum bonitatem ejus excitat, ut donum theologiæ; cum enim sit fetus matulinus gratiæ Dei, prima etiam dona largitur animæ: primum enim facit, ut libenter ac jucunde omnes vitæ hujus amicitias contemnamus, ut qui pro cupiditatibus fluxis divitias verbi Dei majores, quam dici potest, habemus. Deinde mentem nostram igne naturam mutante collustrat: unde consortem ministrantium spirituum eam facit. Hanc igitur virtutem, fratres charissimi, idonee ad hoc præparati concupiscamus, quæ pulcherrima est, quæ omnia contemplatur, quæ omni sollicitudine vacuum facit,

²⁴ Matth. v, 40. ²⁵ II Cor. xi, 20. ²⁶ Matth. xix, 21. ²⁷ Psal. cxiv, 6. ²⁸ II Cor. viii, 12. ²⁹ Psal. lxxv, 21. ³⁰ Psal. lxxvii, 11, 12.

quæ furore arcani luminis plena est; et mentem A
verbis Dei alit, et quæ Deo Verbo (ne multa dicam)
animam rationis participem per sanctos prophetas
ad inseparabilem cum eo conjunctionem despondit,
ut apud homines (o rem admiratione dignam!) hæc
divina pronuba voces, quibus similes Deo efficere-
mur, et theologici sermones diserte canerentur,
aptaret.

CAPUT LXVIII.

*Quæ sit causa, cur mens nostra difficilis sit ad ora-
tionem, facilis vero et prompta ad divinarum re-
rum contemplationes; et de utilitate orationis, ad
proficiendum in contemplatione.*

Mens nostra, ut plurimum difficilis est ad ora-
tionem propter angustam et contractam virtutem
orandi, ad theologiam vero se dat libenter propter B
latitudinem et laxitatem res divinas contemplandi.
Ut igitur non faciamus ei liberum ut multa loqui
libeat, nec immoderate exsultare permittamus,
quamplurimum in oratione, et psalmorum cantu,
et sanctarum Scripturarum lectione occupemur,
neque commentationes virorum disertorum negli-
gamus, quorum fides ex sermone dignoscatur. Non
enim, cum hoc sit, locus datur, ut mens nostra
verba propria cum verbis gratiæ misceat, aut ab
inani gloria trahatur per nimiam exultationem ac
loquacitatem distracta: imo et ipso contemplationis
tempore mentem extra omnem phantasiam custo-
diemus, ac cunctas fere cogitationes, quæ ad exci-
tandas lacrymas valent, hinc ei comparabimus;
illis enim quietis temporibus recreata mens et ipsa C
orationis dulcedine maxime delinita, non solum
illis quæ diximus, vitiis liberatur, sed etiam vires
adhuc renovat, quas celeriter ac sine labore ad di-
vina contemplanda intendat, simulque in contem-
platione ea discernendi, multa submissione profi-
ciat. Illud tamen advertendum est, esse quidem
orationem supra omnem latitudinem: sed hæc illo-
rum est, qui in omni sensu et plenitudine divina
gratia impleti sunt.

CAPUT LXIX.

*Quomodo gratia in principio cum magna voluptate
spirituali soleat animam illuminare; processu vero
certaminis spiritualis non ita, ut videamur dere-
lictis, et quæ utilitas inde instat, et quomodo iis
qui adhuc sunt parvuli in certamine spirituali, D
nimis dolor et nimium gaudium noceat.*

Solet principio gratia lumine suo in multo sensu
animam collustrare; processu vero certaminis sæpe
mysteria sua clam in anima divina contemplanti,
operatur, ut nos tunc quidem lætos in vestigia di-
vinarum rerum, quas contemplantur, immittat, velut
ex ignorantia ad cognitionem vocatos; in medio
vero certaminis cognitionem nostram ab inanis
gloriæ cupiditate liberam servet. Oportet igitur do-
lere quidem moderate, quasi nos derelictos, quo
submitiores simus ac magis gloriæ Domini sub-
jecti; lætari vero opportune spe bona exsultantes.
Ut enim nimis dolor animam in desperationem et

diffidentiam projicit, sic nimia lætitia ad elationem
provocat: de iis loquor qui sunt adhuc pueri sensu;
inter illuminationem enim et derelictionem inter-
jecta est experientia, inter dolorem vero et lætiti-
am spes: *Expectans enim, inquit, expectari Domi-
num, et intendit mihi*⁴¹; et rursus: *Secundum mul-
titudinem dolorum meorum in corde meo, consolati-
ones tuæ lætificaverunt animam meam*⁴².

CAPUT LXX.

*De loquacitate, quomodo animam distrahat, et me-
moria sui privet; et quæ causa ejus et quam præ-
clara res sit silentium.*

Sicut janua balnei, si crebro aperiat, cito ca-
lorem ejus extrudit, sic anima cum multa loqui
vult, quamvis valde pulchra sint omnia, memo-
riam sui per vocale ostium distrahit, ac disturbat.
Ex quo fit, ut tempestivis et opportunis cogitatio-
nibus deinceps privetur: ipsum vero concursum
cogitationum quodammodo tumultuose quibusvis
proferat, quia non habeat deinceps Spiritum sanctum,
qui animam ejus a visis extrinsecus oblati-
s servet; bonum enim, utpote ab omni tumultu et
imaginatione alienum, verbositatem fugit. Præclara
ergo res est silentium, nihilque aliud quam mater
sapientissimorum cogitatum.

CAPUT LXXI.

*Quomodo, cum quis ea quæ mundi sunt, incipit re-
pudiare, tunc incipiant passiones esse ei molestæ,
et inter eas potissimum ira et odium; et quomodo
melius sit flere duritiam iniquorum, quam odio eos
prosequi, quamvis odio digni sint.*

Multas esse perturbationes, quæ principio ani-
mam in contemplatione rerum divinarum versan-
tem molestia afficiunt, ipse sermo scientiæ nos
docet: maxime vero omnium molestæ sunt ira et
malevolentia: hoc autem animæ non tam propter
dæmones, quam propter progressus suos accidit;
dum enim cum voluntate mundo consentit, quamvis
cernat jura quomodocunque conculcari, neque mo-
vetur, neque perturbatur. Siquidem dum suis du-
citur cupiditatibus, non habet justitiæ Dei ratio-
nem; postquam vero cæperit passiones superare,
non patitur jam tum propter contemptum rerum
præsentium, tum propter charitatem, ut videat ne
per somnium quidem legem Dei violari, quin po-
tius irascitur maleficis, quoad videat contumeliosos
in virtutem justitiæ, dignitatem justitiæ pie defen-
dere. Idcirco igitur iniquos quidem odio habet,
justos vero diligit; tunc enim oculus animæ prorsus
non rapitur errore, cum anima suum tegumentum,
id est corpus, ad multam tenuitatem per continen-
tiam redegit; sed multo præstantius est duritiam et
stuporem cordis istorum deflere, quam eosdem odio
prosequi: etsi enim malevolentia digni sunt, ta-
men ratio non vult animam, quæ Dei charitate te-
neatur, malevolentia turbari et impediri, cum in ea
anima quæ odium habet, cognitio non operetur.

⁴¹ Psal. xxxix, 2. ⁴² Psal. xciii, 19.

CAPUT LXXII.

De charismate sapientiæ, et de charismate scientiæ, sive cognitionis: et quomodo secunda virtus plus valeat ad extirpandas passiones, quam prior; et quare non reperitur plene utraque in singulis.

Theologus, id est rerum divinarum contemplator eloquiis Dei delinitus et inflammatus, animo applicat se in illa laxitate ac latitudine opportuna contemplationem ad moderandas aliquantum passiones. *Eloquia enim Domini, ait, eloquia casta; argentum igne examinatum, purgatum terræ*⁴³. Qui vero cognitioni deditus est, experientia cognitionum secundum operationem confirmatus, superior passionibus existit; assequetur autem theologus experientiam virtutis cognitionis, si se submisit gerat. Et rursus qui studio cognitionis tenetur, assequetur item virtutem contemplationis, si eam partem animæ, quæ ad discernendum data est, habeat non errantem. Non enim cuius contingit habere ex toto hæc duo charismata, idque ut dum uterque admiratur, et laudat quo alter abundat, humilitas cum zelo iustitiæ in ambobus redundet. Idcirco ait Apostolus: *Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ (sive cognitionis) secundum eundem Spiritum*⁴⁴.

CAPUT LXXIII.

De oratione vocati, et in corde, cui contingat libentius orare voce; et cui rursus libentius in corde, et de simulacro lætitiæ, quod sequitur orationem vocalem, et de lacrymis, quæ sequi solent orationem cordis, et post lacrymas quædam voluptas animi; et quæ sit causa, et quomodo opus sit paulo maiore voce psalmos canere, cum animus graviter languet.

Cum anima est in affluentia suorum fructuum naturalium, maiore etiam voce psalmos canit, magisque vult orare voce. Cum vero Spiritus sanctus in ea operatur, tunc cum omni laxamento ac dulcedine canit, et orat in corde tantum. Sed cum illo priore modo affecta est, sequitur inde, ut videatur sibi gaudere; cum autem posteriore, sequuntur lacrymæ spirituales, ac postea voluptas quædam animi tacita, et silentii amica: memoria enim dum propter temperationem vocis manet fervida, facit, ut quosdam blandos et lacrymantes cogitatus cor ferat. Unde videre sane est, semina orationis cum lacrymis propter spem metendi gaudium in terra cordis spargi. Cæterum, cum multa mœstitia gravamur, oportet nos paulo grandiore voce psalmos canere, edentes sonos animæ, lætitiæ spei, donec gravis illa caligo aura concentus discutiatur.

CAPUT LXXIV.

De ardore spirituali animæ, et quid inter charitatem naturalem et spirituales intersit.

Cum anima noscit seipsam, ex se etiam fervorem quemdam et pudorem Deo amicis affert, siquidem non confusa sollicitudinibus vitæ hujus, amorem quemdam pacis parit, quo Deum pacis quærit, tametsi celeriter ab hoc distrahitur, vel sensibus prodentibus, et vel etiam natura bonum suum propter inopiam cito consumente: unde sapientes gentilium,

A quod per virtutem se assequi existimabant, hoc, ut oportebat, non habebant, quia scilicet eorum mens a perenni et vera sapientia non agebatur. Fervor vero, quem Spiritus sanctus cordi affert, primum quidem totus ad pacem spectat, constansque est atque omnes animæ partes ad desiderium Dei invitat, et extra cor non excitatur, imo per ipsum ad charitatem quamdam immensam et gaudium totum hominem exhilarat. Oportet igitur ardorem illum agnoscere, ad eumque pervenire; charitas namque naturalis index est naturæ propter virtutem quodammodo benevolentis, nunquam tamen facere potest mentem bonam ad comparandam vacuitatem passionum, ut potest charitas spiritualis.

CAPUT LXXV.

B *Quando et quomodo gratia Spiritus sancti servet animam puram et liberam a nebulis passionum; et quando item et quomodo spiritus erroris legat eam nubibus peccatorum.*

Sicut aer iste nobis circumfusus, flante aquilone, propter naturam ejus tenuem et serenantem, purus permanet; contra vero, flante austro, totus veluti densatur a natura venti hujus nebulosa, qui ex suis regionibus ac locis ratione cujusdam cognationis nubes per totum orbem inducit: sic anima, cum afflatu veri et sancti Spiritus cietur, tota extra nebulas dæmonis posita est; rursus vero, cum ab spiritu erroris vehementer inflatur, tota nubibus peccati obtegitur. Oportet igitur, ut totis viribus propositum nostrum ad vivificam et pugnantem C Spiritus sancti auram semper convertamus, id est ad spiritum, quem propheta Ezechiel venientem ab aquilone in lumine cognitionis vidit⁴⁵. Ut ea potissimum animæ nostræ pars, quæ in contemplatione versatur, in serenitate perseveret; ut divina sine errore contemplerur, cernentes ea quæ sunt luminis in aere veri luminis, hoc enim est lumen veræ cognitionis.

CAPUT LXXVI.

Quomodo ante baptismum spiritus veritatis operetur in anima, et quomodo spiritus erroris: quomodo item isti duo spiritus operentur post baptismum.

Nonnulli existimarunt gratiam pariter et peccatum, id est Spiritum veritatis, et spiritum erroris in mente ejus qui baptizatus est, occultari. Unde alter, inquit, mentem ad virtutes hortatur et provocat, alter ad contraria. Ego vero tum ex divinis Scripturis, tum ex ipso sensu mentis comprehensum habeo, ante baptismum quidem hortari extrinsecus gratiam ad meliora, ac Satanam in imo cordis delitescere dantem operam, ut omnes vias mentis, quæ ad dexteram tendunt, obstruat; ex ipsa vero hora, qua regeneramur, dæmon quidem foris est, gratia vero intus. Unde comperimus, sicut olim error dominatus est in animam, sic in eam post baptismum dominari veritatem. Exercet quidem postea Satanam vini suam in anima, sicut antea, et sæpenumero pejus, non tamen tanquam adsit una cum charitate, absit! sed, quod dulcedi-

⁴³ Psal. xi, 7. ⁴⁴ I Cor. xii, 8 sqq. ⁴⁵ Ezech. i, 4.

nem voluptatum, quæ a ratione alienæ sunt, tanquam funum quemdam in mentem per liquorem corporis infundat; hoc autem permissu Dei efficitur, ut homo, per tempestatem et ignem probationis tractus, sic ad fruendum, si velit, summo bono perveniat: *Transivimus, inquit, per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium* ⁴⁶.

CAPUT LXXVII.

Quomodo et quando incipiat gratia Dei declarare bonitatem suam animæ; et quare tunc permittat Deus, ut plus molestiæ exhibeant ei dæmones; et quam magna inde utilitas existat.

Gratia, ut dixi, ex ipso puncto temporis quo baptizamur, in ipsa ima sede mentis occulitur, presentiam suam sensui celans; postquam vero toto quis animo Deum amare cœperit, tunc inexplicabili quadam ratione per sensum mentis partem bonorum suorum cum anima communicat. Unde qui prorsus vult tute hoc quod invenit tenere, facile capitur desiderio relinquendi libentissime omnium bonorum vitæ hujus possessionem, ut agrum mirum comparet, in quo thesaurum vitæ abditum reperit ⁴⁷. Cum enim cunctas quas vitæ hujus opes dimiserit, tunc locum, in quo gratia Dei recondita est, adipiscitur. Secundum enim proportionem progressus animæ donum Dei bonitatem suam menti patefacit: tametsi permittat Deus dæmonibus, ut plus tunc turbatum animæ faciant, scilicet, ut congruenter eam doceat, rectum a pravo discernere, efficiatque quando purgatur magis submissam, propter multam verecundiam turpitudinis ex cogitationibus appulsu dæmonum excitatis.

CAPUT LXXVIII.

Quatenus homo ad imaginem Dei factus sit, et quid effectum per peccatum Adæ, et quid rursus per baptismum, et quare non possint simul habitare in homine duo spiritus, alter bonus, et alter malus, sicut nonnulli opinati sunt; quare post baptismum relicta est duplex voluntas, et impugnatio dæmonis.

Sumus ad imaginem Dei ⁴⁸, secundum notionem animæ ad mentem pertinentem; corpus enim tanquam domicilium animæ est. Igitur quia peccato Adæ non solum lineæ formæ animæ sordidæ sunt, sed corpus quoque nostrum sub interitum cecidit, idcirco sanctum Dei Verbum carnem assumpsit, donavitque nobis, utpote Deus, aquam salutarem per baptismum suum ad regenerationem: per aquam enim operatione vivifici Spiritus regeneramur, quo confestim anima et corpore mundamur, si modo toto animo effecti, ad Deum accedimus, Spiritu quidem sancto in nobis habitante, peccato vero ab eo expulso; non enim fieri potest, cum sit una et simplex animæ forma, ut duæ ibi personæ adsint, ut quorundam opinio fuit; gratia namque Dei per baptismum infinito quodam amore ad lineas formæ, quæ ad imaginem Dei facta est, aptata in pignus similitudinis, ubi potest esse locus dæmoni, cum nulla sit luci cum tenebris communitas ⁴⁹? Qui igitur in sacro certamine cursores sumus, credimus

A multiformem illum serpentem per lavacrum incorruptibile ex penetralibus mentis ejici, neque vero mirari debemus, cur post baptismum turpia cum honestis cogitamus: sanctus enim baptismus maculam quidem peccati ex vobis delet; illam vero voluntatem nostram duplicem non mutat nunc; neque dæmones, ne nos impugnent, prohibet, aut ne verbis utantur ad decipiendum, scilicet, ut quod in illo naturali statu positi non custodivimus, acceptis armis justitiæ, virtute Dei custodiamus.

CAPUT LXXIX.

Quando in profundo cordis, id est in mente ipsa habiet gratia Dei, et quomodo ibi nihil possit dæmon operari, et quomodo et per quas partes operantur dæmones in anima, et quomodo mens nostra condelectetur legi spiritus, et de gaudio spiritali, unde et quando existat.

B Satanæ, ut dixi, ab anima per sanctum baptismum excluditur; permittitur tamen ei ob eas quas dixi causas operari in ea per corpus; gratia Dei in profundo animæ, id est in ipsa mente habitat. *Omnis namque gloria filie Regis ab intus, ut ait Propheta* ⁵⁰, dæmonibus inaspectabilis. Quocirca desiderium Dei ex ipso, quasi profundo cordis veluti scaturire sentimus, quando Dei ferventer recordamur; mali vero spiritus in sensus corporis deinceps insilium, ibique delitescunt, in iis operantes, cum est carnis opportunitas, qui sunt adhuc anima puerili. Ad hunc igitur modum mens nostra, secundum Apostolum, semper legi spiritus condelectatur ⁵¹: ipsi vero sensus corporis blanditiis et illecebris voluptatum capi volunt. Unde gratia quidem in iis qui processum in cognitione faciunt, per sensum mentis delectationem gignit, ita ut mirabili eos gaudio exultare faciat. Dæmones vero cum nos rursus viderint cursum pietatis negligenter currentes, animam per sensus corporis captivam ducunt, violenter illam quidem interfectores illi ad ea quæ renuit provocantes.

CAPUT LXXX.

Quomodo in cordibus fidelium non possint simul insidere spiritus gratiæ, et spiritus peccati, ut quidam opinati sunt, male interpretantes illud Joannis evangelistæ, Et tenebræ eam non comprehenderunt; et quomodo hoc Paulus interpretatus sit in Epist. ad Philipp. III, 12.

D Qui aiunt duas personas, spiritum scilicet gratiæ, et spiritum peccati in cordibus fidelium simul insidere, ex eo quod evangelista dixit: *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt* ⁵², opinionem suam probare volunt, dicentes non inquinari divinum splendorem spiritus mali congressu, quomodocunque divinum in anima lumen ad tenebras dæmonis propius accedat. Ipsi tamen Evangelii verbis a sanctis Scripturis dissentire probantur. Quia enim Verbum Dei voluit, ut verum lumen suum per carnem suam hominibus appareret, incenso in nobis ob nimiam ejus benevolentiam lumine cognitionis, prudentia vero mundi consilium Dei

⁴⁶ Psal. lxxv, 11. ⁴⁷ Matth. xii, 44. ⁴⁸ Gen. i, 26. ⁴⁹ Joan. i, 5.

⁵⁰ II Cor. vi, 14. ⁵¹ Psal. xlii, 14. ⁵² Rom. vii,

non comprehendit : siquidem prudentia carnis inimica Dei est ⁸³ : ob hanc causam usus est Joannes hujusmodi verbo, atque paucis interjectis, subjungit evangelista : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, id est, est dux viæ ostendendæ, ac vitam præstat : *in mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit; in propria venit, et sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus ⁸⁴. Ait autem apostolus Paulus interpretans illud, non comprehenderunt : — *Non quod acceperim jam, aut jam perfectus sim, persequor autem, ut comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu ⁸⁵. Itaque non dicit evangelista, non comprehendisse Satanam verum lumen; ab initio enim alienus est ab eo, siquidem non luæet in ipso: sed potius homines ipsos, qui audiebant quidem potentias et mirabilia Filii Dei, sed propter erroris tenebras cordi offusas, ad lumen cognitionis ejus accedere volebant, merito verbo illo vituperat.**

CAPUT LXXXI.

De duplici genere malorum spirituum, partim cum anima, partim cum corpore luctantium; et quomodo tentent, cum anima est extra gratiam Dei, et quomodo, cum non est; et quomodo utrisque resistendum; et de tentatione, quando tentat demon suggerendo, ut naturam humanam contemnamus, quia sit mortalis; et quomodo sit tunc occurrendum.

Duo esse veluti genera malorum spirituum docet nos spiritualis cognitio. Alii enim sunt tanquam subtiliores, alii crassiores. Subtiliores igitur animam oppugnant, crassiores vero quibusdam sordidis cogitationibus carnem ducere captivam soliti sunt : quamobrem dæmones qui cum anima luctantur, et qui cum corpore, sibi ipsi sunt adversarii, tametsi par utrisque studium ac propositum nocendi hominibus. Cum ergo non habitat gratia in homine, tunc in profundo cordis instar quidem serpentis delitescunt, non sinentes omnino animam ad cupiditatem boni aspicere. Cum vero gratia in mente est abdita, tunc tanquam nubes quædam caliginosæ deinceps per partes cordis in passiones peccati discurrunt induti varias formas distractionum, ut memoriam mentis distrahentes, illam ipsam mentem ab usu et familiaritate gratiæ divellant. Quando igitur a dæmonibus, qui animæ sunt infesti, ad passiones animæ inflammamur, ac potissimum quidem ad elationem quæ est omnium malorum parens, si interitum corporis cogitamus, inflatus esse, et gloriæ cupidus magnopere nos pudet; idem autem facere oportet, cum dæmones, quibus cum corpore luctatio est, eo nos præparant, ut cor nostrum in turpia desideria effervescat; hæc enim recordatio mortis potest omnes varietates malorum spirituum per memoriam Dei frustrare. Quod si dæmones isti subtiliores, qui animas impugnant,

A nobis de hac cogitatione mortis, ut naturam humanam infinito despectui habeamus, suadeant, quasi propter carnem intereuntem nullius pretii aut honoris sit : hoc enim facere solent, cum quis eos hujusmodi cogitatione mortalitatis torquere vult; restat, ut cælestis regni decus et gloriæ cogitemus, acerbiter et tenebras judicii interim non negligentes, ut altero levitatem cordis nostri prenamus, altero tristitiam nostram consolemur.

CAPUT LXXXII.

Quomodo, quandiu est aliquis in gratia Dei, non potest diabolus esse in corde ejus; quomodo, et ubi hoc doceat Paulus; et quomodo pugnet diabolus cum iis qui sunt in gratia Dei; et quomodo cum iis qui sunt extra gratiam; et quomodo, qui perfecte pugnet cum diabolo, non potest diabolus carnem ejus ad voluptatis illecebras pellicere, ut Paulus et similes.

B Docuit nos Deus in Evangelio, quemadmodum cum reversus Satanam reperit domum suam scopis mundatam et vacantem, id est, reperit cor infrugiferum, tunc accipit septem alios spiritus, et ingreditur in eam, latetque intus efficiens novissima hominis illius pejora prioribus ⁸⁶. Unde advertendum est, quandiu in nobis est Spiritus sanctus, non posse Satanam ingressum in profundo animæ reside, imo et Paulus aperte docet nos hujus contemplationis intelligentiam; contemplatus enim hujus quæstionis genus, ex scientia quidem certandi hunc sermonem profert, *Condelector, inquit, legi Dei, secundum hominem interiorem. Video autem aliam legem in corpore meo repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis ⁸⁷; ex perfectione vero illum : *Nihil igitur damnationis in Christo Jesu : lex enim spiritus vitæ liberavit me a lege peccati et mortis ⁸⁸. Dicit præterea in alio loco, ut rursus doceat nos, ex corpore oppugnari a Satana animam Spiritus sancti participem : *State igitur succincti lumbos vestros in veritate, et induti loricanis justitiæ, calceati pedes in præparationem Evangelii pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere; et galeam salutis assumite; et gladium spiritus, quod est verbum Dei ⁸⁹. Aliud est, captivam duci, aliud luctari : illud significat, per vim abduci; hoc æquis viribus certare. Unde Apostolus diabolum ait animas Christum in se ipsis ferentes, cum igneis telis invadere. Ut enim qui non potest eum, cum quo certat, prehendere, jaculis omnino utitur adversus eum, ut possit pugnantem eminus pennis telorum venari; sic Satanam, quia non potest propter præsentiam charitatis occultari, sicut prius, in mente luctantium, volitat deinceps super humorem, ac latitat in corpore, ut facilitate ejus animam lactet et pelliceat : quocirca oportet moderate eum extenuare, ne mens per humorem ejus ad illecebras voluptatum labatur. Credendum enim est Apostolo ⁹⁰, in mente***

⁸³ Rom. viii, 7. ⁸⁴ Joan. i, 9-12. ⁸⁵ Philipp. iii, 12. ⁸⁶ Matth. xii, 44-45; II Petr. ii, 20. ⁸⁷ Rom. vii, 22, 23. ⁸⁸ Rom. viii, 1, 2. ⁸⁹ Ephes. vi, 14-17. ⁹⁰ Rom. vii, 22.

quidem eorum qui in certamine sunt, divinum lumen operari, ex quo fiat, ut legi Dei serviat eaque delectetur. Caro enim pravis applaudit, suaque facilitate admittit spiritus: quæ causa est, ut ad famulandum nequitiae eorum aliquando trahatur. Ex quo maxime apparet non esse mentem commune Dei et diaboli domicilium: alioqui quomodo illud diceret: *Mente quidem servo legi Dei, carne vero legi peccati*⁶¹, nisi mens mea cum omni libertate in pugna contra dæmones staret bonitati gratiæ serviens, corpus vero suavem odorem voluptatum a ratione abhorrentium admitteret? quia ut dixi, sinuntur mali et fallaces dæmones in corpore eorum qui certant absconditi esse (*Scio enim, inquit, quod non habitat in me, id est, in carne mea bonum*⁶²), in iis scilicet qui medio quodam certamine peccato resistunt; non enim hoc Apostolus de se dicit, cum mente quidem pugnam dæmones committere; carnem vero, ut ad illecebras voluptatum blandis consolationibus emolliant ac dissolvant, eosdem conari; permittuntur enim iudicio versari in profundo corporis etiam in iis qui robuste adversus peccatum dimicant, quia sit semper experienda et periclitanda libertas humanæ voluntatis. At si quis queat adhuc vivens mori per labores, totus deinceps domus Spiritus sancti fit; hic enim priusquam moriatur, surrexit, qualis Paulus, et quicumque perfecte cum peccato certarunt et certant.

CAPUT LXXXIII.

Quomodo, et unde cor malas cogitationes gignat, et quare cogitationes etiam a diabolo nobis suggestæ, ex corde exire dicantur in Evangelio.

Cogitationes quidem tum bonas, tum non bonas gignit ex se cor, non quidem quod malas cogitationes naturaliter ferat, sed quod propter primam illam fallaciam tanquam habitum quemdam memoriæ ejus, quod non est bonum, semel ceperit, plurimas vero, eademque malas cogitationes ex amarulentia dæmonum concipit; universas vero ex cordibus nostris proficisci sentimus: ex quo factum est, ut nonnulli existimarent, peccatum esse in anima pariter cum gratia: atque idcirco Dominum dixisse, quæ ex ore exeunt, ex corde exire, et illa hominem inquinare: *Ex corde enim, inquit, exeunt cogitationes malæ*⁶³. Sed ignorant isti, quemadmodum mens nostra, quæ sensu quodam subtilissimo utitur, illarum cogitationum operationem, quas mali spiritus ei suggerunt, quasi per carnem sibi vindicat, corporis facilitate magis ad hoc, nescio quomodo, animam per concretionem trahente. Si quidem semper anima assentationes et blanditias fallaciæ immoderate amat, ob hanc causam cogitationes a dæmonibus seminatæ ex corde videntur prodire; eas autem nostras revera ipsi facimus, quoties illis delectari volumus. Quod quidem cum Dominus reprehenderet, ut Scriptura ipsa divina declarat, iis verbis, quæ supra cap. 82 recitavimus,

A usa est Qui enim cogitationibus, quas improbitas Satanæ subiecit animæ delectatur, earumque memoriam cordi suo veluti inscribit, non est dubium, quin eas ipsas ex mente sua, veluti fructus effundat.

CAPUT LXXXIV.

Quomodo non possint esse simul in corde hominis gratia Dei et diabolus, et de exemplo ad hoc declarandum et intelligendum.

Ait Dominus in Evangelio, non posse fortem domo sua ejici, nisi fortior ejiciat, postquam eum alligaverit et diripuerit⁶⁴. Quomodo igitur poterit cum tanto ejectus dedecore, rursus ingredi, et una cum vero versari domino domi suæ quandiu vult requiescenti? nunquam enim rex, cum tyrannum aliquem devicerit, qui adversarius suus aliquando fuerit, in regia secum adesse cogitabit: quin potius statim jugulabit, aut certe militibus suis alligatum tradet, ut diuturnum supplicium de eo sumant, eumque miserrima morte afficiant.

CAPUT LXXXV.

Unde accidat quod simul honesta et turpia quandoque cogitamus; et quando, ac cur gratia præsentiam suam menti celet; et quid tunc faciendum sit; et quomodo inter cæteras omnes virtutes nihil possidere maxime conciliet gratiam Dei ad amandum eum vehementer; et cur aliquando etiam is qui magnos progressus in virtute fecit, permittatur potestati dæmonis, relicta ejus mente sine lumine.

Si quis, quia honesta simul et turpia cogitamus, Spiritum sanctum et diabolum in mente habitare eo tempore arbitratur, intelligat id accidere, quia nondum gustavimus, neque vidimus, quam bonus Dominus⁶⁵. Primum enim, ut superius dixi, celat gratia præsentiam suam in baptizatis, exspectans propositum animæ; cum vero se quis ex toto ad Dominum converterit, tunc sensu quodam inexplicabili declarat se adesse præsentem in corde; ac rursus motionem animæ exspectat, permittit tamen tela dæmonis usque ad profundum sensum pertinere, ut fervidiore proposito, ac submisso animo affectus Deum quærat. Si ergo incipiat deinceps in observatione mandatorum progredi, ac Dominum Jesum sine intermissione imploret, tunc ignis sanctæ gratiæ sensus etiam cordis exteriores depascit, zizania humanæ terræ plene exurendo; ex quo fit, ut procul ab illis locis insidiæ dæmonis abscedant, illam partem animæ quæ passionibus commovetur, sensim ac leniter deinceps stimulantes. Cum vero qui certat, virtutes omnes, tanquam modo connectit, ac maxima omnium virtutum, nihil penitus possidendi, tunc totam ipsius naturam profundiore quodam sensu gratia collustrat circumfovens deinceps ad amandum Deum vehementer, quocirca tunc extra sensus corporis ignei dæmonum arcus exstinguuntur: aura enim Spiritus sancti, quæ ad flatus pacis cor movet, tela igniferi dæmonis in aerem allata exstinguit; permittit tamen aliquando Deus malitiæ dæmonis eum etiam, qui hos progressus

⁶¹ Rom. vii, 25. ⁶² ibid. 18. ⁶³ Matth. xv, 19. ⁶⁴ Matth. xii, 29. ⁶⁵ Psal. xxxiii, 9.

sus fecit, relicta tunc mente ejus sine lumine : ne scilicet potestas voluntatis nostræ liberæ, vinculo gratiæ sit prorsus alligata ; non solum quia luctando peccatum vincitur, sed etiam quia debet homo adhuc ad spiritualem experientiam proficere : quod enim in eo, qui eruditur, perfectum existimatur, si cum divitiis erudientis Dei comparetur, imperfectum est in magnificentia charitatis, quam eis processu laborum totam quis scalam ostensam Jacob possit ascendere ⁶⁶.

CAPUT LXXXVI.

Rursus quomodo gratia Dei non possit una cum diabolo habitare in mente hominis, et de duplici decessione gratiæ Dei, secundum eruditionem, et secundum aversionem ; et quare gratia Dei se aliquando abscondat menti ; et de exemplo familiari ad id ostendendum.

Dominus est qui ait, Satanam veluti fulgur e cælo cecidisse ⁶⁷, ut in angelorum domicilium deformis ille non aspiciat. Quomodo ergo qui vel communionem bonorum ministrorum non est habitus dignus, una cum Deo in mente hominis habitare potest ? At dicent fieri hoc secundum decessionem. Sed nihil amplius proficiunt : decedere enim Deum ad erudiendum, non privat animam divino lumine. Sæpe enim gratia, ut jam dixi, præsentiam solum suam menti celat, ut acerbitate et molestia dæmonia animam veluti impellat, ut cum omni metu ac magna submissione auxilium Dei quærat, malitiam inimici sui paulatim agnoscens, quemadmodum si mater puerulum suum lactentem et leges sugendi detrectantem paulisper ab ulnis suis repelleret, ut perterritus a quibusdam deformibus hominibus circumstantibus, aut bestiis qualibuscunque, ad sinus matris cum magno timore et lacrymis revertatur ; illa vero decessio gratiæ, quæ per aversionem Dei fit, animam, quæ Deum habere non vult, dæmonibus velut vincam tradit. At nos non sumus filii subtractionis ⁶⁸. Avertat Deus ! Sed credimus esse nos filios gratiæ Dei legitimos, qui parvis ejus decessionibus et crebris consolationibus tanquam lacte alimur, ut per bonitatem ejus in viros perfectos et mensuram ætatis plenitudinis Christi evadamus ⁶⁹.

CAPUT LXXXVII.

Decedere gratiam Dei ad eruditionem, quid boni afferat homini ; et rursus quid mali decedere secundum aversionem ; et quid in utraque decessione faciendum nobis sit ; et quare aliquando gratia Dei auxilium suum in anima celet dæmonibus.

Decessio gratiæ ad erudiendum, affert quidem animæ multum doloris ac submissionis, et desperationem moderatam, ut ea pars animæ, quæ studio gloriæ et admirationis capitur, decenter se submittat ; continuo tamen affert cordi timorem Dei, et lacrymas confessionis, ac vehemens desiderium optimi silentii. Decessio vero per aversionem Dei facta animam repleri sinit desperatione simul et diffidentia atque ira et elatione. Quare oportet,

cum utramque decessionem experientia didicerimus, ut utriusque earum modus requirit, ad Deum accedere ; in altera quidem gratias cum defensione agere debemus, quod privatione consolationis intemperantiam voluntatis nostræ castigarit, ut nos tanquam bonus pater virtutis et vitii differentiam doceret ; in hac vero perpetuam peccatorum confessionem, et omni tempore lacrymas ac majorem decessionem adhibere oportet, ut sic Deum accessione laborum ad respicienda, sicut antea, corda nostra flectere possimus. Advertendum tamen est, quod cum ipse Satanus per se pugnam cum anima committit, in decessione, inquam, gratiæ, quæ fit ad erudiendum, subducit quidem seipsam, ut dixi, gratia, quodam tamen ignoto et occulto auxilio animam adjuvat, ut inimicis ejus ostendat animæ esse victoriam.

CAPUT LXXXVIII.

Quomodo Spiritus sanctus principio gratiam suam operetur in inchoantibus vitam spirituales, et de exemplo naturali ad hoc intelligendum ; et unde factum sit, ut mens etiam nolens eodem tempore honesta et turpia cogitet ; et qui sint qui spiritualia tantum cogitant, et quomodo id contingat.

Quemadmodum cum quis hiberno tempore alibi sub aperto cælo mane se totum ad orientem vertit, priores quidem partes omnes corporis a sole calescunt, posteriores vero omnes sunt expertes caloris, quia non sol supra caput ejus, sic evenit iis qui sunt in initio spiritualis operationis, scilicet cor eorum teporem divinæ gratiæ ex parte admittit. Unde fructus tunc spiritualium cogitationum incipit mens effundere, partes vero cordis patentes, secundum carnem sapiunt, quod nondum intimo sensu omnia cordis membra lumine sanctæ gratiæ illustrentur. Quod quidem nonnulli cum non intelligerent, duas personas tanquam sibi inter se adversarias in mente certantium esse cogitaverunt ; sic igitur accidit, ut anima honesta, et non honesta eodem puncto temporis cogitet ; sicut homo, cujus exemplum supra posuimus, eodem temporis spatio friget et tepescit. Ex quo enim mens nostra in duplicem cognitionem delapsa est, necesse habet, ut eodem momento, quamvis nolens, honesta et turpia cogitata ferat, ii præsertim qui ad subtilitatem discernendi veniunt. Semper enim ut mens properat aliquid honesti considerare, continuo subito recordatio mali, quod sit memoria mentis nostræ propter peccatum Adæ non obedientis in duplicem quamdam divisa cogitationem. Si igitur mandata Dei zelo perficere incipiamus, deinceps gratia Dei omnes sensus nostros in sensu quodam profundo illuminans cogitatus quidem nostros veluti comburit ; cor vero in pace quadam amicitie firmæ ac constantis dulcedine perfundit, facitque ut spiritualia, et non jam quæ secundum carnem sunt, mente agitemus, hoc vero iis frequentissime contingit, qui ad perfectionem proxime accedunt qui memoriam Dei perpetuam in corde habent.

⁶⁶ Gen. xxviii, 12. ⁶⁷ Luc. x, 18. ⁶⁸ Hebr. x, 39.

⁶⁹ Ephes. iv, 13.

CAPUT LXXXIX.

A

Quando, et quomodo faciat Dei gratia, ut imago Dei, ad quam facti sumus, splendeat in nobis; quando item faciat, ac quomodo, ut sit nobis similitudo Dei, et de exemplo pictoris ad intelligendum utrumque, et quomodo sine illuminatione dilectionis Dei, quam Spiritus sanctus operatur, nemo possit habere similitudinem Dei, quamvis habeat cæteras omnes virtutes, quas naturaliter habere possit.

Duo nobis bona per baptismum regenerationis sancta gratia comparat, quorum alterum alteri infinito intervallo antecellit: sed illud quidem statim largitur, renovat enim nos in ipsa aqua, et cæteras animæ lineas, id est quod ad imaginem Dei, omnibus rugis peccati nostri detractis, splendescere facit: hoc vero, id est quod est ad similitudinem Dei, non statim largitur, sed exspectat potius, ut illud, nobis adiutoribus, operetur. Cum igitur cœperit mens multo sensu suavitatem Dei gustare, scire nos oportet, tunc gratiam incipere veluti depingere in imagine similitudinem. Ut enim pictores primum quidem uno colore figuram hominis depingunt, postea vero colorem colori paulatim impouentes, speciem similis picturæ usque ad capillum salvam retinent, sic gratia Dei primo quidem quod erat ad imaginem Dei factum, in eum statum, qui erat, cum factus est homo, per baptismum concinnat et aptat; cum autem videt nos toto animo pulchritudinem similitudinis concupiscere, stareque in sua officina nudos, ac nullius admiratione rei captos, tunc virtutem virtuti addens, instar C florum, speciemque animæ a claritate in claritatem transferens, formam similitudinis Dei ei adhibet, ita ut sensus quidem declaret, formam in nobis illud quod est ad similitudinem; perfectionem vero similitudinis ex illuminatione cognoscemus: mens namque proficiendo mensura quadam et rhythmica temperatione arcana, per sensum virtutes universas recipit. Spiritualem vero charitatem nemo comparare potest, nisi a Spiritu sancto plenissime illuminetur: nisi enim mens similitudinem Dei per divinum lumen perfecte recipiat, cæteras fere virtutes habere quidem potest, perfectæ vero charitatis adhuc expers remanet. Siquidem cum similitudinem virtutis Dei accipit, quatenus homo fieri potest similis Deo, tunc fert similitudinem divinæ charitatis. Ut enim in iis tabulis quæ ad similitudinem aliarum pictæ sunt, totum illud floridum colorum, qui sunt additi imagini, similitudinem picturæ per omnia servat et retinet usque ad imitationem etiam subridentes, sic in iis quos divina gratia ad similitudinem Dei depingit, illuminatio charitatis addita declaratum, qui ad imaginem Dei factus est, esse ex omni parte similitudine Dei decoratum; non enim potest alia virtus vacuitatem passionum ipsi animæ acquirere, nisi sola charitas: *Plenitudo namque legis dilectio est* 70. Quamobrem renovatur quidem homo noster interior de die in diem in gustu charitatis: impletur vero, cum hæc perficitur.

70 Rom. XIII, 10. 71 Rom. XIV, 17. 72 I Cor. XIII, 13.

CAPUT XC.

De sensu et experientia divinæ dulcedinis in initio proficiendi spiritualiter, unde existat, et quomodo; et cur postea abscondatur nobis hujusmodi dulcedo, et unde existat difficultas diligendi Deum cum gustu et in sensu cordis; et quomodo contendendum sit ad ejusmodi gustum charitatis Dei; et quibus contingat perfectio charitatis in hac vita, et perfectus gustus ejus.

Igitur Spiritus sanctus initio progressus spiritualis, si virtutem Dei fervide amamus, annuit animæ, ut dulcedinem divinam in omni sensu et plenitudine sentiat, quo possit mens sanctorum laborum præmium perfectum notitia exacta cognoscere: hujus vero vivifici muneris magnificentiam et amplitudinem diu deinceps nobis celat, ut quamvis B cæteras omnes virtutes operemur, nihil prorsus nos esse existimemus, quia nondum sanctam charitatem tanquam habitu confirmatam habeamus. Sic igitur spiritus odii dæmon plus tunc molestiæ animis pugilum spiritualium exhibet, ita ut eos qui inter se amant, ad odium traducat; et usque ad osculum mortiferum odii actum deferat, ex quo fit, ut plus anima doleat, quod cum charitatem spiritualement alioqui in memoria ferat, non tamen possit in sensu eam adipisci propter vacationem perfectissimorum laborum. Oportet igitur eam omni vi adhibita eatenus exercere, ut ad ejusdem gustum in toto sensu ac plenitudine perveniamus; ejus enim perfectionem nemo mortalium assequi potest præter sanctos eos qui usque ad martyrium et perfectam confessionem proveci sunt. Qui enim hoc adeptus est, totus jam mutatur, ita ut neque cibum facile appetat. Quid enim eorum quæ in mundo sunt expetat, qui divina charitate nutritur et alitur? Idcirco sapientissimus Paulus, amplum illud scientiæ receptaculum, prædicans nobis e sua plenitudine justorum futuras delicias, sic ait: *Non est regnum Dei esca et potus, sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto* 71, qui sunt perfectæ charitatis fructus. Quare possunt quidem gustare eam hic frequenter, qui ad perfectionem proficiunt ac progrediuntur; perfecte vero gustare non possunt, nisi prius quod mortale est adsorbeatur a vita.

CAPUT XCI.

D

De quodam, qui tenebatur ardenti desiderio cognoscendi perspicue charitatem Dei, quomodo eam cognoverit Dei munere; et de iis, qui ejusmodi charitatem sensu et gustu cordis experti sunt, quales sint eorum virtutes; et quomodo isti fidem charitate superent; et quomodo hoc Paulus significaverit cum dixit: Nunc autem manent fides, spes, charitas; tria hæc, horum major est charitas 72.

Narravit mihi quidam ex iis qui voluntate quadam insatiabili Dominum diligunt, quemadmodum cum teneretur desiderio charitatem Dei plane et perspicue cognoscendi, hoc ille summe bonus in multo sensu et plenitudine largitus esset, seque eatenus ejusmodi operationem sensisse siebat, ut

anima cum inexplicabili tunc lætitia et charitate desideraret ex corpore excedere, et ad Dominum proficisci, ac genus vitæ hujus caducæ veluti ignorare. Qui igitur hanc charitatem expertus est, tametsi infinitis contumeliis et incommodis ab aliquo afficiatur (accidit enim interdum, ut qui exercendus sit laboribus; hujusmodi malis implicetur, tamen non irascitur ei; sed potius cum eo, qui contumelias et damna intulit, manet copulatus; in eos vero solum incitatur et incenditur, qui in pauperes invadunt, aut in Deum, sicut ait Scriptura, iniquitatem loquuntur⁷³, aut alio quopiam modo non bene vivunt. Qui enim plus jam Deum, quam se diligit, imo non amplius se diligit, sed Deum solum, non jam honorem suum sectatur, sed magis justitiam ejus honorari cupit, a quo ipse honore immortalis honoratus est: idque non parva quadam voluntate expetit; quin potius habet deinceps hujusmodi affectum animi tanquam habitu susceptum propter multam experientiam charitatis Dei. Sciendum præterea est, eum, qui in hujusmodi charitatem a Deo actus est, dum illa operatio charitatis durat, supra fidem consistere, tanquam tenentem jam in sensu cordis per multam charitatem eum, quem fide honorabat. Quod quidem aperte nobis apostolus Paulus significat, cum ait, *nunc autem manent fides, spes, charitas; major autem horum est charitas*. Ut enim dixi, qui Deum copiosa charitate amplectitur, multo major est tunc sua fides, totus in desiderio Dei positus.

CAPUT XCII.

De proprietate mediocritatis operationis ex cognitione sancta, quomodo afferat nobis magnum dolorem, si quando aliquem offenderimus; et quid faciendum sit tunc, si offensus reconciliari nobis noluerit, aut si procul absens fuerit.

Mediocritas operationis, quam cognitio sancta operatur, non parum dolere nos facit, cum in aliquem irritati, inimicum nobis contumeliis nostris fecimus. Ex quo fit, ut nunquam remittat conscientia nostræ morsus, donec in pristinam gratiam contumelia offensum multa excusatione reconciliaverimus. Sed ille est acerbissimus conscientia morsus, cum aliquis ex vitæ hujus hominibus immerito nobis irascitur, valde enim nos sollicito et exercito animo esse facit, quod cuiquam ex numero eorum qui de hoc sæculo loquuntur, offensionem attulerimus. Unde vacat tunc a contemplatione mens, quia sermo scientia, cum totus sit charitatis, non sinit agitationem mentis ad concipiendas contemplationes diffundi, ac dilatari, nisi prius eum nobis reconciliemus, qui temere nobis iratus est. Quod si noluerit ille, aut rursus procul a nostris locis ubi versamur abest, de reliquo necessitas urget, ut formam vultus ejus in quadam animæ non contracta fusione ad nostrum affectum adjungentes, sic in profundo cordis legem per charitatem impleamus; oportet enim (inquit)

facies eorum, qui intempestive irascuntur, sedata cogitatione, in animo suo cernere eos qui cognitionem Dei habere volunt; quod quidem cum actum erit, non solum in theologia, id est, in divinarum rerum tractatione, sine errore mens versabitur, sed ad charitatem Dei cum magna fiducia ascendet, veluti ex secundo gradu ad primum sine impedimento festinans.

CAPUT XCIII.

Quare via virtutis incipientibus appareat aspera, et quare medium ejus transeuntibus fiat facilis; et quid faciendum sit incipientibus ad superandum asperitatem, gratia Dei adjuvante.

Via virtutis iis quidem qui veritatem amare incipiunt, aspera et molesta apparet, non quia talis sit, sed quia natura humana statim ab ipso ortu in laxitate voluptatum versatur; iis vero qui medium ejus transire possunt, tota lenis et expedita ostenditur: mali enim mores, honestis moribus usu virtutis facti obedientes, intereunt una cum memoria voluptatum a ratione abhorrentium. Ex quo fit, ut deinceps anima omnes virtutum vias libenter ambulet. Idcirco Dominus cum nos in viam salutis introducit, ait: *Angusta et arcta est via, quæ ducit ad regnum, et pauci sunt qui eam ingrediuntur*⁷⁴. Eis vero, qui multo studio sancta ejus mandata capessere volunt, sic ait: *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve*⁷⁵. Oportet igitur principio certationis violenta quadam voluntate sancta Dei mandata perficere, ut cum Dominus propositum nostrum, et laborem, ac voluntatem viderit voluntati suæ gloriosæ libentissime deservire, gratiam suam mittat (a Domino enim paratur voluntas⁷⁶), ut magna cum lætitia nullum tempus intermittentes operemur bonum; tunc revera sentienemus Deum esse qui operatur in nobis velle, et perficere pro bona voluntate⁷⁷.

CAPUT CXIV.

Quomodo opus sit per labores et infirmitates probari, et veluti molliori cor ad imprimendum in eo sigillum similitudinis Dei ex virtutibus ejus; et quæ essent probationes sanctorum per infirmitates, quas Paulus vocat, tempore martyrum; et quæ pro illis successerint tempore pacis Ecclesiarum; et quomodo operandum sit per tolerantiam in tribulationibus testimonium conscientia nostræ.

Sicut in cera, nisi multum tepefacta et mollita sit, non potest sigillum imprimi, sic nec in homine sigillum virtutis Dei imprimi potest, nisi ex laboribus et infirmitatibus probetur. Idcirco Dominus beato Paulo dixit: *Sufficit tibi gratia mea, virtus enim in infirmitate perficitur*⁷⁸. Apostolus vero ita gloriatur inquit: *Libentissime igitur magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut habitet in me virtus Christi*⁷⁹; imo et in Proverbiis scriptum est: *Quem diligit Dominus corripit; castigat autem vocem filium, quem recipit*⁸⁰. Atqui infirmitates vocat Apostolus impugnationes inimicorum verbi Dei, quæ tunc et sibi, et sanctis omni-

⁷³ Psal. LXXIV, 6. ⁷⁴ Matth. VII, 14. ⁷⁵ Matth. XI, 30. ⁷⁶ Prov. VIII, 14. ⁷⁷ Philipp. II, 13. ⁷⁸ II Cor. XII, 9. ⁷⁹ ibid. ⁸⁰ Prov. III, 12.

bus crebro accidebant, ne, sicut idem Apostolus ait ¹¹, excellentia revelationum extollerentur, sed potius per submissionem in forma perfectionis perseverarent, divinum munus per frequentes contemptus sancte custodientes; nos vero nunc pravas cogitationes, et corporum ægritudines infirmitates appellamus. Illis enim temporibus, quia corpora sanctorum qui cum peccato pugnabant, mortiferis verberibus, et aliis variis tormentis tradebantur, idcirco passionibus, quæ ex peccato profectæ in naturam humanam ingressæ sunt, multo erant superiora; nunc vero quia Ecclesiæ multam per Dominum pacem et tranquillitatem habent, opus est eorum qui certant, corpus quidem frequentium morborum, animas vero malarum cogitationum periclitatione probari: præsertim in quibus cognitio in omni sensu et plenitudine operatur. Ut extra omnem inanem gloriam et extra illud in sublimi positi, sigillum, ut dixit, divinæ pulchritudinis in cordibus suis per multam submissionem capere possint; sicut ait sanctus ille Propheta: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine* ¹². Oportet igitur cum gratiarum actione voluntatem Domini sustinere; tunc enim ista ægritudinum assiduitas, et cum dæmoniis cogitationibus pugna, vice secundi martyrii habebitur. Qui enim illis temporibus per impios illos magistratus et potestates sanctis martyribus dicebat: *Negate Christum, concupiscite vitæ hujus gloriæ et honores, nunc etiam præsto est ad dicendum semper eadem per seipsum servis Dei. Qui tunc cruciabat corpora justorum et magistros honoris summis contumeliis per ministros voluntatis et consilii diabolici afflicebat, idem nunc confessoribus pietatis, varias passiones cum multis contumeliis et despiciationibus infert, ac tunc quidem potissimum, cum afflictis pauperibus totis illis viribus propter gloriam Domini opem ferunt. Idcirco oportet, ut testimonium conscientiæ nostræ in conspectu Dei tute et tolerantiter operemur: *Expectans, inquit, expectavi Dominum, et intendit mihi* ¹³.*

CAPUT XCV.

De duplici humilitate, una mediocrium, altera perfectorum; et quomodo illa mediocrium comparetur, et quomodo altera; et de qualitate et de conditione utriusque; et quomodo a priore ad secundam perveniendum sit.

Res est difficilis ad comparandum humilitas: quo enim major est, eo est usus ejus laboriosior. Duobus vero modis ab iis comparatur, qui sunt cognitionis sanctæ participes; cum enim in studio pietatis certat, in medio spiritualis experientiæ est, tunc aut propter imbecillitatem corporis, aut propter eos, qui virtutis studiosis summe malevoli sunt, aut propter pravas cogitationes, modestius ac submissius quodammodo de se sentit. Cum vero mens a sancta gratia in multo sensu et plenitudine

illustratur, tunc anima veluti naturalem habet humilitatem: facta enim plenior et quasi pinguior per divinam gratiam, non potest amplius timore cupiditatis gloriæ efferri, quamvis perpetuo mandata Dei perficiat: quin potius inferiorem se omnibus ducit propter submissionis suæ et divinæ modestiæ communionem: est autem illa quidem humilitas ut plurimum in dolore et mœstia: hæc vero in lætitia cum pudore quodam prudentissimo. Quocirca illa quidem iis qui in medio certamine sunt advenit; hæc vero iis mittitur, qui perfectioni appropinquant: ob hanc causam illi quidem sæpenumero secundæ res vitæ exprobrant; altera vero tametsi quis omnia regna mundi ei afferat, neque stupet, neque admiratur, neque prorsus vehementia jacula peccati sentit: tota namque spiritualis facta, honores et glorias ad corpus pertinentes, nescit. Opus igitur omnino est, ut qui studium certandi suscipit, cum per illam transierit, ad hanc veniat; nisi enim gratia doloribus ad erudiendum illatis, non cogendo, sed periclitatione probando nostram liberam voluntatem per illam priorem præmoliat, nunquam nobiscum amplitudinem hujus communicabit.

CAPUT XCVI.

Quæ observent dæmones in religiosis ad oppugnandum eos, arripientes inde occasionem; et quomodo sint illa religiosis cavenda et in primis cupiditas gloriæ; et quæ mala ex loquacitate sequuntur, et quid contra hoc vitium faciendum.

Qui voluptates vitæ hujus amant, a cogitationibus ad peccata delabuntur; dum enim iudicio inconsiderato feruntur, fere omnia, quæ perturbata mente agitant, tum in sermones lege solutos, tum in malefacta conferre cupiunt. Qui vero aggrediuntur monasticam vitam capessere, hi a peccatis ad pravas cogitationes, aut ad mala quædam verba et noxia deveniunt. Hos enim si aut libenter conviciium facere, aut de otiosis rebus et intempestivis colloqui, aut sine decentia ridere, aut immoderate irasci, aut vanam et inanem gloriam concupiscere dæmones viderint, tunc una mente et proposito se adversus eos armant: ex cupiditate enim gloriæ in primis occasionem malitiæ suæ arripientes, et per illam, tanquam per fenestram quandam obscuram ingressi, animas diripiunt. Oportet igitur qui voluit cum multis virtutibus vitam degere, eos neque gloriam appetere, neque cum multis congregari, neque crebro prodire, nec ullis conviciari, quamvis conviciis digni sint, neque multum loqui, quamvis possint omnia pulchre dicere: multus namque sermo mentem immoderate distrahens, non solum otiosam in spirituali exercitatione efficit, sed etiam dæmoni acediæ eam prodit; qui eandem rursus immoderate relaxans ac dissolvens, dæmonibus iracundiæ et doloris præsidibus tradit. Quare opus est habere animum occupatum in observatione sanctorum mandatorum, et in profunda memoria Jesu

¹¹ II Cor. xii, 7. ¹² Psal. iv, 7. ¹³ Psal. xxxix, 2.

Domini gloriæ. Qui enim, inquit, custodit mandatum, non cognoscat verbum malum, id est, ad pravas cogitationes aut ad pravos sermones non delabatur.

CAPUT XCVII.

Quid accidat ei qui incipit purgare cor, et quomodo recordatione Domini Jesu sit cor inflammandum ac purgandum; et quomodo necessarium sit, et quando assequi possimus, ut semper et sine intermissione oremus.

Cum cor ferventi quodam dolore jactus telorum, qui a dæmonibus fiunt, excipit; ita ut videatur sibi, qui oppugnatur, ferre ipsa jacula cum labore; odit anima passiones, ut quæ purgari incipiat: nisi enim de peccandi impudentia vehementer doleat, nunquam poterit bonitate virtutis affatim lætari. Qui igitur vult cor suum purgare, semper illud recordatione Domini Jesu inflammet, in eo solum occupatus, et hoc tantum sine intermissione agens; non enim oportet quandoque quidem orare, quandoque vero non, eos qui volunt tabem suam abjicere, sed potius dare semper operam orationi in custodia mentis, tametsi extra oratorium sint. Ut enim cum quis vult aurum purgare, si paulisper ignem in fornace cessare sinat, facit, ut rursus materia auri, quæ purgatur, durescat: sic qui aliquando memor Dei est, aliquando non est, quod is videatur per orationem comparare, hoc perdit otio. Est autem ejus qui studio virtutis tenetur proprium, id quod est in corde terrenum, recordatione Dei consumere; ut anima, consumpto ad hunc modum paulatim vitio ab igne hujus bonæ recordationis, ad splendorem sibi naturalem cum majore gloria perfecte redeat.

CAPUT XCVIII.

Quid sit, vacuum esse passionibus in hac vita, et de armatura spirituali ad perrumpendum acies dæmonum.

Vacuum esse passionibus, non est non impugnari a dæmonibus, alioqui oportet nos, sicut Apostolus ait, exisse ex hoc mundo⁶⁶, sed illud potius, ab illis impugnatum, non expugnari: in bellatores enim ferro armatos, jaciunt hostes sagittas, audiuntque ipsi jactus telorum, imo omnia fere tela in se emissa cernunt, non tamen feriuntur propter armorum, quibus induti sunt, duritiam. Verum illi quidem ferro protecti et custoditi expugnari nequeunt in pugna; nos vero armatura sancti luminis, et galea salutis per omnia opera bona armati, acies dæmonum tenebris circumfusas perrumpemus. Non enim puritatem affert solum, pravas actiones non amplius suscipere, sed studio etiam recte factorum maleficia fortiter repudiare.

CAPUT XCIX.

De duobus dæmonibus post universas fere passiones superatas relictis ad luctandum, altero cum anima, altero cum corpore, et quomodo superandus sit, qui cum anima luctatur per zelum; et quomodo superandus, qui cum corpore pugnat per libidinem; et causa, cur homo post magnos progressus in virtutibus factos, permittatur tentari per libidinem ab hujusmodi dæmone.

nem; et causa, cur homo post magnos progressus in virtutibus factos, permittatur tentari per libidinem ab hujusmodi dæmone.

Posteaquam universas fere passiones homo Dei vicerit, duo remanent dæmones luctantes cum eo: quorum unus quidem turbas facit animæ, dum ita eam ab amore Dei ad importunum zelum traducit, ut nullum alium absque se Deo placere velit; alter vero corpori, dum illud ad desiderium rei veneræ incendii cujusdam operatione movet. Hoc autem corpori accidit, primum quidem quia hæc voluptas propria est naturæ, utpote ad generandum insita; quamobrem facile corpus superatur; deinde, quia cedit Deus. Cum enim aliquem in numero luctantium multitudine virtutum excellentem esse videt, permittit eum quandoque ab hujusmodi dæmone sædari, ut existimet se omnibus viventibus villorem. Profecto vel molestia passionis sequitur recte facta, vel recte facta antecedit, ut vel per anticipationem, vel per subsecutionem passionis anima sibi inutilis quodammodo videatur, quamlibet magnæ alioqui sint virtutes ejus, et recte facta. Sed cum illo quidem multa humilitate et charitate pugnamus; cum hoc vero pugnamus continentia, vacatione iræ, et profunda mortis cogitatione, ut hinc sine ulla intermissione operationem Spiritus sancti sentientes, superiores passionibus in Domino evadamus.

CAPUT C.

Quomodo a religiosis statim confitenda sint Deo peccata, etiam non voluntaria, contra regulam commissa, et quomodo providendum, ne se fallat conscientia, dum existimat satis se confessam, et de metu tempore mortis, si non, ut decet, confessi Deo fuerimus, et quomodo hujusmodi metus adjuvet dæmones in illa hora, et de iis qui fiducia et exultatione excedunt ex hac vita, et quæ sit causa ejusmodi fiduciæ, et de iis qui cum formidine excedunt.

Quicumque sanctæ cognitionis participes facti sumus, de omnibus etiam involuntariis cogitationibus vanis rationem reposcimus. Annotasti, inquit Job, si quid invitatus transgressus sum, ac merito id quidem. Etiam si quis nunquam memoriam Dei intermiserit, neque studium mandatorum ejus neglexerit, in peccatum voluntarium aut non voluntarium decidet. Oportet igitur offerre Domino statim vehementem confessionem etiam errorum non voluntariorum, quæ scilicet ad exercitationem regulæ consuetæ pertinent; non enim fieri potest, quin homo humana non committat. Confiteri, inquam, oportet, donec conscientia contentis in lacrymis charitatis de remissione eorum plene persuasum habeat. Si enim, inquit, confiteamur peccata nostra, fidelis est et justus, ut remittat nobis peccata nostra, et emundet nos ab omni iniquitate⁶⁷. Oportet autem attendere semper sensum confessionis, ne forte conscientia nostra sibi mentiatur, dum satis se quis confessum esse Deo suspicatur. Siquidem longe majus est iudicium Dei conscientia nostra, tametsi

⁶⁶ I Cor. v, 10. ⁶⁷ I Joan. i, 9.

exploratum ei sit plenissime, nihil se sibi conscium esse, ut beatus Apostolus nos docet, cum ait : *Sed neque me ipsum judico; nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum, qui autem me iudicat, Dominus est* ⁶⁶. Etenim nisi, ut decet, confessi fuerimus, metum quendam latentem tempore obitus nostri in nobis reperiemus. Quare opus est precari, qui Dominum diligimus, ut simus tunc extra omnem metum; nam qui tunc in metu erit, per potestates tartareas non libere et fidenter transibit, habent enim illæ veluti adiutorem malitiæ suæ metum ipsum animæ; at anima, quæ in sua erga Deum charitate hora mortis exultat, supra omnes acies dæmonum cum angelis pacis subli-

mius fertur; est enim anima illa, veluti pennata spiritali charitate, ut quæ integre plenitudinem legis, ipsam scilicet, charitatem ⁶⁷ secum ferat. Quamobrem in adventu Domini, qui cum huiusmodi fiducia ex hac vita excesserint, cum omnibus sanctis rapiuntur; qui vero tempore mortis vel pælis per formidarint, in multitudine omnium aliorum hominum relinquuntur, tanquam iudicium subeuntes, ut igne iudicii examinati, sortes sibi debitas pro ratione factorum a Deo optimo et Rege Jesu Christo recipiant, quoniam ipse est Deus iustitiæ, et ipsius sunt in sempiternum divitiæ benignitatis in nos, qui eum diligimus. Amen.

⁶⁶ I Cor. iv, 4. ⁶⁷ Rom. xiii, 10.

MARCI DIACONI

VITA S. PORPHYRII EPISCOPI GAZENZIS.

Interprete Gentiano Hervelo.

(GALLAND. *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. V, p. 259, ex Februarii Bollandiani t. III. — Vide Notitiam in Marcum diaconum, supra, col. 899.)

PROLOGUS.

I. Sanctorum virorum certamina et divinum eorum zelum et desiderium pulchrum est contemplari oculis: dum enim cernuntur, digna evadunt quæ amentur. Afferunt autem non mediocrem quoque utilitatem, quæ de iis sunt narrationes ab iis qui accurate sciunt, subeuntes animos auditorum. Est visus quidem auditu fidelior; persuadet vero etiam auditus, si a fide dignis dicantur quæ dicuntur. Atque si rerum quidem utilium esset ejusmodi narratio, ut in eam nihil posset aut negligentia aut malitia, et non veritati falsum insereretur, supervacaneum esset hæc conscribere, cum sufficeret veritas ad ædificationem, quæ semper per successionem inseretur auribus posterorum. Sed quoniam corrumpit ac perdit tempus, seu per oblivionem seu per malitiam atque negligentiam, necessario accessi ad hanc præsentem scriptionem, ne processu temporis oblivioni mandetur hic vir sanctus, sanctus, inquam, Porphyrius. Meminisse enim rerum recte et ex virtute ab eo gestarum, sit iis qui audiunt opem ferens medicamentum.

II. Est vero absurdum, tragicos poetas et alios ejusmodi in rebus ridiculis et anilibus fabulis consumere orationem; nos autem despiciere sanctos viros, et dignos qui mandentur memoriæ, tradi oblivioni. Quas non ergo dabo pœnas, si non scriptis mandem vitam huius viri pii: vitam, inquam,

B philosophiæ magistram, ejus qui est æmulatus vitam quæ est in cælo, et qui bella gessit et decertavit, non solum adversus duces et defensores insani cultus simulacrorum, sed etiam adversus universum populum plenum omni insania? Meminerat enim eorum, quæ a beato Apostolo dicta sunt: *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die terribili, et omnibus confectis stare* ¹. Hæc armatura indutus, ad certamina descendit dictus Apostolus. Sed quamvis tales et tantos haberet adversarios, qui Apostolo similem decertationem habuit Porphyrius, ei tamen parem victoriam est consecutus, et in media Gaza erexit tropæum, nempe in sancta Christi ecclesia quæ fuerat ab eo condita. Præbuit autem ei victoriam, non humana natura, sed mens quæ divinam attrahebat gratiam. Nam cum fuisset Christi amator ardentissimus, omnia pati et facere sustinuit. Quam multos bellorum impetus excepit hic ab adversariis! Quam multas sustinuit conspirationes et subsannationes!

III. Sed quoniam de præclaro viro fieri non potest, ut dicamus omnia quæ sunt et multa et multis videntur incredibilia, pauca exponam quæ memini, cum longo tempore cum eo habitaverim, et ex beata illa et stupenda anima diuturnum fructum perceperim, quæ jam versatur cum angelis. Hunc ergo qui omne genus virtutis est sortitus, quis non jure laudaverit? Atque scimus quidem, quod huius

¹ Ephes. vi, 13.

virī virtutem assequi nulla possit oratio : est ta- A
men mihi aggrediendum confidenti ejus sanctis
precibus. Conscribam autem illius laudationem,
non magnifica et splendida oratione : neque enim
verborum facundia solet ornare vitam eorum qui
sunt hujusmodi, sed virtus factorum, ipsam quo-
que magnificam efficit dictionem. Ego itaque confi-
dens sanctis dicti sancti precibus, ad hanc accedo
scriptionem, per ipsas a Domino Jesu Christo gra-
tiam petens et opem, ut possim qualicumque occa-
sione narrare sancti viri virtutem. Peto autem ab
iis qui hæc scripta legent, ne diffidere velint iis
quæ dicuntur. Ipse enim sui spectator viri virtutis,
ut qui simul cum eo habitaverim, simul navigave-
rim, et simul cum eo sim afflictus usque ad ulti-
mum diem ejus ex hac vita decessus. Hinc vero B

CAPUT I.

S. Porphyrii vita anachoretica et privata in morbis
et peregrinationibus.

IV. Gaza est civitas Palæstinæ in confinio Ægy-
pti; est autem non obscura, sed populo frequens
et clara civitas. Illo vero tempore in ea viguit ho-
minum insania in colendis idolis. Hujus accepit
sacerdotium, qui a nobis laudatur, Porphyrius :
qui patriam quidem habuit cœlestem Hierusalem
(nam in eam fuit ascriptus), terrenam autem Thes-
salonicam. Erat vero ei genus insigne. Divinus eum
amor subiit relinquendi patriam et splendorem ge-
neris et opes infinitas, et vitam amplectendi mo-
nasticam. Cumque navigasset Thessalonicam, venit
in Ægyptum (1). Recta autem profectus in Sceten (2) :
et paucis post diebus dignatus venerando
habitu. Et cum illic esset versatus quinque annos
cum sanctis Patribus, alius divinus amor eum subiit
adorandi sancta et veneranda Dei loca. Cum-
que illic fuisset et adorasset, abiens in partes Jor-
danis, habitavit in spelunca. Cum illic autem esset
versatus quinque annos cum multa afflictione, ex
magna siccitate et inæqualitate locorum illorum
incidit in magnum morbum. Videns vero se adduc-
tum in extremum periculum, Dei providentia ac-
cersit quemdam ex suis notis, ut eum duceret Hiero-
solytam. Morbus autem erat scirrus hepatis cum
continua febre tenuissima. Hoc ergo morbo inva-
lescente et assidue pungente intestina, et corpore
tabescente, ipse non cessabat quotidie obire san-
cta loca, incurvatus et non valens recto corpore
ingredi, sed innitens baculo.

V. Accidit autem illo tempore, ut ego ex Asia
navigarem ad adorandum loca veneranda. Cumque

* Matth. xix, 21.

(1) Circa an. 578, eum esset ætatis circit. 25 an-
norum.

(2) Μεννα Σκητιν. Aliis Scethi, Scitii et Scitium.
Ptolemæo, Scitica regio dicitur : de ea egimus ad
17 Januar. ad Vitam S. Antonii, pag. 106, n. 3, et
alibi sæpius.

(3) Ita a S. Cyrillo Hierosolymitano Catechesi
14. Ματρώριον etiam appellatur, quod sit testimo-

in eis essem, diu ibi sum versatus, me alens ope-
rando manibus : callebant enim pulchre scribendi
artem. Aspiciens vero sanctum continenter vaden-
tem ad Christi Resurrectionem et ad alia oratoria,
mirabar, quod in tanta corporis imbecillitate, non
dubitaret se sic cruciari. Quodam autem die cum
ei occurrissem in gradibus Martyrii (3), quod fue-
rat conditum a Constantino imperatore, non va-
lenti progredi accurrens, et ei manum meam por-
rigens, rogavi ipsum, ut ei inniteretur et gradus
ascenderet. Ille vero volebat, dicens : Non est ju-
stum, ut ego qui vado ad petendam veniam pecca-
torum, nitar manui alterius. Sed sine, frater, Deum
videre meum laborem, ut ineffabili sua clementia
mei quoque misereatur. Ibat ergo, et divina audie-
bat eloquia, doctoribus aures adhibens, et mysti-
cam mensam semper participans : deinde reverte-
batur ad suum habitaculum : et quamnam quidem
vitam ageret, erat manifestum. Morbum enim adeo
contemnebat, ut existimaret ipsum habere morbum
in alieno corpore : Dei enim spes ipsum eo le-
vabat.

VI. Hoc ipsum eum solum male habebat et mor-
debat, quod remansissent facultates, et non conve-
nienter ei, quod dicit Evangelium *, venditæ essent
et distributæ pauperibus. Causa autem hujus im-
pedimenti fuit, quod essent ei fratres pueri, quando
excessit e patria. Hoc ergo ægre ferens, petit a me
qui jam ei eram familiaris (ei enim ministrabam
propter ejus infirmitatem), ut navigarem Thessa-
lonicam, et dividerem facultates cum suis fratribus.
Et cum dedisset mihi scriptum mandatum et me
Domino commendasset, dimisit præbitis mihi mi-
nimis impensis : neque enim opes suppetebant.
Tunc cum statim venissem Ascalonem, et navem
invenissem, illinc solvi ; et cum spatio tredecim
dierum secunda fuisset navigatio, venimus Thessa-
lonicam : et ostenso quod in scriptis habebam
mandato, divisi bona cum ejus fratribus. Vendidi
autem quæ mihi obtigerant possessiones ter mille-
aureis. Vestes vero et argentum mecum tuli, et
alios mille quadringentos aureos ; et cum omnia
collegissem, post tres menses renavigavi. Cum au-
tem spatio duodecim dierum venissem in emporium
Ascalonis, et illic jumenta conduxissem et ea oner-
rasseni, ascendi in sanctam civitatem. Cum me au-
tem aspexisset vir beatissimus, me est amplexus
cum gaudio et lacrymis (potest enim etiam gau-
dium exprimere lacrymas) ; ego vero ipsum non
cognoscebam : habebat enim corpus valde hone-
stum, et faciem rubicundam ;olvebam autem meos

nium et fidele monumentum resurrectionis Christi :
ab aliis basilica Constantiniana dicitur. De ejus
constructione agit Eusebius in Vita Constantini
lib. iii, cap. 24 et seqq. ; de dedicatione lib. iv,
capp. 40, 45 et seqq. De imagine Deiparæ in ea
erecta agitur in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, in syn-
odo Nicæna ii, act. iv, et a S. Joan. Damasceno
lib. iii De imaginibus.

oculos, frequenter ipsum intuens.

VII. Ipse vero cum animadvertisset et subrisisset, placide dixit: Ne mireris, frater Marce, me videns sanum et robustum, sed discite causam sanitatis, et tunc admirare Christi benignitatem ineffabilem, et quemadmodum quæ sunt plane desperata apud homines, facile possunt apud ipsum corrigi. Ego vero rogavi ipsum, ut mihi diceret causam sanitatis, et quemadmodum talem morbum propulsaverit. Ille autem mihi respondit: Quadraginta abhinc diebus cum ego essem in vigilia sanctæ dominicæ, me invasit dolor: quem cum non possem ferre, ivi et recubui prope sanctam Calvariam: et cum præ magno dolore essem veluti in ecstasi, video Servatorem clavus affixum in cruce, et unum ex latronibus cum ipso pendentem in alia cruce, et incipio clamare et dicere vocem latronis: *Memento mei, Domine, quando veneris in regnum tuum*³. Respondens autem Servator dixit latroni pendenti: Descende de cruce, et serva illum qui recumbit, quomodo tu quoque fuisti servatus. Latro vero descendens de cruce, me complexus fuit et deosculatus, et porrecta dextera, me fecit surgere, dicens: Veni ad Servatorem. Et statim surrexi, et cucurri ad eum; et video ipsum descendisse de cruce, et mihi dicere: Accipe hoc lignum, et serva. Cumque accepissem et portassem hoc pretiosum lignum, statim ad me redii ab ecstasi: et ab ea hora nullus dolor mihi fuit amplius, neque apparuit locus morbi.

VIII. Ego autem his auditis valde sum admiratus, et Deum glorificavi; et de cætero fui in virum magis affectus, et ei inservii diligentius. Revera enim, cum renumerassem Dei servo pecuniam, et cum ei restituissem quæcunque attuleram, mansi apud eum, ei inserviens, et fruens spiritalibus ejus orationibus. Erat profecto nulli reprehensioni affinis, mitissimus, misericors, habens etiam facultatem discernendi divinam Scripturam, et ea dissolvens quæ in ea occurrebant dubia, si ullus alius. Sed neque externæ erat doctrinæ ignarus, respondens et os obstruens hominibus infidelibus, et iis qui non rectam habent fidem: amator pauperum, misericors, promptas habens lacrymas; senes honorans ut patres, juniores ut fratres, pueros ut filios⁴; moribus et sermone mitis et humi-

lis, non in simulatione veritatis; neque enim erat in eo dolus; moderatissimus, adeo ut pervenerit ad perfectam impatibilitatem; ab ira alienus, non memor acceptæ injuriæ, non sinens solem occidere supra suam iracundiam⁵, mortuas habens omnes animi perturbationes, præter iram quam movebat adversus inimicos fidei.

IX. Cum autem accepisset a me pecunias et alia quæ attuli, et vendidisset vestes, et conflasset plurimum pecuniæ, reliquam omnem pretiosam suppellectilem parvo tempore dedit egentibus, non solum in sancta civitate, sed etiam in aliis civitatibus, vicis et monasteriis, et maxime iis quæ erant in Ægypto: erant enim valde egena illic monasteria. Quin etiam hospitibus qui illic versabantur, fuit secundus Abraham. Quamobrem brevissimo tempore distribuit omnes suas facultates, adeo ut ipse egeret alimento quotidiano. Se ipsum ergo dedit arti sutoris coriarii, pelles lavans et consuens, et in omnibus imitans divinum illum Apostolum⁶, qui volebat panem gratis comedere⁷; et licet posset ex alia manu operatione sibi victum quærere, in omnibus tamen voluit esse imitator illius præclari viri quem diximus, in afflictionibus, et laboribus, et persecutionibus, et periculis maris, et gentium insurrectionibus⁸. Porro autem ego eum rogabam, ut communem vitam mecum ageret: erat enim mihi ex meo vitæ studio victus redundans copia. Ille vero non sustinuit, dicens: *Nihil intulimus in mundum, neque possumus aliquid afferre*⁹; et rursus dicebat: *Si quis non operatur, nec comedat*¹⁰. Ego autem libere apud eum eloquens, dicebam: Cur ergo quando eras dives, non operaris, nec sinebas ut operarer? Ille autem mihi respondit: Quod prius operabar, erat multis partibus majus, quam quod nunc operor. Nam hoc nunc quidem alit unum aut duos; illud autem prius alebat innumerabiles. Non solum vero illam alebat multitudinem, sed etiam spiritale alimentum suppeditabat meæ animæ.

CAPUT II.

S. Porphyrii sacerdotium; episcopus Gazensis.

X. Cum hæc ita se haberent, audiisset autem sancti Porphyrii nomen et vitam, qui erat sanctorum locorum sacerdos, Praylius (4), eum accersivit, et invitum ordinavit presbyterum. Quin etiam

³ Luc. xiii, 42. ⁴ I Tim. v, 4, 2. ⁵ Ephes. iv, 26. ⁶ Act. xviii, 3. ⁷ II Thess. iii, 10. ⁸ II Cor. vi, 4, xi, 26. ⁹ I Timoth. vi, 7. ¹⁰ II Thess. iii, 10

(4) Praylius, aliis Praulius et Parabylius, Theoplani Παρόλος, qui eum Hierosolymorum episcopum statuit ab anno Theodosii Junioris xi, Chr. 418. Quomodo ergo potuerit an. 393 ordinare presbyterum sanctum Porphyrium, dubitatur. Quid, si patriarchæ Syncellus persuaserit sancto Porphyrio, et præ animi modestia excusantem adegerit, ut sacros ordines susciperet, et quamvis a patriarcha sit consecratus, ei tamen illa actio attribuat? Quid si Praylius fuerit sanctorum locorum episcopus (sacerdos hic dicitur) aut chorepiscopus? Ita chorepiscopum patriarchæ Antiocheni sæculo v fuisse quemdam Meletium diximus 5 Jan. ad Vitam sancti Simeonis Stylitæ pag. 262, num. 11. De chorepi-

scopis Orientalium doctas animadversiones habet Pelavius in Epiphanium *De heresibus* n. 1; Baronius ad an. 398, n. 97, de hac Porphyrii ordinatione agens ista scribit: *A Cyrillo (licet errore Praylius scribatur) ejus Ecclesiæ episcopus sacerdos inventus creatus. Quæ inde margini tertix edit. Suriana sunt ascripta. Verum et mente Baronii locus saltem ita corrigendus esset: ut a Joanne, quem is sancto Cyrillo an. 388 vita functo ante statuerat successisset, diceretur sacerdos creatus, quem sub Arcadio imperatore asserit episcopum creatum, quod triennio post contigit. At conjectura de chorepiscopo Praylii potius ex hoc loco confirmatur.*

ei credidit custodiam venerandi ligni crucis. Tunc A jubens ne morare illic plus quam septem dies. cognovimus ea illi evenisse quæ viderat in ecstasi, quando scilicet vidit Dominum in cruce, et cum eo latronem; Dominum autem dicentem: Accipe et serva mihi hoc lignum. Erat vero beatus Porphyrius, quando accepit ordinationem, circiter quadraginta annos natus. Hunc autem honorem adeptus, non mutavit mores priores, sed mansit in illa afflictione exercitationis. Erat vero illi alimentum panis sordidus et olera, idque post occasum solis; aliis autem sanctis diebus hora sexta comedebat, accipiens oleum et caseum et madefacta legumina. Sumebat autem etiam unum poculum vini temperati; idque propterea, quod se male haberent ejus viscera. Hanc vivendi rationem et regulam perpetuo servavit toto tempore vitæ suæ.

XI. Tribus autem annis postquam fuerat ordinatus, accidit ut episcopus prædictæ civitatis Gazæ e vita excederet. Is erat Æneas, qui minimo tempore gesserat episcopatum: ante Æneam autem Irenion, qui ipse quoque fuit civis angelicarum potestatum, cujus laudes fieri non potest ut scribantur in digressionem; sed opus esset opere separato ad hoc, ut conscriberemus Vitam hujus dicti inclyti Irenionis (5). Aliis vero id relinquimus scriptoribus, qui ejus vitam sciunt accurate. Cum dormisset ergo prædictus vir sanctus, congregati qui tunc erant Christiani valde pauci numero, cum suo clero, et consultantes palam, cuinam traderent episcopatum, nihil inefficiebant, cum exorta esset inter eos contentio; cum alium quidem vellent clericum, alium vero laici: erant enim revera inter clericos quidam vitæ honestate ornati. Cum magna ergo esset confusio, et nihil deduceretur ad effectum; tandem visum est, ut quinque clerici et totidem laici viri insignes irent ad pontificem metropolitanum (6), et peterent ab eo episcopum quem ei revelasset Spiritus sanctus.

XII. Pontificatus autem munus tunc obibat Joannes (7), qui ipse quoque erat vir probus et omni virtute ornatus. Cum ergo ad eum accessissent Gazæi, rogarunt ipsum, ut daret eis pontificem, potentem opere et sermone resistere idololatriæ. Quod cum audiisset, statim indicxit jejunium; et post tres dies revelavit ei Dominus de beato Porphyrio: et scribit *Epistolam ad sanctum Praylium episcopum Hierosolymorum* (8) cujus fecimus antea mentionem, ut ad ipsum mitteret beatum Porphyrium, propter quamdam Scripturæ quæstionem quæ erat ab eo solvenda. Erat enim beatus Porphyrius idoneus ad solvendum, quidquid erat difficile divinæ Scripturæ Spiritus sancti. Litteris beati Joannis credens pius Praylius, eum dimisit,

XIII. Cum autem audivisset beatus Porphyrius vim eorum quæ scripta fuerant a sanctissimo Joanne, primum quidem fuit conturbatus, postea vero dixit: Fiat voluntas Dei. Et cum illa vespere me accersiisset, dicit mihi: Frater Marce, eamus et adoremus sancta loca et venerandam crucem. Multum enim est præteriturum temporis, donec sumus ea rursus adoraturi. Ego autem dixi: Cur sic dicis, Pater? Ille vero respondens, dixit: Præterita nocte vidi Servatorem dicentem mihi: Redde depositum, quod apud te deposui. Volo enim te conjungere uxori, humili quidem et abjectæ, sed præditæ bonis moribus. Tu autem accipiens, ornâ eam, ut obliviscatur prioris suæ mendicitatis. Nam etsi est abjecta et humilis, non est tamen aliena, sed mea soror germana. Tu vero cave, ne habens uxorem et domus curam gerens, ex injustitia aut violentia aut iniquitate congreges; nam et me ad iram provocabis, et eam molestia afficies: hæc enim ei quoque displicent. Sis vero solum bono et prompto animo et omnia tibi suppeditabuntur, unde non exspectas. Hæc mihi significavit Dominus Christus nocte præterita; et timeo ne, dum volo expiare mea peccata, expiem etiam peccata aliorum multorum. Sed tamen Dei voluntati non licet repugnare.

XIV. Hæc cum dixisset, profectus est, et ego cum eo; et cum adorassemus sancta loca et venerandam crucem, isque multum esset precatus et lacrymatas, reposuit in aurea theca venerandam et vivificam crucem: et cum eam tuto clausisset, exiit, et vadens ad beatum Praylium episcopum, tradidit ei claves; et cum accepisset preces, et ab eo fuisset Deo commendatus, est egressus. Cum autem venissemus ad nostrum habitaculum, nos paramus; conductis vero tribus jumentis, et accepto viatico, egressi sumus. Viatica autem erant omnia, quæ domi erant. Erasmus vero quinque in via, ipse beatus et ego, et duo agasones, et alius juvenis minister, nomine Barochas; quem quidem invenerat paulo ante beatus abjectum in platea, cum esset in extremo periculo, eumque accepit et collegit: et cum multa in eum expendisset, Dei auxilio eum sanum reddidit. Ab illo ergo tempore manebat apud ipsum, ei mecum serviens. De pio vero Barocha dicam procedente oratione. Illa autem die iter ingressi, sequenti venimus Cæsaream. Per totam autem civitatem dispersum fuit, eum advenisse: erat enim beatus magni nominis, propterea quod amaret pauperes. Profecti vero sumus ad id quod erat illic, hospitium.

XV. Cum autem audivisset beatus Joannes arso-rem, cap. 120, cui Joannes successit: post quem fuit Eulogius, qui an. 415 Diospolitanz synodo præsedid.

(8) Hæc vox postea videtur per quamdam anticipationem adjecta: aut potius ista ommissa, *sanctorum locorum*, quæ supra habentur.

(5) Colitur S. Irenion 16 Decembr. etiam in *Martyrol. Romano* ascriptus.

(6) Cæsareæ Palæstinæ ad mare Mæditerraneum, quæ erat prima metropolitana, illique suberat Gaza.

(7) S. Hieronymus *De eccles. scriptor.* refert episcopos Cæsareæ, cap. 113, Euzoium sub Theodosio seniore pulsum, et Gelasium ejus succes-

chiepiscopus, cursu ad nos accessit. Cumque se invicem salutassent et precati essent, paululum assederunt. Dixit autem ei archiepiscopus : Surge, frater, propter Dominum, et vescere mecum, ut cito surgamus ad vigiliam sanctæ Dominicæ : ingressi enim sumus vespere Sabbato. Beatus vero Porphyrius rogavit eum, ut ei concederet vesperam propter viæ laborem. Dixit autem, se post primum somnum surrecturum ad vigiliam. Cum autem non potuisset persuadere episcopo, surgens beatus, cum eo est profectus, me quoque accepto. Fratrem enim Barocham dimisimus in hospio prope vestes ; et ab eo invitati, cœnavimus. Cum multa autem locuti fuissetus spiritalia, et parum dormissemus, surreximus ad vigiliam.

XVI. Illa vero nocte accersit beatus Joannes Gazæos, et dicit eis : Parati eritis ad exitum : hodie enim accipietis sacerdotem, virum quem ostendit Dominus. Cum fuisset autem mane (9), rapientes beatum Porphyrium, ordinarunt eum episcopum Gazæ. Multum vero est lacrymatus, nec erat satiety ulla ejus lacrymarum. Dicebat enim se esse indignum tali sacerdotio. Vix tandem autem, cum Gazæi et qui illic Christiani inventi sunt, eum consolati essent, quievit. Cum autem fecissemus sanctum Dominicæ ministerium, rursus invitati sumus ad vescendum cum archiepiscopo.

XVII. Jussit vero nobis quam primum exire : cumque unum alium illic diem egissemus, exivimus : dormivimus autem Diospoli (10) ; et illinc, cum pernoctassemus, sero vespere ingressi sumus Gazam valde lassus et afflicti. Hæc autem fuit causa afflictionis. Prope Gazam pagi sunt in via, qui sunt dediti cultui simulacrorum. Eorum vero incolæ consulto totam viam straverant spinis et vallis, ut non possent aliqui transire. Effuderunt autem cœnum, et aliis male olentibus fumis vaporarunt, ut nos fetore suffocaremur, et veniremus in periculum, ne visum amitteremus. Vix tandem conservati, circa horam nocturnam ingressi sumus civitatem. Hæc vero difficultas ac molestia beato accidit suggestione dæmonis. Sed id non ægre ferebat ; existimavit enim diabolus has parasse insidias, quod voluisset justum ab ejus ingressu avertere.

XVIII. Profecti autem sumus ad ædes episcopi D quas ædificaverat prius nominatus sanctus Irenion episcopus, simul cum sancta ecclesia quæ vocatur

A Irenes : eam vero hoc nomen dicunt habere duobus modis. Dicunt enim Gazæi, quando capta fuit civitas ab Alexandro Macedone (11), quodam signo dato illic cessasse bellum ; et ab illo tempore vocari locum Irenem, id est, *pacem*. Hunc locum cum invenisset beatus Irenion coli a Gazæis, in eo construxit ecclesiam. Sive ergo propter ea quæ prius dicta sunt, sive propter nomen conditoris, mansit sic appellata usque in hodiernum diem. Illic ergo profecti sumus ad minimas ædes episcopatus, ab eo ædificatas.

CAPUT III.

Pluvia impetrata precibus S. Porphyrii. Barocke vulnus inflictum.

XIX. Accidit autem, ut in illo anno esset siccitas B et defectus pluviz (12). Cives vero omnes id ascribebant ingressui beati Porphyrii, dicentes : Nobis responsum dedit Marna (13), fore ut Porphyrius esset auctor malorum civitati. Cum autem pergeret Deus non pluere primo mense qui ab eis vocatur Dios (14), dein etiam secundo qui dicitur Epilleos, omnes affligebantur. Congregati autem idololatrz in Marnæo, multa sacrificia et multas preces faciebant ea de causa. Dicebant enim, Marnam esse dominum imbrum : Marnam vero dicunt esse Jovem. Cum autem perseverassent septem dies, hymnos dicentes, et egredientes extra civitatem in locum qui vocatur Orationis, animum despondentes, reversi sunt ad sua opera, nulla re effecta. His sic factis, congregati Christiani cum viris et feminis et pueris, numero ducentis et octoginta, rogarunt sanctum Porphyrium, ut cum eis egrederetur et precaretur ut demitteretur pluvia ; jam enim erat fames ; eoque magis, quod beati ingressui ascriberent siccitatem.

XX. Persuasus autem sanctus, cum edixisset jejunium, jussit omnes vespere congregari in sancta ecclesia, ut illic vigiliis perageremus. Fecimus vero tota nocte triginta preces et totidem genuflexiones, præter choros et lectiones. Cum fuisset autem mane, accepto signo venerandæ crucis quod nos præcedebat, egressi sumus cum hymnis ad antiquam ecclesiam quæ est a parte occidentali civitatis, quam aiunt ædificasse sanctissimum et beatissimum Asclepam episcopum (15), qui multas sustinuit afflictiones pro fide orthodoxa : cujus vita et facta scripta sunt in paradiso deliciarum. Cum ergo fuissetus in dicta ecclesia, illic quoque

(9) Vide *Animadversiones* Alexii Symmachi Mazochii V. C. ad calcem inferius appositas.

(10) *Diospolis*, olim *Lidda*, vel *Lyda*, sepulcro sancti Gregorii nobilis, ut dictum 19 Feb. in *Vita sancti Theotonii* pag. 114, n. 15.

(11) Gazam ab Alexandro Magno captam eversamque referunt Curtius lib. iv, Arrianus lib. iii, Josephus lib. xi *Antiq. Judaic.* cap. 8, quod factum censet Salianus tom. V *Histor. eccles. antiqui testamenti*, anno mundi 3722, ante Christum natum 534, Darii regis Persarum vii, Alexandri v.

(12) Ob hiemalem siccitatem timent Palæstini et Ægyptii impendentem sterilitatem. Hinc illa benedictio est apud Isaiam xxxii, 20 : *Beati qui se-*

minatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.

(13) *De Marna* deo qui Jupiter est, et Marnio vide sis infra cap. 9, not.

(14) Tres primi Gazæorum menses hic referuntur, Δίος, Ἀπελλαῖος, Αὐθηνάιος, Latinis litteris expressi, Dios, alius Dins, Epilleos, melius Apellæus, et Lydenæus, forsân legendum *Audynæus*. Respondent mensibus Ægyptiacis Hathur a 28 Octobr., Chiac a 27 Novembr. et Tuba a 27 Decembr.

(15) Asclepas, sive Asclepius, sub Constantio imperatore sede Gazensi pulsus, Romam ad Julium papam confugit : quo sedibus pulsus eodem tempore venerant SS. Athanasius et Paulus patriarchæ,

fidimus totidem preces, et illinc egressi, ivimus in sanctum martyrium gloriosi martyris Timothei (16), in quo repositæ sunt etiam aliæ reliquæ Meuris martyris et Thees, quæ relata est in numerum confessorum. Cumque illic fecissemus totidem preces et genuflexiones, reversi sumus in civitatem factis tribus precibus et tribus genuflexionibus. Cum autem fuisset circa civitatem, invenimus eam clausam : erat vero hora nona. Idololatræ enim hoc fecerunt, volentes dissipare populum, ne perseveremus supplicationes. Cum autem mansissemus duas horas ante portam, et nemo esset qui aperiret; videns Deus populi patientiam stetusque et ineffabiles lacrymas, maxime sancti viri, motus misericordia, quomodo tempore magni Eliæ prophætæ, movet ventum austrum, et nubibus tegitur cælum, et incipiunt fieri fulgura et tonitrua, simul atque sol occidisset, et cecidit maltus imber, ut existimarentur non guttæ, sed grandæ e cælo deijci. Nos autem præ magno gaudio propemodum non sensitus : eramus enim invicem complexi.

XXI. Quidam vero gentiles cum aspexissent miracula quæ Deus nobis fecerat, et credidissent, nobis portam aperuerunt, et commisti sunt nobiscum, clamantes : Christus solus Deus : ipse solus vicit. Convenerunt autem nobiscum in sanctam ecclesiam, et illinc beatus eos dimisit in pace, Christi signatos signaculo. Erant vero viri numero centum viginti septem, et feminae triginta quinque, et infantes quatuordecim ex quibus erant puellæ quinque. Nos autem cum fecissemus perfectam gratiarum actionem, recessimus unusquisque domum cum gaudio et pace. Tanta autem pluvia descendit illa nocte et altero die, ut omnes timerent, ne domus corruerent, ex quibus erant plurimæ constructæ ex lateribus. Pluit vero Dominus noster Jesus Christus assidue, ab octavo Lydenæi usque ad decimum. Est autem apud eos Lydenæus, apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses, Romanos. Undecimo vero die peregrinus diem Theophaniorum Domini Jesu Christi (17), cum gaudio laudantes et gratias ei agentes propter omnia quæ nobis fecit ejus benignitas. Accesserunt autem gregi Christi eodem anno, præter illos centum viginti septem alii quoque centum decem. Alii vero idololatræ non cessabant insidiari beato et reliquis Chri-

stianis. Quando enim ei præses obtinebat gentilis, eum vel pecuniis corruptum, vel etiam per impiam eorum religionem persuasum, inducebant, ut vexaret Christianos; et ab eo tempore beato Porphyrio non levis eveniebat afflictio. Assidue ergo noctu et diu rogabat benignum et clementem Deum, ut eos ab errore converteret ad suam veritatem.

XXII. Quoniam autem superius memini beati Barochæ, de ipso narrabo reliqua. Habebat is zelum divinum, ut si quis alius : multa enim gravia sustinuit ab idololatris. Cum enim ivisset ipse aliquando in vicum propter canonem ecclesiasticum (18), non procul a civitate (erat autem is qui canonem debebat, idololatra); cum ab eo vero canon exigeretur, isque rem vellet protrahere et differre, et ex eo nata esset inter eos contentio, accersit impius agricola quosdam ejus pagi ei similes, et incipiunt verberare clavis beatum Barocham, et portantes eum semimortuum, projecerunt extra pagum in solitudinem; illic vero jacebat mutus et nullo sensu præditus. Alio autem die, Dei benignitate, transit per illum locum Cornelius diaconus cum aliis duobus Christianis; et cum invenissent pium Barocham, et eum agnovissent, importarunt in civitatem.

XXIII. Cum vero idololatræ eum vidissent portari, arbitrati esse mortuum, conversi sunt in furorem (19), propterea quod existimabant esse abominandum, mortuum ferre in civitatem; et cum eum vi eripuisent ab humeris eorum qui ipsum portabant, incipiunt verberare pium Cornelium diaconum et duos Christianos; et ligato pede beati Barochæ, trahebant eum. Interim autem renuntiant quidam fratres beato episcopo. Is vero conturbatus, me accersit et alios tres fratres qui sunt inventi apud ipsum, et dicit nobis : Confidentes currite, o fratres : est enim tempus martyrii. Postquam autem pervenimus ad locum ubi ligant beatum, concurrunt populus; et alii quidem sanctissimum episcopum affliciebant contumeliis, alii vero videntes ejus tolerantiam, et quod, cum contumeliis afficeretur, non irascebatur, sed rogabat unumquemque dicens, ne sic probris et contumeliis afficerent corpus, quod est obnoxium iisdem affectionibus; flunt nostrarum partium, et in se invicem convertuntur ad plagas usque. Nos autem cum multam vidissemus confusionem, portantes pium Barocham, discessimus in sanctam ecclesiam.

ille Alexandrinus, hic Constantinopolitanus, et episcopi, Marcellus Ancyranus, et Lucius seu Lucianus, Adrianopolitanus. Ita Socrates lib. II *Histor. eccles.*, cap. 11; Sozomenus lib. III, cap. 7. Plerique in sedem suam restituti, interfuerunt concilio Sardicensi an. 347, et Asclepas, adversariorum calumniis perspicue patefactis, est innocens declaratus. Theodoretus lib. II, cap. 8, Sozomenus lib. III, cap. 9, et epistola Julii papæ apud Socratem lib. II, cap. 18.

(16) Videtur Timotheus diaconus in Mauritania om fidem Christi post diros cruciatus in ignem coniectus indicari, cui ad 19 Decembr. adjunguntur in Martyrologio Romano SS. Meuris et Tuca,

Gazæ passæ; quod contextus hujus loci confirmat.

(17) Nos jam vulgo festum Epiphaniæ vocamus, quod celebratur vi Januarii.

(18) Annua pensio indicatur : ita infra ait Arcadius imp. *Perdemus canonem in rectigalibus*. Græce in Menæis συντέλειαν.

(19) Consuetum Gazæorum in Christianos furorem describit Sozomenus lib. V, cap. 8, in eade martyribus illata, et cap. 9 et 11, in persecutione sancti Hilarionis : quod etiam in hujus Vita 21 Octobr. observat sanctus Hieronymus. Plura de eorum crudelitate supra diximus. His majoribus erant hi Gazæi progeniti.

XXIV. Postquam vero vidimus eum adhuc spirantem, ejus curam gessimus. Pro eo autem fundebantur per totam vesperam et noctem intensæ preces : omnes enim fratres convenerant. Sanctus vero episcopus non cessabat lacrymari, et Deum pro ipso rogare : sciebat enim qualis esset divinus ejus zelus. Cum autem vidisset Deus lacrymas sancti pontificis et preces populi (eum enim numerabant secundum Phinees adversus idololatrias), acceleravit suam misericordiam; et illa nocte aperit oculos ejus, et incipit loqui, et petere dari sibi potum. Ego autem qui ei assidebam, statim cucurri, ut renuntiarem beato episcopo : præ magno enim gaudio oblitus sum dare ei potum; et mihi id accidit, quod ancillæ tempore beati Petri, quando audita ejus voce, præ gaudio non aperuit ostium, sed eum dimittens, primum annuntiavit iis qui erant domi; tale quid ego quoque sum passus. Cum id autem beatus audivisset episcopus, non fuit victus ab animi affectione, sed perseverabat in precibus. Nos vero cum intellexissemus ejus firmitatem et constantiam, eum mittentes, recessimus ego et pius Cornelius diaconus; assidebat enim necum beato Barochæ. Postquam autem implevit preces et omnem consequentiam sanctissimus episcopus, ipse quoque nobiscum sedens, interrogavit pium Barocham, quemadmodum id esset passus ab initio. Ipse vero narravit nobis omnia.

XXV. Dum nos autem consultarem quid esset faciendum, sit mane; et ecce defensor populi cum Irenarchis et duobus primoribus, Timotheo et Epiphanio et aliis multis, venientes incipiunt clamare et tumultuari, dicentes : Cur intulistis mortuum in civitatem, cum patriæ leges hoc prohibeant? Interim autem contumelia quoque afficiebant beatum episcopum. Nos vero cum tumultum audivissemus, egressi sumus; et cum nos vidissent, cœperunt me verberare et pium Cornelium diaconum. Cum autem eos qui erant ex populo, vocassemus in testimonium, sanctissimus episcopus os nobis obstruebat, unumquemque rogans et admonens, ne irascerentur tam inconsiderate. Illi vero impii, quo magis rogabantur, eo magis furebant, et virum sanctum afficiebant contumelia. Cum igitur pergerent tumultuari, confirmatur et corroboratur pius Barochas, et impletur divino zelo, surgitque et arripit fustem, et incipit verberare eos qui incidebant; et eos invadit metus, et incipiunt cadere

¹¹ Act. xi, 14 et seqq.

(20) Chrysostomus, qui anno 398, 26 Febr., consecratus est episcopus : quo etiam anno hæc legatio contigit.

(21) Flavius Eutropius eunuchus, tum cubicularius anno sequente 399, cum Manlio Theodoro consulatum adeptus; sed factione Gaynæ insignibus exutus, Chalcedone securi percussus est. Zosimus lib. v; Socrates lib. vi, cap. 5; Sozomenus lib. viii, cap. 7.

(22) *Subadjuxa*, aut potius *Subadjuxa*, qui et

A unus super alium fugientes, eosque est persecutus usque ad id quod tunc erat Marnejum; revertiturque cum magna victoria novus noster Samson, stratis ipse quoque mille alienigenis. Ab illo ergo tempore ipsum timebant idololatræ, et necejus quidem nomen audire poterant. Brevi autem post tempore dignati sumus ordine diaconatus, ego et pius Barochas : ego quidem plane indignus qui eum assequerem; ille vero meritissimo jure id assecutus.

CAPUT IV.

Edicto imperatoris templa idolorum clausa. Puerpera ope S. Porphyrii adjuta. Conversio infidelium.

XXVI. Videns autem sanctus Pater noster Porphyrius nefaria quæ quotidie fiebant ab idololatriis, statuit me mittere Byzantium, ut peterem ab imperatoribus, ut diruerentur templa simulacrorum; Gazæ enim adhuc maxime celebrabatur, quod vocatur Marneium. Et scriptis litteris ad sanctissimum episcopum Constantinopolitanum cujus laus et gloria memoratur ab omnibus, navigavimus, et spatio viginti dierum eo pervenimus; et redditus litteris beato Joanni (20), ore eum omnia docui. Cum primum autem audivisset, id significavit Eutropio cubiculario (21), qui tunc erat assiduus apud imperatorem Arcadium. Cumque ei legisset epistolam beati episcopi, et petisset ab eo ut concurreret cum litteris; acceptis ab eo promissis, exiit, et dixit mihi : Quieto animo esto, o filii. Spero enim in Dominum Christum, quod suam, sicut solet, sit facturus misericordiam. Ego vero non cessabam quotidie eum admonere; ille autem mittebat et instabat Eutropio. Septem vero post diebus pronuntiat edictum imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazæorum civitatis, et ne consulerentur amplius. Traditur autem hic jussus in manus cujusdam Hilarii, hominis subadjuxæ magistri (22).

XXVII. Ego vero tribus post diebus egressus sum Byzantio, et spatio decem dierum perveni in civitatem Gazæorum, septem diebus præveniens Hilarium. Inveni autem sanctissimum Porphyrium ægrotantem. Postquam vero ei tradidi responsum beatissimi Joannis episcopi Constantinopolitani, et id legit, lætitia affectus convaleuit a febre. Dicebat autem se in morbum incidisse ex multa afflictione idololatrarum. Septem vero post diebus venit dicitur

Adjutores nominantur in Notitia imperii, sect. 41: Adjutor, Subadjuxæ Adjutoris, Subadjuxæ fabricarum diversarum, dicuntur etiam Subadjurantes. Baronius an. 389, num. 108, edidit hominis coadjutoris magistri officiorum; sed minus recte. Dabantur. et Adjutor magistro officiorum, et Subadjuxæ Adjutoris, laboris levandi gratia, qui vel validitudine aliave re impeditis, vel multitudinem negotiorum obrutis opem ferrent. Cassiodorus vi Variarum, 7, et L. 3 Cod. De diversis officiis.

Hilarius, habens duos commentarienses (23) consulatus et multos adjuutores ex Azoto et Aſcalone et omnes ministros publicos. Statim autem comprehendit tres primores, et accepta ab eis ſatisfactione, ostendit eis divinum edictum, quod jubebat ut clauderentur idolorum templa Gazæ civitatis, et eversis omnibus quæ erant in eis, simulacris, ea clausit. Marnæ vero simulacrum sivit latenter consuli, pro eo plurimis acceptis pecuniis. Rursus autem faciebant, ut solebant, idololatræ nefaria.

XXVIII. Contigit vero aliud fieri miraculum, quod multos provocavit ut venirent ad cognitionem veritatis. Deus enim, ut qui sit clemens et misericors, scit per occasiones convertere genus hominum ad lucem suam quæ mente percipitur. Fuit autem ejusmodi id quod accidit. Mulier quædam clara in civitate, nomine Ælia, cum esset paritura, incidit in magnum periculum. Fuit autem hæc causa periculi. Fetus ejus non exibat secundum naturam, sed conversus erat ad id quod est præter naturam; et cum unam manum emisisset, non poterat reliquum corpus educi: erat enim obliquum in utero, nec poterant obstetrices id deducere ad id quod est secundum naturam. Cruciabatur vero mulier dolore ineffabili, fetum tunc impellentibus ad enixum doloribus. Fuit autem majus dolorum incrementum, cum successisset primo secundus dies, et similiter tertius dies majorem dolorem attulisset, quam secundus. Creverunt autem dolores usque ad septem dies, semper additamentum malo accipiente. Quin etiam voluerunt medici ejus fetum exsecare: sed cum vidissent ejus virtutem cecidisse, omnem spem plane abjecerunt. Ejus ergo parentes et maritus ejus Heros, cum essent demonum dediti superstitioni, pro ea quotidie faciebant sacrificium. Adducebant etiam incantatores et vates, existimantes se ex eis utilitatis aliquid accepturos: sed nihil id præderat.

XXIX. Erat autem ei fidelis nutrix, quæ affecta maxima animi ægritudine, pro ea fundebat preces in ædibus oratorii. Quodam ergo die ea in ecclesia orante cum lacrymis, ingressus est sanctus Porphyrius circa horam nonam, et ego quoque cum eo. Videt autem anum tristem, Deum orantem cum lacrymis, stansque eam rogavit causam. Illa vero eum contemplata, procidit ad ejus pedes, rogans eum ut pro ipsa rogaret Christum. Postquam autem cognovit sanctus causam a muliere, ipse quoque est lacrymat: erat enim summæ misericors. Dicit vero nutrici: Audio illam domum esse deditam cultui simulacrorum, et servari posse difficiliter: sed tamen Deus potest omnia. Etenim per occasionem servat eos qui erant perituri. Abi ergo, et congrega omnes cognatos et parentes et maritum, et dic eis: Quoniam est hic optimus medicus qui potest eam curare, si effecerit ut ea evadat hoc peri-

culum, quid ei dabitis? Sunt autem omnino tibi multa pollicituri. Dic vero eis hoc quoque: Si eam curaverit, hoc quoque mihi promittite, quod eum non fallatis, nec ibitis ad alium. Fac eos omnes extendere manus ad cælos, et promittere eos esse facturos omnia quæ sunt polliciti. Et quando hæc fecerint, dic parturienti mulieri coram omnibus: Sanat te Jesus Christus Filius Dei vivi: crede in ipsum, et vives.

XXX. Cum autem audivisset anus, quod beatus dixerit episcopus; isque eam Deo commendasset, cucurrit domum; et cum invenisset omnes stentes et mulierem in extremo periculo, rogavit ejus parentes et maritum, ne angerentur animo. Dixit autem: Me ad vos misit optimus medicus, ut mihi promittatis, quod si ea curetur, ipsum non negabit. Cum vero audivissent ejus parentes et maritus, dixerunt: Si voluerit omnes nostras facultates accipere, non recusabimus: videamus solum vivam nostram filiam. Dixit autem nutrix: Manus vestras in cælum extollite, et fidem date vos non esse negaturos medicum. Illi vero alacri animo et cum lacrymis manus extenderunt, dicentes: Toto tempore vitæ nostræ ejus erimus. Quamnam enim consolationem habituri sumus, si ea decedat? Erat enim eis unica, scitaque et elegans moribus, si ulla alla. Cum hoc autem audivisset nutrix, magna voce dixit coram omnibus: Dicit magnus sacerdos Porphyrius: Jesus Christus Filius Dei vivi te curat; crede in eum, et vives. Statim vero mulier cum valde ejulasset, edidit fetum vivum.

XXXI. Omnes autem qui illic sunt inventi, obstupefacti exclamaverunt: Magnus est Deus Christianorum, magnus est sacerdos Porphyrius. Did autem sequenti parentes mulieris et maritus et cognati et omnes necessarii, euntes ad beatum Porphyrium, procliderunt ad ejus pedes; petentes Christi signaculum. Beatus vero cum eos signasset et fecisset catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent sanctæ Ecclesiæ: et paulo post cum eos catechesi instituisset, baptizavit etiam infantem cum muliere. Vocavit autem nomen ejus Porphyrium. Qui fuerunt vero illuminati propter occasionem mulieris, erant numero sexaginta quatuor.

CAPUT V.

Iter Constantinopolitanum S. Porphyrii cum archiepiscopo Cæsariensi. Rhodi apud Procopium anchoretam, Constantinopoli apud S. Joannem Chrysostomum et Amantium cubicularium Imperatricis gesta.

XXXII. Quo magis autem videbant idololatræ multiplicari Christianos, eo magis efferebantur, et non sinebant eos obire officia civilia: sed eis utebantur tanquam malis famulis. Videns autem rursus beatus Porphyrius magnam injuriam quæ fiebat Christianis, et non ferens, aspiciens vero pro-

(23) Inter varia commentariensium genera hi videntur apparitores fuisse, qui judici pro tribunali sedenti sistebant reos, et quibus horum custodia

bris et contumeliis appetitos, proficiscitur Cæsaream ad beatum Joannem archiepiscopum, et rogat eum cum lacrymis, ut præbeat ei quietem. Dicebat enim se non posse amplius pati gravia et absurda quæ fiebant a Gazæis. Beatus autem Joannes cum audivisset, rogabat eum, ut æquo et forti animo pateretur, et retineret episcopatum.

XXXIII. Respondens vero sanctissimus Porphyrius, dixit ei : Te attestor coram Deo qui non est aspectabilis, et spem nostram Jesum Christum, Dominum omnis rei creatæ, ei adorandum et vivificum sanctum Spiritum, ne despicias meam petitionem, ne requiratur a nobis interitus animarum innumerabilium. Sed rogo te, Pater, ut mecum naviges ad urbem regiam, ut rogemus imperatores, rege cœlesti annuente, ut evertant templa idolorum. Respondens autem beatus Joannes dixit ei : Fili, justa quidem est petitio, sed non est aptum tempus; jam enim imminet conversio hiemalis. Respondit beatus Porphyrius : Si vult nos Deus esse et Gazæ populum convertere, potest etiam servare in hieme. Tu vero, Pater, ejus fidens clementiæ et misericordiæ, id velis; et iter nobis succedet feliciter. Dicit ei beatus Joannes : Fiat voluntas Christi.

XXXIV. Postquam autem beatus Joannes est ei pollicitus, scribit ad me, ut quam primum venirem Cæsaream, et afferrem mecum tres libros, et quadraginta tres nummos qui ei restabant ex reddito sanctæ ecclesiæ. Ego vero, acceptis litteris, cum sumpsissem libros et nummos, protinus sum egressus; et cum venissem Cæsaream, inveni sanctissimos episcopos paratos ad navigandum; et cum post duos dies solvissemus, navigamus vicesimo tertio mensis... (24); et cum Dei benignitate fuisset nobis secunda navigatio, spatio decem dierum (24) appulimus ad Rhodum insulam. Erat autem tunc in insula, in aversa ejus parte, quidam monachus, nomine Procopius, qui nunc est relatus in numerum angelorum. Dormiit enim quinque ab hinc annis, cum vixisset vitam nulli culpæ affinem, in jejuniis et vigiliis et summa paupertate. Habebat vero donum quoque prophetiæ et virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem, ut dictum est, Rhodum appulisset, et audivissemus de vita sancti viri, necessarium duximus eum non præterire, sed ejus angelica frui consuetudine; et cum rogavisset, ubinam haberet monasterium, ad eum profecti sumus, navigantes in cymba, et cum pervenissemus, pulsavimus ostium. Statim autem egressus, per se nobis aperuit, etiamsi haberet apud se alium discipulum.

XXXV. Cum autem aspexisset sanctissimos episcopos, procidens in terram, eos adoravit. Deinde surgens, me quoque est osculatus et pium Eusebium diaconum, quem secum ducebat sanctus Joan-

(24) Peritii, cujus dies 23 apud Gazæos incidit in 17 Febr. uti apud Ægyptios *Barmahath*. Non autem substituendus *Februarius*, uti ex Baronio ad marginem Surianæ tertiæ editionis factum.

(24*) Die 27 Febr.

nes archiepiscopus; et cum nos introduxisset in oratorium, retrocessit, dans priorem locum beatissimis episcopis, dicens : Decet vos, sacerdotes, habere priorem locum, me autem humilem et abjectum, et qui ordinationem non sum assecutus, posteriorem. Tunc cognovimus sanctissimum Procopium esse perspiciendi potestate (25) præditum. Cum enim nos nunquam aspexisset, neque de acerbis audivisset, cognovit per Spiritum eos esse episcopos, beatissimos, inquam, Joannem et Porphyrium; et ideo eos affecit honore dicendi preces priori loco. Deinde post preces sedimus; et cum esset nobis locutus multa animæ utilia, rogavit causam susceptæ itineris molestiæ. Beatus vero Porphyrius ei omnia narravit de Gazæis : quantum sit eorum furor in colendis simulacris, et quam multa mala ab eis patiantur Christiani; et quod ea de causa ascendunt, ut rogent imperatores, ut evertantur templa idolorum.

XXXVI. Cum autem audivisset sanctus Procopius anachoreta, dixit : Domine Jesu Christe, converte tuos famulos a fraude diabolica ad fidem illuminatam. Deinde dicit sanctissimis episcopis : Ne sitis anxii animo, o Patres : Deus enim qui novit zelum vestræ fidei, iter vobis diriget, et dabit omnia quæ sunt vobis cordi. Agite ergo, ea vobis dabo monita quæ Deus revelavit meæ humilitati. Primum convenite sanctissimum episcopum Joannem, et cum eo preces ad Deum fundite, et ei rem exponite; et ipse est vobis consulturus ea quæ ipsi revelavit Dominus. Non potest enim loqui in palatio, quoniam ei irascitur imperatrix Eudoxia. Ipse ergo vos commendabit Amantio cubiculario dominæ, viro pio et qui habet in honore sacerdotes; ipse vos introducet ad imperatricem, et quando ad eam ingressi fueritis, vos est benigne exceptura. Exponite ergo ei rem universam, et jubete eam valere, et exite. In secundo autem ad eam ingressu, postquam vos eam hujus rei admonueritis, dicite ei : Speramus in Christum Filium Dei, quod si rei præsentis studueris, est tibi daturus filium masculum. Cum hoc autem audierit, est læta futura; est enim prægnans; et hic est mensis novus ex quo concepit; et est factura omnia, ut rem vobis reddat effectam, Deo annuente.

XXXVII. Nos autem cum audissemus quod dixerat vir sanctus, et credidissemus iis quæ fuerat locutus, et ipse nos Deo commendasset, egressi sumus; et solventes illo die, navigavimus : et post alios decem dies (26) pervenimus Byzantium : et accepto hospitio, die sequenti ivimus ad sanctissimum archiepiscopum Joannem. Cum vero cognovisset quinam essemus, nos accepit magno honore et observantia. Nos autem rogavit, quam de causa hunc viæ laborem sustinimus, et ei nar-

(25) Baronius addit *occult*.

(26) Die 9 Martii ac 10 factum colloquium cum sancto Chrysostomo, die 11 cum Amantio cubiculario.

ravimus; et cum cognovisset, recordatus est nos longo ante tempore hoc rogasse litteris (27); et cum me agnovisset, benigne est complexus. Rogat vero nos, ne angamur animo, sed spem habeamus in Dei misericordia. Dixit autem nobis: Ego quidem non possum loqui cum imperatore; eum enim in me irritavit imperatrix, quoniam eam reprehendi propter possessionem (28), quam cum concupiisset, eripuit. Et mihi quidem non est hoc curæ, quod irascantur. Se ipsos enim læserunt, non me. Nam et si lædant meum corpus, animæ multo magis proderunt: hoc tamen relinquamus Dei misericordiæ. De nostro autem edicto, si videatur Domino, eras accersam eunuchum Amantium, qui est eunuchus imperatricis et multum potest apud eam, et est vere Dei servus; et ei rem exponam, et est magnum studium adhibitarus, Deo annuente. Nos vero, cum ille sic nobis promississet, et nos Deo commendasset, ivimus in nostrum hospitium.

XXXVIII. Die autem sequenti, ivimus ad sanctum, et invenimus apud eum cubicularium Amantium; rei enim nostræ curam gesserat, et, eo accersito, de re nostra eum docuerat. Postquam autem ingressi sumus et cognovit Amantius nos esse eos de quibus cum ipso fuerat locutus, surgens adoravit sanctissimos episcopos, facie inclinata in terram. Illi vero cum cognovissent quisnam esset, eum sunt complexi et osculati. Porro autem eis quoque jussit sanctissimus episcopus Joannes, ore proprio cubicularium docere de re sua. Sanctissimus autem Porphyrius ei omnia narravit de idololatris, quemadmodum libere et confidenter faciunt res nefarias; et quemadmodum affligunt et vexant Christianos. Ille vero audiens flevit, et impletur zelo divino, et dicit eis: Ne sitis anxii, Patres. Dominus enim Christus est defensurus suam religionem. Orate ergo, vos, et ego loquar cum Augusta, et spero in Deum universorum, fore ut consuetam suam faciat misericordiam. Die autem crastino vos ad eam introducam, et ipsa ore vestro a vobis docebitur, quæ vultis; invenietis vero eam a me prius instructam. Cum hæc autem dixisset, nobis valere jussit recessit. Nos quoque, cum multa spiritalia locuti essemus cum sanctissimo archiepiscopo Joanne, isque nos Deo commendasset, recessimus.

CAPUT VI.

Benignum colloquium S. Porphyrii cum imperatrice. Nativitas Theodosii Junioris.

XXXIX. Die vero (29) sequenti nos accersit cubicularius Amantius per duos decanos, ut iremus in palatium; et surgentes, propere ivimus: invenimus autem ipsum nos exspectantem; qui accepit duos episcopos, et eos introduxit ad Augustam Eudoxiam. Postquam vero eos aspexit, prior salu-

avit, dicens: Benedicite, Patres. Illi autem eam adoraverunt. Sedebat vero super aureum lectum, et dicit eis: Ignoscite mihi, sacerdotes Christi, propter ventris quæ me premit, necessitatem. Debebam enim in vestibulo occurrere vestræ sanctitati; sed propter Dominum orate pro me, ut quod est in utero, in lucem edam cum Dei benignitate. Sanctissimi autem episcopi, admirati tantam ejus demissionem, dixerunt: Qui benedixit uterum Saræ et Rebeccæ et Elisabeth, benedicat et vivificet id quod est in tuo ventre.

XL. Postquam vero locuti sunt alia quoque verba spiritalia, dicit: Scio cur hunc viæ laborem susceperitis; me enim prius docuit Amantius eunuchus. Quod si vos quoque me vultis docere, jubete, Patres. Jussi autem, docuerunt omnia quæ pertinebant ad idololatrias, quemadmodum secure faciebant res impias, et quemadmodum sua potentia opprimebant Christianos, non sinentes eos obire ullum officium publicum, neque sua prædia colere, ex quibus vectigalia publica pendunt imperatoriæ potentiæ. Cum hæc audivisset imperatrix, dixit: Ne sitis anxii, Patres; spero enim in Dominum Christum Filium Dei, fore ut persuadeam imperatori ea facere quæ decent vestram sanctam fidem, et vos hinc dimittat compotes desiderii. Abite ergo et vos reficite; estis enim defatigati; et orate, ut Deus opem ferat meæ petitioni. Cum hæc autem dixisset, jussit afferri pecunias; et cum accepisset circa tres pugillos, dedit sanctissimis episcopis, dicens: Hæc interim accipite ad expensas. Episcopi vero, his acceptis, cum multum ei benedixissent, exierunt. Exeuntes autem, magnam pecuniæ partem distribuerunt decanis qui præerant portis, adeo ut paucæ apud eos remanerent.

XLI. Imperatrix vero, cum imperator esset ad eam ingressus, docuit eum negotium episcoporum; petiit autem, ut everterentur templa Gazæ. Imperator vero cum audiisset, ægre tulit, dicens: Scio illam civitatem esse deditam cultui simulacrorum; sed est in nos grato animo in pensandis vectigalibus publicis: quæ quidem confert plurima. Si ergo eorum templa repente diruamus, metu et in fugam conjicient, et perdemus tantum canonem. Sed si videtur, eos particulatim affligamus, idololatris adimenes dignitates et alia civilia officia; et jubeamus templa eorum claudi, et non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint, ad omnes redacti angustias, agnoscent veritatem. Nam quod exsuperat, si idem sit repentinum, grave est iis qui sunt subjecti. Imperatrix autem cum id audivisset, fuit magno dolore affecta; erat enim acris et fervens in fide. Imperatori vero hoc solum respondit: Dominus est opem laturus servis suis

(27) De zelo sancti Chrysostomi ut idola in Phœnicia dejicerentur, agit Theodoretus lib. v *Hist. eccl.*, cap. 29.

(28) Intelligitur ager seu vinea viduæ Theognosti

vi ab imperatrice ablata: de qua re omnes Vitæ sancti Chrysostomi scriptores agunt.

(29) Die 12 Martii.

Christianis, seu nos velimus, seu nolimus. Hæc A nobis narravit pius Amantius cubicularius.

XLII. Die autem sequenti (30) accersivit nos Augusta; et cum de more prior salutasset sanctos episcopos, jussit eos sedere. Postquam vero locuti essent multa verba spiritalia, dicit eis: Locuta sum cum imperatore, et aliquantum ægre tulit. Sed ne animo angamini: Deo enim volente, non sum cesatura, donec vobis satisfiat, et egrediamini assecuti vestrum, qui est ex Deo, scopum. Episcopi autem, his auditis, adorarunt. Stimulatus vero sanctus noster Porphyrius, recordatus ejus quod dixerat beatissimus Procopius anachoreta, dixit Imperatrici: Labora propter Christum, et ipse pro tuo labore tibi est daturus filium, qui vivet et imperabit, te vidente, et eo fruente multos annos. Cum hoc audivisset imperatrix, repleta est lætitia (31), et ruber evasit ejus vultus, et ei accessit major ea quam habebat, pulchritudo; ea enim quæ apparent, ostendunt ea quæ latent.

XLIII. Dicit itaque sanctissimis episcopis: Orate, Patres, ut, quomodo dixistis, Deo volente, pariamus masculum; et si hoc factum fuerit, polliceor vobis me facturam omnia quæ petitis. Quin etiam aliud quoque quod non petiistis, sum factura, Christo annuente; sanctam enim ecclesiam ædificabo Gazæ in medio civitatis. Abite ergo in pace, et quiescite, assidue pro me rogantes, ut cum Dei benignitate pariam; et paulo post id implebo. C ergo valedixissent episcopi, et eam Deo commendassent, egressi sunt ex palatio. Precabamur autem, ut pareret masculum; credebamus enim ei quod dixerat sanctus Procopius anachoreta, et ibamus quotidie ad sanctissimum Joannem archiepiscopum, et fruebamur sanctissimis ejus eloquiis dulcioribus super mel et favum¹². Veniebat vero ad nos Amantius cubicularius, aliquando quidem ferens responsa imperatricis, aliquando autem etiam, ut nos conveniret.

XLIV. Paucis autem post diebus (32) parit imperatrix masculum (33), et imponunt ei nomen Theodosium, quod erat nomen ejus avi Theodosii

¹² Psal. xviii, 11. ¹³ Matth. xvi, 18.

(30) Die 13 Martii.

(31) Genuerat Eudoxia imperatrix hactenus tantum filias, nupta Arcadio Augusto v Kal. Maii Olybrio et Probino coss. indict. 8, an. 395. Eorum filiarum prima fuit Flacilla, nata Cæsario et Attico coss. indict. 10, an. 397, die xv Kal. Julias. Secunda fuit sancta Pulcheria, nata xiv Kal. Febr. Theodoro et Eutropio eunucho coss. indict. 12, an. 399. Tertia autem filia Arcadia, nata v Idus Januar. indict. 13, Stilicone et Aureliano coss. an. 400. Quibus successit quarta proles mascula, Theodosius Junior an. 401. Quo dein Theodosio Juniore et Himoride coss. nata iv Idus Februarii Marina, quarta filia an. 403. Quæ exacte referuntur in *Chronico Alexandrino* et in *Chronico Marcellini*. Colitur sancta Pulcheria imperatrix 10 Sept.

(32) Utinam hi pauci dies numerati forent! An decem dandi, quibus cum Amantio potissimum actum? Si pauciores dies accipi possint, tum citius etiam natus est Theodosius.

Hispani, qui imperavit simul cum Gratiano (34). Natus vero Junior Theodosius, fuit in lucem editus in purpura. Unde etiam cum primum fuisset natus, fuit renuntiatum imperator (35). Fuit autem magna lætitia in civitate: et fuerunt quidam missi per civitates qui hæc renuntiarent, donaque et munera erogarent. Domina vero cum primum peperisset, et surrexisset e cella puerperii, misit ad nos Amantium, dicens nobis per ipsum: Ago Christo gratias, quod per vestras sanctas preces Deus mihi donavit filium. Precemini ergo, Patres, illi vitam et mihi humili et abjectæ, ut impleam ea quæ sum vobis pollicita rursus, ipso volente Christo, per sanctas vestras preces.

B XLV. Cum autem impleti essent septem dies a puerperio, nos accersit (36), et nobis occurrit in porta cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinauit vero caput, dicens: Benedicite, Patres mihi et filio, quem donavit Dominus per sanctas vestras preces. Infantem quoque tradidit, ut ipsum signarent. Sancti autem episcopi et ipsam et infantem signarunt signo crucis; et cum precati essent, sederunt. Postquam autem ipsi locuti essent multa verba plena compunctione, dixit eis domina: Scitis, Patres, quid de re vestra statui facere? Dominus vero meus Porphyrius respondens, dixit: Quæcumque statuisti, ex Deo statuisti: etenim in hac nocte revelatum fuit meæ humilitati per visionem, me esse Gazæ, et stare in delubro quod illic vocatur Marnium, et tuam pietatem mihi tradere Evangelium, et dicere: Accipe, lege. Ego autem cum aperuissem, inveni locum illum, in quo dicit Dominus Christus Petro: Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: et portæ inferi non prævalerunt adversus eam¹⁴. Tu vero, domina, respondens dixisti: Pax tibi, esto fortis et strenuus. Post hæc autem sum excitatus: et ex hoc persuasum habeo, fore, ut Dei Filius tui animi instituto opem ferat. Dic vero nobis, domina, quid statueris.

C XLVI. Imperatrix respondens, dixit: Si Christo placuerit, paucis post diebus dignabitur infans

(33) Natus videtur Theodosius 23 Martii, sive D x Kal. April. eratque Sabbatum ante Dominicam iv Quadragesimæ, *Lætare* modo appellatam. Socrates lib. vi, cap. 6, omissa voce Kalendas, scribit decima Aprilis natum, τοῦ Ἀπριλλίου μῆνης. Socrates descripsit auctor *Chronici Alexandrini*, in quo dicitur natus πρὸ δ' Ἰδῶν Ἀπριλλίων, iv Idus Aprilis: cadebat is tunc in feriam iv hebdomadæ sanctæ ante festum Paschæ. Marcellinus in *Chronico* natum ait iii Idus Aprilis. Ergo feria quinta in Cœna Domini. Quæ ex sequentibus resutantur.

(34) Fuit Theodosius Magnus a Gratiano imperator declaratus anno 379, mortuus an. 395, sex annis ante hujus Theodosii natiuitatem.

(35) Id est, acclamatus imperator ac purpura tectus. Solemnis inauguratio, si *Chronico Alexandrino* fidendum, facta est ad hebdomam anno sequenti iv Idus Januar. Indict. 4.

(36) Die 30 Martii, pridie Dominicæ Passionis.

sancto baptisate. Itē ergo, et facite supplicationem et petite in ea quæcunque volueritis; et quando egressus fuerit infans ex venerando baptisate, tradite supplicationem ei qui ipsum portabit; ego autem docebo eum, quid facere oporteat, et spero in Dei Filium, eum rem totam esse dispensaturum e voluntate suæ clementiæ. Nos autem, his promissis ab ea acceptis, cum ei et infanti multum benedixissemus, egressi sumus, et euntes fecimus supplicationem, in charta multa ponentes, non solum eversionem simulacrorum, sed etiam privilegia dari sanctæ Ecclesiæ et Christianis, et præberi redditum: erat enim pauper sancta Ecclesia.

CAPUT VII.

Baptismus Theodosii Junioris. Impetrata idolorum destructio. Varia donata S. Porphyrio munera.

XLVII. Cum autem dies præterissent, venit dies (37-38), in quo erat illuminandus novus imperator Theodosius: erat vero coronata et ornata universa civitas holoserico et auro et omni ornamento, adeo ut non posset quisquam explicare ornatum civitatis. Quin etiam fluctuantem habitatorum multitudinem licebat intueri variatam multiplici et diverso genere vestium. Non est autem mearum virium dicere splendorem illius ornatus, sed illorum qui sunt in dicendo exercitati; ego vero transibo ad præsentem veram conscriptionem. Baptizato Juniore Theodosio, et ab ecclesia egresso in palatium, licebat rursus intueri virtutem eorum qui præerant multitudini, et vestem eorum refulgentem: erant enim omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse nive repleta. Præcedebant autem patricii, illustres et omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cæreos, ut putarentur astra cerni in terra. Erat vero prope infantem qui portabatur, ipse quoque imperator Arcadius, vultum habens hilarem et nitidum magis quam ea quam gestabat, purpura. Unus autem ex proceribus portabat puerum in splendida veste. Nos vero admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis sanctus Porphyrius: Si ea quæ paulo post evanescent, tantam habent gloriam, quanto magis cælestia quæ sunt parata sanctis, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt¹⁴? Stetimus autem nos in vestibulo sanctæ ecclesiæ, habentes etiam chartam supplicationis.

XLVIII. Postquam vero fuit egressus a baptisate, exclamavimus dicentes: Rogamus tuam pietatem, chartam quoque porrigentes. Cum autem aspexisset is qui gestabat puerum, et cognoscebat rem nostram (eam enim prius didicerat a domina), jussit chartam ei accipi, et cum accepisset, constitit. Jussit autem fieri silentium, et cum

A solvisset, legit partem; et cum involvisset, subiecit manum capiti infantis: et cum id inclinasset, clamavit coram omnibus: Jussit ejus potentia ca fieri, quæ sunt in supplicatione. Omnes autem cum aspexissent, sunt admirati; et adorabant imperatorem, eum beatum pronuntiantes, quod dignus esset habitus qui videret in vita filium imperantem: exultabat autem audiens. Imperatrici quoque Eudoxiæ fuit annuntiatum, quod factum fuerat propter suum filium. Lætata est autem, et, genibus flexis, Deo egit gratias.

XLIX. Ingresso vero infante in palatium, ei occurrit domina, et eum accepit et osculata est: et eum portans, ipsum quoque salutavit imperatorem, dicens: Beatus es, domine, propter ea quæ viderunt oculi tui in vita tua; et imperator lætabatur audiens. Cum autem imperatrix eum vidisset hilarem, dixit: Si videtur, sciamus quidnam continet supplicatio, ut omnino fiant quæ in ea continentur. Imperator vero jussit legi chartam, et postquam lecta fuit, dixit: Gravis quidem est petitio; sed gravior est recusatio, quoniam hæc est prima jussio nostri filii. Dicit autem ei domina: Non solum prima jussio, sed etiam in hoc sancto habitu et pietatis gratia supplicatio, et petita a viris sanctis. Vix tandem annuit imperator, cum domina valde ei instaret. Hæc omnia renuntiavit nobis pius Amantius.

L. Die autem sequenti (39) nos accersit imperatrix: et cum de more prior salutasset sanctos episcopos, jussit sedere, et dixit eis: Vestris precibus concessit mihi Deus rem vestram; idque factum fuit ejus auxilio: vidistis autem, quam via et ratione sum usa. Sed si videtur, crastino die accersam quæstorem, et coram vobis jubebo, ut convenienter ei quod continet supplicatio, fiat rescriptum divinum ex nomine duorum imperatorum; et ut semel dicam, faciat omnia quæ consequuntur. Episcopi autem, his auditis, ei multum benedixerunt et ejus filio et imperatori. Cumque multa alia dissertissent animæ utilia, postquam valedixissent, exierunt. Die vero sequenti (40) accessit quæstor et nos. Dicit autem ei: Accipe hanc chartam, et convenienter ei quod in ea continetur, divinum rescriptum manda litteris. Quæstor vero accepta charta, divinum rescriptum dictavit celeriter nobis præsentibus. Ei autem suggestimus, ut duces et consulares et res eorum deputaret ad ferendam nobis opem.

LI. Postquam vero perfectum fuit divinum rescriptum et subscriptum, rogavimus dominam, ut hoc negotium mandaretur alicui viro illustri. Jussit autem Amantio quærere virum bono zelo præditum Christianum, cui hoc negotium deberet committi. Multi enim ex iis qui tunc erant in dignitatibus

¹⁴ I Cor. II, 9.

(37-38) Forsan circa diem 4 Aprilis.
(39) Die 5 Aprilis.

(40) Die 6 April., Sabbato ante Dominicam Palmarum, aut forsitan citius hæc omnia contigerunt.

simulate habebant fidem, de quibus sumpsit pœnas divina justitia. Cum enim rescivissent imperatores, eos non recte se habere circa fidem intemeratam, eos privarunt suis dignitatibus, eosque et in corpore punierunt, et multarunt pecuniis: hæc autem ficta fuerunt antea. Quocirca jussit Augusta negotium nostrum committi viro orthodoxo. Commissum vero fuit cuidam, nomine Cynegio (41), ex consistorio, qui fuit vir admirabilis et fide fervens. Eo autem accersito, jussit Augusta, ut omnia idola usque ad solum everteret, et igni traderet. Porro ei quoque manu sua dedit pecunias, dicens: Accipe ad sumptus, et nihil capias a sanctissimis episcopis. Cum talia autem mandata accepisset a domina, egressus est promptior et alacrior.

LII. Cum transegissemus vero reliquum hiemis, et fecissemus sanctos dies festos paschales et diem Resurrectionis (42), parabamus nos ad navigandum. Rogavimus autem admirabilem Amantium, ut id significare dominæ, ut eam juberemus valere. Ille vero cum hæc audiisset, fuit magno dolore affectus, propterea quod nos essemus navigaturi; nos enim tantum dilexit, ut ipse rogaret dominam, ut eum dimitteret ad orandum in sanctis et venerandis locis. Timebat autem domina eum dimittere, ne, si illic iret, fieret monachus, et ibi maneret. Sciebat siquidem viri vitam: erat enim re vera nulli culpæ affinis, multas præbens eleemosynas, et perpetuo jejunans, et multos hospitio accipiens et concurrens ad pios usus. Hactenus quidem de pio Amantio. Dominæ vero de nobis significavit, et ingressi sumus ad eam, et dicit sanctissimis episcopis: Quando, Deo volente, navigabitis? Illi autem dixerunt: Propterea aumus ingressi, ut juberemus tuam valere potentiam. Illa autem dixit: Recordamini semper mei et mei filii.

LIII. Jussit vero protinus afferri pecunias. Quæ cum fuissent allatæ, dixit domino meo episcopo Porphyrio: Accipe, Pater, hæc ducenta (43)... et ædifica quam sum pollicita, ecclesiam in medio Gazæ, et significa mihi, si opus habueris pluribus pecuniis, et eas statim mittam. Construe autem xenodochium, ut excipias fratres qui veniunt in tuam civitatem, et tribus diebus eis sumptum præbeas. Dedit autem sanctissimo quoque Joanni aureos mille, et vasa pretiosa utrisque. Ad sumptus vero

(41) Baronius ad hunc annum 401, n. 31, arbitratur Cynegium esse, ad quem creatum præfectum prætorio exstant rescripta in Cod. Theod. lib. II, *De usuris*; sed ea data Honorio et Evodio coss. an. 386, et mortuus est hic in consulatu suo an. 388, sepultus apud Apostolos XIV Kal. April. teste Idatio. Potuit hic Cynegius alterius filius, nepos aut consanguineus fuisse.

(42) Pascha Alexandrinum in Græcia et Oriente observatum fuit 14 April., cyclo lunæ III, solis XVIII, lit. Dominic. F. In Canone paschali Victorii annotatur Pascha ad diem XI Kal. Maii, seu XXI Aprilis, quo in Occidente fuit observatum, non in Oriente, ut ex sequentibus constat. Per festos paschales hic indicatos intelliguntur Cœna Domini, Parasceve, ac dein Resurrectionis dies.

A dedit utrisque ad centum aureos. Obtinuit autem prædictus sanctissimus Joannes episcopus Cæsareæ quæcunque voluit privilegia ratione suæ ecclesiæ. Cumque peccati essent, et multum benedixissent dominæ et ejus filio et imperatori, exiunt.

LIV. Rogarunt etiam, ut ingrederentur ad imperatorem. Imperator autem eos interrogavit, an essent omnino expediti, et an Augusta eis aliqua donasset. Ipsi vero dixerunt: Sumus omnino expediti a sospite vestra pietate, et pia vestra conjuge, et a filio vestro quem Deus custodiat; fueruntque multa et magna nobis donata. Statim autem jussit etiam imperator præfectis, eis dare ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti libras auri. Dedit autem ipse quoque pro sumptibus circiter unam pugillum, qui inventus est continere circiter numeros quinquaginta. Cum vero ei quoque multum benedixissent, sunt egressi. Egimus autem in civitate alios tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum; et post tres dies navem ascendentes, navigavimus Gazam, vicesimo tertio Xanthici, qui est apud Romanos octavus decimus Aprilis (44). Præclarissimus vero post nos egressus est Cynegius, usus publico navigio.

CAPUT VIII.

Reditus sancti Porphyrii Gazam. Tempestas cœlitus sedata. Sollemnis in urbem introductio.

LV. Pervenimus autem Rhodum spatio quindierum; valde vero studebamus ire ad sanctum Procopium anachoretam. Cumque nos valde rogassemus nauclerum, ut nobis concederet tres horas, non concessit, dicens: Non possum ventum invenire tam secundum. Nos autem ei dicebamus: Possunt preces sancti viri nos servare, et dare nobis ventum secundum. Nauclerus autem indignatus, non admisit nostram petitionem. Sed cum aequati fuisset, solvimus. Valde vero cruciabamur, quod non licuisset nobis eum convenire. Precibus ergo ab eo petimus, ut nobis ignosceret, et pro nobis oraret ut salvi essemus, et effectum redderemus opus quod fuerat nobis commissum.

LVI. Cum ergo Rhodo navigassemus, et duos dies in maris tranquillitate et serenitate felix fuisset nobis navigatio, repente oritur tempestas, ventique, et fulgura, et tonitrua, et in altum tolle

(43) Baronius opinatur deesse auri librarum pondera. Græci in Mænzis ista habent: Κομίζεται παρά τῆς Ἀγούστης χρυσοῦ κεντηνάρια δύο χάριν πίστεως ἐκκλησίας, καὶ λόγῳ δαπάνης νομίματῳ διακόσια. *Donantur ab Augusta duo centenaria*, id est pondo, auri, ad ædificandam ecclesiam, et ratione impensarum ducenta numismata, pro quibus hic centum aurei leguntur. Centenarium Romanum æquivalere talento Græco docet Isidorus lib. XVI, cap. 14. Acta autem hæc sunt 15 Aprilis postridie Resurrectionis Domini.

(44) Hic locus dicta præclare confirmat. Incidebat eo anno 18 dies Aprilis in feriam v post Pascha, erantque tres dies post alloquium imperatricis et imperatorum.

hantur fluctus instar montium, et attollebatur navis, ut nos existimaremus eam nubes tangere. Erant autem clamores et lacrymæ et oratio ad Deum; implorabamus quoque preces sancti Procopii anachoretæ. Cumque fuisset vespera, et tempestas non cessaret, permansimus vigilantes totam illam noctem: circa matutinum autem ex multa afflictione parum dormitarunt sanctissimi episcopi; et videt in somnis dominus meus Porphyrius sanctum Procopium anachoretam, dicentem eis: Nauclerum catechismo instituite et obsignate (est enim ex exsecranda hæresi Arii), et efficite, ut ipse anathemate notet Arium et malam ejus fidem; et statim cessabit tanta tempestas. Propterea enim, quod sit ipse ex dicta hæresi, non concessit vobis, ut ad me veniretis. Eum tamen catechesi instituite; est enim **B** rectam doctrinam a vobis accepturus.

LVII. Hæc cum audiisset sanctus noster Porphyrius, fuit excitatus, et nobis accersitis narravit quæ viderat in somnis. Statim vero vocato nauclero, ei dixit: Vis navem tuam esse salvam, et nos omnes, et ante omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non est hoc rogandum. Ei vero dixerunt episcopi: Abnega malam tuam fidem, et crede in rectam fidem, et salvus eris tu et navis, et omnes nos. Dicit eis nauclerus: Quoniam vide vos habere præscientiam (comprehendistis enim quæ erant in corde meo, cum nemo id vobis renuntiaverit), ecce dico vobis: credo, ut creditis, et abnego hæresim Arii. Rogo autem vos, ut per otium me ex sanctis Scripturis illuminetis in recta fide. Sancti vero episcopi eum acceperunt et obsignarunt, super eum fuis precibus, et eum quoque impertierunt divinis sacramentis (45). Interim autem cessarunt fluctus, et feliciter navigavimus, et cum fuisset in pelago alios quatuor dies, quinto mane adnavigavimus in maritimam partem Gazæorum, quam vocant Majumam (46).

LVIII. Postquam autem descendimus, nos cognoscentes qui illic erant Christiani, exceperunt cum psalmodia. Similiter vero ex civitate quoque, cum audivissent, occurrerunt nobis, habentes signum venerandæ crucis, et ipsi psallentes. Commisti sunt autem qui erant ex duobus locis, et facti sunt non parvus populus; erant enim plures qui erant ex **D** maritima, propterea quod habent multos Ægyptios vini mercatores. Idolorum vero cultores videntes ea quæ fiebant, dissecabantur; sed nihil audebant facere, quoniam audiverant, in quanto honore fuissent habiti sanctissimi episcopi apud imperatores, et quod essent evertenda simulacra, et magna angebantur cura et animi ægritudine.

LIX. Postquam autem fuimus ingressi civitatem, in loco qui vocatur Tetramphodos, id est, qua-

drivium, stabat statua marmorea, et dicebant eam esse Veneris. Erat autem supra aram marmoream: statuæ vero effigies erat nudæ mulieris, quæ habebat aperta tota sua pudenda. Statuam autem in honore habebant omnes cives, maxime vero mulieres, lucernas accendentes, et thure sufflentes. Dicebant enim eam in somnis respondere iis, quæ voluit inire matrimonium. Decipiebant autem se invicem mentientes. Sæpe vero jussi a dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit ut id recte eis procederet, ut inter eos fierent divortia, aut male cohabitarent. Hæc cognovimus ab iis qui fuerant aversi ab errore, et veritatem agnoverant.

LX. Quin etiam nonnulli idololatræ, non ferentes calamitates gravium conjugiorum quæ jussi fuerant contrahere a dæmone Venere, succensentes, confessi sunt deceptionem. Tales enim sunt dæmones, ut qui decipiant, et nihil unquam veri dicant. Neque enim possunt aliquid certo præscire: sed ex verisimilibus præ se ferunt se præscire apud eos qui eis serviunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? Quod si in aliquibus contingit eos divinare, hoc fit ex eo quod evenit: quomodo etiam accidit in hominibus, ut sæpe quædam prædicant futura de re quæ est eventura. Ea ergo quæ ex iis quæ accidunt, successerunt, quod quidem raro fit, admiramur: quæ autem conjectura non assequimur, quod quidem fit assidue, silemus. Hactenus quidem de dæmonibus et de eorum deceptione.

LXI. Cum nos ergo, ut dictum est, navigassemus in civitatem, et venissemus in locum in quo erat dictum simulacrum Veneris; portarent autem Christiani venerandum lignum Christi, hoc est, figuram crucis, videns dæmon qui habitabat in statua, nec videre sustinens signum quod ferebatur, turpiter egressus ex marmore, dejecit ipsam statuam, et confregit eam in multa fragmenta. Accidit vero, ut duo idololatræ starent prope aram in qua stabat statua: et corruens, unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum et brachiale. Stabant enim ambo sanctum populum subsannantes.

LXII. Multi autem ex gentilibus, cum vidissent signum quod factum fuerat, crediderunt; et commisti cum laicis, una cum eis sunt ingressi in sanctam ecclesiam, nomine Irenen. Fuit autem illo die magnum gaudium inter Christianos, tribus de causis: primum quidem, quod sanum recepissent sacerdotem, et qui ea fecerat quæ desiderabant; secundo, quod contriti essent dii gentium, et facti essent tanquam pulvis qui dispergitur ab area æstiva: quin etiam similiter atque ipsi confracti sunt, qui confidebant in eis; tertio autem et maxime,

(45) An sacrosancta Eucharistia intelligenda? Hanc navigantes fideles solitos secum conferre docet sanctus Ambrosius in laudatione funebri Satyri fratris; sanctus Gregorius cum de Maximiano agit alique, uti ad hunc locum observat Baroni-
nius.

(46) Majuma viginti Gaza distat stadiis, a Juliano Apostata Gazæis subjecta, cum a Constantino imperatore privilegia civitatis ante accepisset ac proprium episcopum, qualis fuit sanctus Zeno cui sacer est 26 Decembris; eratque tunc Constantia appellata.

quod conservata sunt animæ quæ errabant, et accesserunt gregi Christi. Cum eos vero obsignasset episcopus, dimisit in pace, jubens ut vacarent sanctis Scripturis: erant vero viri numero triginta duo et septem mulieres. Cum duos autem alios dies fuisset Gazæ Joannes archiepiscopus, profectus est Cæsaream: quem Christiani omnes et sanctus episcopus deduxerunt usque ad duo milliaria.

CAPUT IX.

Templa idolorum eversa Gazæ. Plurimi idololatræ convertuntur a sancto Porphyrio.

LXIII. Post decimum autem diem venit admirandus Cynegius, habens secum consularem et duces, et magnam manum militarem et civilem. Præciverunt vero multi ex idololatris, et exierunt e civitate; alii quidem in vicis, alii autem in alias civitates: erant vero complures ex divitibus civitatis. Eorum autem ædes qui fugerant, adnotavit quem diximus, Cynegius. Die autem sequenti, accersitis civibus, præsentibus duce et consulari, aperuit eis litteras imperatorias, quæ jubebant, ut everterentur simulacra et delubra, et igni traderentur. Cum primum vero id audivissent idololatræ, ejularunt magna voce, adeo ut id ægre tulerint magistratus, et in eos cum minis emisissent milites, qui eos virgis et clavis verberabant: Christiani autem cum magno gaudio laudibus prosequabantur imperatores et magistratus.

LXIV. Stاتم vero cum magistratibus et cohortibus militaribus impetum fecerunt et everterunt delubra. Erant autem in civitate simulacrorum publica templa octo: nempe Solis, et Veneris, et Apollinis, et Proserpinae, et Hecates, et quod dicebatur Hierion seu sacerdotum, et Fortunæ civitatis, quod vocabant Tycheon; et Marnion, quod dicebant esse Critæ generis (47) Jovis; quod existimabant esse gloriosius omnibus templis, quæ sunt ubique. Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus et pagis, quæ nemo posset numero subicere. Dæmones enim cum Gazæorum animum ut ductilem apprehendissent, errore impleverunt universam civitatem, et quæ circum circa sita erat, regionem: hoc autem eis accidit ex nimia simplicitate. Quamobrem traducti ad sanctam fidem, sunt magno zelo incitati Christiani. Hactenus quidem de Gazæis.

LXV. Jussi ergo milites, cum Christianis civitatis et maritima ejus parte impetum fecerunt in simulacra. Et primum cum voluissent evertere simulacra et Marnium, repulsi sunt. Illis enim idoli sacerdotes, cum prius de eo audivissent; portas

⁴⁷ Matth. xi, 25.

(47) *Cretagenis*, sive e Creta oriundi, Jovis legendum. Stephanus de Urbibus, de Gaza agens: "Εὐθεὶ καὶ τὸ Κρηταίου Διὸς πρὸς αὐτοῖς εἶναι, ὃν καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μάρνην, ἐμπνευσμένου Κρηταγενῆ. *Ibidem*, Gazæ scilicet cet. apud eos in honore est Jupiter Cretensis, quem ipsi Gazæi nobiscum agentes Μάρνην appellant, atque interpretantur Cretagenem, sive

interioris templi intrinsecus magnis lapidibus obstruxerunt; et cum exportassent in ea quæ dicuntur adyta, quæcunque erant vasa in templo pretiosa: quin etiam ipsa deorum ipsorum animalia illic occultaverunt, et per ipsa adyta fugerunt per alias vias. Dicebant enim dicta adyta habere multas vias in diversa loca. Repulsi ergo, sicut prius dixi, conversi sunt ad alia simulacra: et alia quidem everterunt, alia vero igni tradiderunt. Cum ergo rapuissent omnia quæ in eis erant, vasa pretiosa, sanctus autem Porphyrius anathemati subjecisset in ecclesia quemlibet civem Christianum qui ex delubris aliquid accipit ad lucrum proprium; nullus ex fidelibus civibus aliquid accipit, nisi milites, et qui illic inventi sunt advenæ. Obibant ergo cum laicis ex clero viri pii, et ipse sanctus Porphyrius episcopus, reprimentes eos, ne aliquid acciperent. Fuerunt vero decem dies evertentibus templa simulacrorum.

LXVI. Post dictos autem dies consilium ceperunt, quoniam modo uterentur Marnio, et quid ei facerent. Alii enim dicebant id debere effodi; alii autem, comburi; alii, locum purificari et sanctificari ad Dei ecclesiam: et erat de ea re magna deliberatio. Tandem sanctus episcopus indixit populo jejunium et orationem, ut eis revelet Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die jejunassent, et Deum de hac re precati essent, vespere peregerunt sanctam synaxim. Cum perageretur autem, puer circiter septem annos natus, stans cum matre propria, repente exclamavit, dicens: *Comburite intus templum usque ad solum. Facta sunt enim in eo multa gravia, et maxime hominum sacrificia. Id vero hoc modo comburite. Asserte picem humidam, sulphur et sebum porcinum, et hæc tria commiscete, et unгите portas æneas, et ignem in eas injicite, et sic totum templum comburetur. Non potest enim aliter fieri. Id autem quod est exterius, sinite cum ambitu: et postquam fuerit combustum, purgantes locum, ædificate illic sanctam ecclesiam. Dicebat autem hoc quoque: Testificor vobis coram Deo, ne fiat aliter. Neque enim ego sum qui loquor, sed Christus qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca. Postquam vero audierunt, omnes admirabantur et Deum glorificabant.*

LXVII. Venit autem hoc miraculum etiam ad aures sancti episcopi: et cum manus suas ad cœlum extendisset, Deum glorificavit, et dixit: *Gloria tibi, Pater sancte, quoniam abscondisti hæc a doctis et sapientibus, et revelasti ea parvulis* ⁴⁸. Jussit autem puer suam quoque matrem, postquam

e Creta oriundum. — Hæc habet Henschenius in commentario prævio de S. Porphyrio. Eandem emendationem pluribus erudite confirmat Norisius *De epoch. Syro-Mac.* Dissert. v, cap. 3 opp. nov. edit. tom. III, pagg. 518 seq. Quo de loco præterea consulas velim infra *Mazochium Animadv.* in § 19.

dimissa esset ecclesia, inveniri in episcopi aedibus. Separato itaque puero, dixit episcopus mulieri : Adjuro te per Filium Dei vivi, ut dicas, an suggestionem tua aut alicujus alterius, te sciente, filius tuus illa est locutus, quæ dixit de Marnio. Mulier autem cum hæc audivisset, dixit : Trado me ipsam terribili et tremendo Christi tribunali, si unquam præscivi aliquid ex iis quæ filius meus hodie est locutus. Sed si videtur tibi, ecce accipe puerum, et cum minis de eo habe quæstionem; et si dixit alicujus suggestionem, metu confitebitur : sin vero nihil aliud dicet, est evidens quod a Spiritu sancto fuit inspiratus. Cum hoc audisset episcopus quod dixerat mulier, et laudavisset, jussit eam paululum secedere, et introduci puerum. Cumque ad ductus esset puer, dixit ei : Quis tibi suggestit, ut loquereris in ecclesia illa quæ es locutus de Marnio? Puer autem tacebat. Jussit vero sanctissimus episcopus afferri flagellum, et extendi puerum ad hoc, ut ab eo terreretur. Ille autem tenens flagellum, alta voce clamavit, dicens : Quis tibi dixit, ut loquereris? dic, ne flagello cædaris. Puer vero stabat mutus, nihil loquens. Tunc nos qui eramus circa ipsum, hæc ei cum minis diximus; ille autem erat immobilis.

LXVIII. Tandem postquam omnes cessassent, os suum aperiens, dixit puer lingua Græca : Urite templum quod est intus, usque ad solum. Multa enim gravia in eo facta sunt, et maxime hominum sacrificia. Hoc autem modo id urite. Afferite picem humidam, et sulphur, et sebum suillum, et miscete hæc tria, et unгите portas æneas, et ignem eis immittite : et sic templum comburetur. Alias enim non potest fieri. Quod est exterius autem, sinite cum ambitu; et postquam fuerit combustum, expurgato loco, statuite illic sanctam ecclesiam. Testificor enim vobis coram Deo non posse aliter fieri. Non enim sum qui loquor, sed qui est in me Christus. Admiratus est autem sanctissimus episcopus Porphyrius, et omnes qui cum eo erant, audita pueri libera loquendi fiducia, et quod partite et distincte esset locutus. Accersita vero matre, eam interrogavit an ipsa aut filius ejus sciret linguam Græcam. Illa autem jurejurando affirmabat neque se, neque suum filium scire Græce. D Cum hoc rursus audivisset sanctissimus Porphyrius, laudavit Dominum, et afferens tria numismata, ea dedit mulieri. Puer autem, cum vidisset numismata in manu matris suæ, exclamavit, dicens lingua Syriaca : Ne accipias, mater, ne tu quoque auro vendas donum Christi. Rursus autem cum id audivissemus, summe mirati sumus. Mulier vero reddidit tria numismata, dicens episcopo : Ora pro me et filio, et commenda nos Deo. Sanctus autem episcopus eos dimisit in pace.

LXIX. Mane vero congregatis religiosis clericis et Christi amante populo, et præterea admirabili

A quoque Cynegio et magistratibus, dixit eis, quomodo locutus est puer de Marnio. Cum autem audivissent, mirati sunt; et communi consensu dixerunt, ut sicut dixerat puer, sic combureretur. Alata ergo pice humida, et sulphure, et sevo suillo, et his tribus mistis, unxerunt portas interiores; et fuis precibus, ignem adnoverunt, et statim universum templum eum arripuit, et fuit exustum. Quotquot autem milites et hospites poterant, rapiabant ex igne quæ inveniebant, seu aurum, seu argentum aut plumbum.

LXX. Erat vero illic quidam ex præfectis militibus quos vocant tribunos, qui aderat combustioni templi; erat autem, ut apparebat, Christianus : in occulto vero erat idololatra. Hic ergo cum interesset, et videret conflagrationem et direptionem quæ fiebat a militibus, dissecabatur; et sub prætextu, quod curaret ut servarent ordines, flagellis crudeliter cædebat quem inveniebat ferentem aliquod spoliū. Cum hæc fierent, et ab igne correpti essent parietes, repente lignum ardens incidit in tribunalum, et ei duplicem affert mortem. Perfracto enim capite ejus, ussit reliquum corpus : et statim fideles milites et Christi amans populus, scientes cum esse propensum ad simulacra, Deum glorificarunt, et dixerunt illum psalmum, qui dicit : *Quid gloriaris in malitia, potens iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua ejus : tanquam novacula acuta fecisti dolium. Dilixisti malitiam magis quam bonitatem; injustitiam magis quam loqui justitiam. Dilixisti omnia verba submersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, et emigrare te faciet ex tabernaculo tuo, et verbum tuum ex terra viventium*¹⁶; et quæ deinceps sequuntur in psalmo. Dies vero plurimos perpetuo arsit templum.

LXXI. Postea autem facta est etiam domorum perscrutatio; erant enim multa simulacra in plurimis atriiis : et quæ inveniebantur, partim quidem igni tradebantur, partim autem in cœnum jaciebantur. Inveniebantur libri quoque pleni præstigiis et incantationibus, quos quidem dicebant sacros, ex quibus sua faciebant mysteria et alia nefaria idololatræ. Ipsi quoque eadem passi sunt, quæ dii sui.

LXXII. Accurrebant autem multi ad sanctam fidem, alii quidem metu, alii vero condemnantes priorem suam vivendi rationem. Omnibus vero portas sancta aperiebat Ecclesia. Meminerat enim sanctæ Scripturæ, quæ dicit : *Pulsanti aperietur; et qui querit, invenit*¹⁷. Et rursus : *Sive prætextu, sive veritate Christus annuntiat*¹⁸. Dicebant autem quidam ex fidelibus sancto episcopo, non oportere eos accipere qui accedunt propter metum, sed eos qui bono proposito. Sanctus vero episcopus dicebat iis, qui hæc dicebant :

LXXIII. Sunt etiam virtutes, quæ casu et calamitate accidunt hominibus. Quomodo qui servum

¹⁶ Psal LI, 3 seqq. ¹⁷ Matth. VII, 8. ¹⁸ Philipp. I, 18.

aliquem possidet improbum et ingratum, prius eum admonet, ut sit semper memori et grato animo; postquam autem eum nullo modo videt parere admonitioni, ei de cætero metum infert necessario, plagasque et vincula et alia hujusmodi, non volens eum perdere, sed servare et agnoscere id quod oportet. Talem etiam Deum existimate, qui fert patienter nostrum ingrati animum: sæpe autem suadet quæ sunt nobis utilia, per Scripturas et alios viros sanctos. Nobis vero non parentibus, volens omnino ut bonus et benignus nos possidere, et non repellere, nobis infert suum timorem et disciplinam, nos invitans, ut cum necessitate agnoscamus id quod oportet. Quamobrem dicit Scriptura: *Quando interficiebat ipsos, tunc quærebant eum, et convertebantur, et mane vigilabant ad Deum*¹⁹. Et rursus dicit propter eos qui resiliunt et jugum a Deo excutiunt: *In campo et freno confringes maxillas eorum, qui non appropinquant ad te*²⁰. Oportet ergo, o filii mei, admonere humanitatem per metus et minas et disciplinam. Propterea rursus dicit: *Bonum est, quod humiliasti me, ut discam justificationes tuas*²¹. Hæc autem a me dicta sunt propter eos qui volunt accedere ad nostram sanctam fidem. Nam, etsi dubitantes accesserint, potest eos mollire tempus, Christo annuente. Ut autem aliud quoque vobis reuntiem; si non conspecti fuerint fide digni, ut qui jam fuerint in mali habitu; qui ex eis nascuntur, possunt esse salvi, ut qui cum bono conversentur.

LXXIV. Cum hæc sanctus dixisset Porphyrius, et persuasisset fratribus, accipiebat omnes qui volebant illuminari, catechesi eos instituens multis diebus, non solum ante baptismum, sed etiam postea. Assidue enim docebat verbum, non splendida et magnifica utens oratione, et se volens ostentare, sed simplici utens dictione, et omnia solvens ex Scriptura. Accesserunt ergo illo anno gregi Christi circiter trecenta nomina; et ab illo tempore augmentum accipiebant singulis annis res Christianorum.

CAPUT X.

Nova ecclesia a S. Porphyrio extracta. Tres pueri in puteum lapsi servantur.

LXXV. Marnio vero omnino exusto et constituta (48) civitate, statuit beatus episcopus cum religioso clero et Christi amante populo, sanctam ecclesiam condere in loco exusto, quomodo ei revelatum fuerat, quando erat Constantinopoli: propter quod etiam acceperat pecunias a religiosissima imperatrice Eudoxia. Dimissis ergo magistratibus et Christi amante populo, retinuit partem auxilii, ne fieret aliqua novitas post eorum exitum. Non propter hoc autem solum, sed etiam, ut opem ferrent ad congregandam materiam ædificii dictæ sanctæ ecclesie. Quidam autem consulebant, ut ædificaretur sicut positum fuerat idoli templum.

¹⁹ Psal. LXXVII, 34. ²⁰ Psal. XXXI, 9. ²¹ Psal. LXVIII, 71. ²² Prov. XXI, 1.

(48) Baronius, *ordinata*.

A Erat enim formæ rotundæ, circumdatum duabus porticibus, se invicem interiorius subeuntibus; ejus vero medium erat ad emittendos vapores constitutum, septentrionaleque et extensum in altum. Habebat autem quædam etiam alia quæ decebant simulacra, apta ad execranda illa et nefaria quæ fiebant ab idololatriis. In hac ergo forma et positura dicebant quidam ædificandam esse sanctam ecclesiam: alii vero contradicebant, dicentes ipsam quoque posituræ memoriam esse delendam. Qui autem hoc dicebant, persuadebant omnibus, ut qui recte dixissent. Dixit vero sanctissimus episcopus: Hoc quoque relinquemus consilio. Interior autem dum repurgatur locus, venit magistrianus, epistolâ afferens imperatorias semper memorandæ Eudoxiæ. B Continebant vero litteræ salutationem et precum petitionem pro suo marito et filio. Erat autem in alia charta inter litteras descripta forma sanctæ ecclesie in figuram crucis, quomodo nunc quoque, Deo volente, cernitur: et continebant litteræ, ut convenienter dictæ figuræ sancta conderetur ecclesia. Lætatus est autem sanctus Porphyrius, cum legisset et vidisset formam descriptam. Sciebat enim hoc quoque factum fuisse ex divina revelatione, et meminit Scripturæ quæ dicit: *Cor regis in manu Dei*²². Continebant autem litteræ pretiosas quoque columnas esse mittendas et marmora.

LXXVI. Ejecto autem cinere et ablatis omnibus abominationibus, relicta rudera marmorum Marnii quæ dicebant esse sacra, et in loco inaccesso. C maxime mulieribus, ea censuit sanctus episcopus incrustari in platea ante templum, ut conculcarentur non solum a viris, sed etiam a feminis, et canibus, et porcis, et bestiis. Hoc vero idololatriis fuit magis molestum quam templi conflagratio. Quamobrem complures ex eis, maxime autem mulieres, usque in hodiernum diem marmora non ascendunt. Brevi autem post tempore edicit jejunium uno die; et cum dimissæ fuissent preces matutinæ, jussit pius episcopus quemlibet virum Christi amantem afferre ligones et rastra et alia hujusmodi instrumenta. Hoc vero vespera prius edixerat, ut omnes mane invenirentur parati; quod etiam factum est.

D LXXVII. Congregato autem populo cum dictis instrumentis in sancta ecclesia quæ appellabatur Irene, jussit omnes psallentes simul proficisci in Marnium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur, portans sanctum Evangelium et circa se habens piium clerum, re vera imitans Christum cum discipulis. Præcedebat autem populum semper memorandus Barochas, venerandæ crucis portans effigiem. Ab utrisque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio civitatem. Euntes autem psallebant, et in versiculorum psalmi intercisione dicebant, *Alleluia*. Erat autem psalmus quem dicebant: *Venite, exsultemus Domino, jub-*

lemus Deo Salvatore nostro. Præoccupemus faciem A
ejus in confessione, et in psalmis jubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, et rex magnus supra omnem terram, quoniam in manu ejus sunt fines terræ et altitudines montium. Quoniam ipsius est mare, et ipse fecit illud; et aridam formaverunt manus ejus. Venite, adoremus, et procidamus ei, et ploremus coram Domino qui fecit nos, quoniam ipse est Deus noster, et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus²². Dicebant autem alios quoque psalmos, donec ingressi sunt in Marnium.

LXXVIII. Hortatus est autem sanctus Porphyrius episcopus Rulinum quemdam architectum Antiochenum, virum fidelem et scientem, per quem fuit etiam perfectum totum ædificium. Is, accepto gypso, designavit posituram sanctæ ecclesiæ, convenienter formæ quæ missa fuerat ab inprimis pia Augusta Eudoxia. Cumque precatus esset sanctissimus episcopus et genu flexisset, jussit populum fodere. Statim autem omnes uno animo et eadem alacritate fodiebant, clamantes: Christus vicit. Non licebat vero videre differentiam inter virum et mulierem, aut senem aut puerum: sed promptus et alacer animus vires præbebat omnibus. Et alii quidem fodiebant, alii autem terram exportabant; adeo ut paucis diebus fuerint et omnia loca effossa et terra egesta.

LXXIX. Prius itaque præparata materia, et ingentibus lapidibus ex tumulo qui dicitur Aldioma, a parte orientali civitatis, et alia materia, sanctus C
Rursus, congregato Christi amante populo, multisque precibus et psalmodiis dictis in loco, ipse primus se succingens, cœpit portare lapides, et jacere fundamenta. Deinde pii quoque clerici et omnes laici lætantes, et magna voce psallentes; adeo ut audirentur a tribus milliariis ex civitate.

LXXX. Factum est autem illo die magnum miraculum. Sunt putei intra sacrum ambitum, ex quibus est unus ab occidentali parte sanctæ, quæ nunc est, Dei ecclesiæ, non parum profundus. Tres ergo pueri sitientes iverunt ad bibendum, et appropinquantes ori putei, se inclinabant, innitentes ligno quod erat in ore putei, ut solent facere pueri; et, fracto ligno, tres ceciderunt in puteum. Quidam D
vero qui forte illic aderant, iverunt et renuntiaverunt populo quæ facta fuerant. Fuit autem non parvus tumultus, omnibus concurrentibus ad puteum. Cum vero quod factum fuerat, cognovisset sanctissimus episcopus, ipse quoque currens ad locum, jussit fieri silentium. Quo facto, cœpit precari et rogare Deum cum multis lacrymis, ut vivos et illæsos conservaret pueros, et maxime propter idololatrias, ne dicant: *Ubi est Deus eorum*²³, in quem sperabant? Et cum fuisset hora una humi inclinatus, et sur-

rexisset, jussit aliquem descendere per funes cadorum, et scrutari pueros. Clamabant enim qui erant ex populo, appellantes pueros: neque erat ullus, qui eos inferne audiret ex puteo.

LXXXI. Cum autem vir ille descendisset, inventi sunt tres pueri, sedentes super magnum lapidem, illæsi et bilares inter se colloquentes. Cum vero vir ille eos aspexisset, valde est admiratus, et Deum glorificavit, et inferne clamans, dixit: Laudate Dominum; vivunt enim tres pueri. Cum autem audivisset sanctus episcopus et populus, lætati sunt; et, demissa magna sporta, jusserunt simul efferri tres pueros: erant enim parvi, ad sex vel septem annos nati. Sporta vero accepta, is qui erat inferior, tres illos ligatos fecit tuto sedere, jubens eis claudere oculos, donec servus pervenisset, et dicere: Jesu Christe, sursum. Cumque hoc fecisset, clamavit ut apte funeam traherent: et trahentes, dicebant hymnum trium puerorum: *Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum*²⁴. Cumque pervenissent, et eos aspexisset sanctissimus episcopus (erat enim is stans in ore putei, et tenebat funem), repletus gaudio et lacrymis, exclamavit, dicens: *Benedicite, omnia opera Domini, Domino*²⁵, et, *Laudate Dominum*²⁷. Postquam autem eos e sporta sustulerunt, scrutati sunt nunquid fracta esset aliqua pars eorum corporis; et nihil inventum est in eis male affectum.

LXXXII. Sed magnum aspeximus miraculum. Inventi sunt enim tres pueri habentes signa crucis tanquam acu infixæ. Unus quidem in media fronte; alius autem in summa dextra manu circa digitos; alius vero in humero dextero. Erant autem pulchre expressæ cruces, neque obliquæ, neque incurvæ, sed unius mensuræ, ut apertum esset, eas divina esse signa. Neque enim eis afferebant dolorem, neque eduxerant sanguinem; sed erant impressæ tanquam ex cinnabari (49): manserunt autem in eis longo tempore ad hoc, ut viderent omnes et admirarentur. Nam multi etiam ex alienigenis, cum vidissent, crediderunt.

LXXXIII. Cum vero ille quoque ascendisset qui propter pueros descenderat, jurejurando affirmabat, dicens: Quando eos immisi in sportam, et rursum ferebantur, videbam circa eos tanquam fulgur, donec pervenissent ad os putei. Fuit autem Christianis illo die lætitia; cultoribus vero simulacrorum dolor et offensio. Ædificium autem procedebat in dies, omnibus prompto et alacri animo operantibus. Neque enim erat, qui ullum sua mercede frustraretur; sed etiam amplius præbebat, se munifice gerens in eos qui operabantur. Dicebat enim justum esse, ut non execrationem, sed benedictionem acciperet omne opus ædificii.

²² Psal. xciv, 1-7. ²³ Psal. cxiii, 2. ²⁴ Dan. iii, 52. ²⁵ Ibid., 57. ²⁷ Psal. cxlvi.

(49) Cinnabaris est color quidam ad minia accedens. Legendæ quæstiones quinque Bernardi Cæsii

nostri lib. II *De mineralibus*, cap. 4, sect. 3.

LXXAIV Anno autem sequenti (50) mittit imperatrix columnas, quas erat pollicita : quæ quidem magnæ et admirabiles, numero triginta. Duæ vero vocantur Carystiæ (51) : quæ quidem sunt in sancta ecclesia, lucentes tanquam smaragdi. Cum ii autem adnavigassent qui eas ferebant, rursus apparuit studium promptusque et alacer animus populi Christum amantis. Omnes enim cum audivissent, statim cucurrerunt ad littus, non solum vero viri, sed etiam feminæ et pueri et senes : omnes enim corroborabat fidei desiderium. Et cum currus adduxissent, impositam unamquamque columnam traxerunt et in templi (52) hypæthro eam deposuerunt : et rursus reversi sunt, et aliam attulerunt, donec omnes portarunt. Et de his quidem hactenus.

CAPUT XI.

Mulier Manichæa ob blasphemiam, orante sancto Porphyrio, subita morte punita. Dedicata ecclesia. Eleemosynæ sancti Porphyrii.

LXXXV. Illo autem tempore venit in civitatem mulier quædam Antiochena quæ vocabatur Julia : erat vero ex execranda hæresi eorum qui dicuntur Manichæi. Cunque cognovisset aliquos esse recens illuminatos et in sancta fide nondum stabilitos, in eorum irrepens animos, eos corrumperebat per doctrinam suam, oculos perstringentem et incantantem, sed multo magis per pecuniæ erogationem. Qui enim invenit dictam impiam hæresim, non aliter potuit inescare aliquos, nisi datis pecuniis. Eorum enim doctrina, iis quidem qui sapiunt, plena est omni blasphemia et condemnatione, et anilibus fabulis quæ attrahunt mulierculas, et viros pueriles qui levem habent mentem et cogitationem. Ex diversis enim hæresibus et gentiliū dogmatibus hanc suam perversam constituerunt opinionem, callide et vafre volentes omnes capere. Deos enim multos dicunt, ut placeant gentilibus. Præterea tempus ortus observant, fatumque et astrologiam asseverant, ut secure peccent; utpote quod non sit in nostra potestate peccare, sed ex fati necessitate.

LXXXVI. Porro autem Christum quoque confitentur. Dicunt enim eum hominem fuisse visione. Etenim ipsi quoque visione dicuntur esse Christiani. Ea enim prætermitto quæ sunt ridicula et digna execratione, ne eorum qui hæc legunt, aures impleam molesta auditione et prodigiosis narrationibus. Res enim Philistionis, Sceni et Hesiodi, et aliorum qui dicuntur philosophi commiscentes cum rebus Christianis, suam hæresim constituerunt. Quomodo enim pictor mistionem faciens ex diversis coloribus, efficit existimatione hominem aut bestiam aut aliquid aliud, ad decipiendos eos qui aspiciunt, ut stultis quidem et insipientibus videatur esse verus; iis autem qui sapiunt, umbra et deceptio

¹⁰ Tit. iii, 10. ¹¹ Matth. vii, 15.

(50) Anno Christi 402.

(51) *Carystia* correximus. Carostia legitur apud Liponannum et Surium. Est autem Carystus Eubœæ insulæ oppidum, varii marmoris terax, apud

A et humana excogitatio : ita etiam Manichæi ex diversis dogmatibus haurientes, effecerunt improbam suam opinionem; vel potius ex diversis serpentibus virus congregantes et miscentes, lethiferum effecerunt venenum ad hominum animas interimendas. Ut autem prius dictum est, cum illic versaretur pestifera mulier, quidam fallaci illius doctrina sunt seducti.

LXXXVII. Post aliquot vero dies cum id cognovisset a quibusdam fidelibus sanctus Porphyrius, eam accersitam interrogavit, quænam et unde esset, et quamnam haberet opinionem. Illa autem et patriam, et se esse Manichæam, est confessalis vero qui erant apud ipsum, ira motis (erat enim quidam pii), eos rogat beatus, ne irascantur, sed patienter eam admoneant et semel et bis, servans id, quod dictum est a sancto Apostolo ¹². Deinde dicit mulieri : Abstine, o soror, ab hac mala opinione : est enim satanica. Illa autem respondit : Dic, et audi; et aut persuadebis, aut persuadeberis. Sanctus vero dixit : Para te ad crastinum diem, et veni huc. Illa autem cum valere eum jussisset, est egressa. Beatus autem cum jejunaasset, et Christum multum rogasset ut diabolum pudore afficeret, paratus fuit in diem sequentem. Advocavit vero quosdam ex piis clericis et laicis, ad disputationem suam et mulieris.

LXXXVIII. Die autem sequenti accedit mulier, habens secum duos viros et totidem mulieres quæ erant juniores et formosæ; omnes vero pallidi. Julia autem erat provecta ætate. Ducebatur autem tota eorum disputatio a scriptis et orationibus mundanæ disciplinæ: multo vero magis Julæ. Erat autem humilis eorum habitus, et modesti mores: et quod dicitur, extrinsecus oves, intrinsecus vero lupi rapaces ¹³ et venenata animalia. Omnia enim dicunt et faciunt cum simulatione. Deinde jussi sedere, disceptabant et inquirebant. Sanctus autem Porphyrius, ferens sancta Evangelia, cum fecisset signum crucis in ore suo, cœpit eam rogare, ut diceret suam opinionem. Illa vero cœpit. Frater autem Cornelius diaconus qui fuit paulo ante nominatus, sciens notis scribere quibus utuntur in jure, jussus a beatissimo episcopo, notabat omnia quæ dicebantur et opponebantur, me et fratre Barocha admonentibus. Disputationem autem non scripsi in hoc libro, propterea quod sit magna, ut qui velim compendio hoc scriptum mandare litteris; eam vero in alio libro exposui iis qui volunt scire sapientiam a Deo datam sanctissimo Porphyrio, et aniles fabulas quas effudit prodigiosa loquens et venefica Julia.

LXXXIX. Quam quidem cito est persecuta di-

Plinium, Strabonem, Euripidem, aliosque memoratum.

(52) Hypæthrum est ædificium quasi sub ætheris positum. Vitruvius lib. 1, cap. 2.

vina justitia. Postquam enim multa horis plurimis esset fabulata, et consuetas dixisset blasphemias in Dominum et Deum universorum, motus a divino zelo sanctus Porphyrius, videns eum qui omnes fines continet, tam qui cadunt sub aspectum, quam qui non cadunt, blasphemias et maledictis inaccessi a muliere in quam operabatur diabolus, et quæ se submittebat illius voluntati, in eam tulit sententiam, dicens: Deus qui facit omnia, qui est solus æternus, neque principium habens nec finem, qui glorificatur in Trinitate, tuam percutiet linguam, et obstruet os tuum ne loquatur blasphema.

XC. Sententiæ autem prolationem consecutum statim fuit supplicium. Cœpit enim tremere Julia et mutari vultu: et manens in ecstasi longum tempus, non loquebatur, sed erat muta et immobilis, habens apertos oculos, et intentes sanctissimum episcopum. Qui vero cum ea erant, cum aspexissent ea quæ sustinebat, magno timore sunt affecti; eam autem consolabantur, et carmina cantabant ad ejus aures, et non erat vox, nec auditus. Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, profecta ad tenebras quas in honore habuerat, eas lucem esse arbitrans, convenienter Scripturæ quæ dicit: *Væ iis qui faciunt id quod est dulce, amarum; et quod est amarum, dulce: qui tenebras ponunt lucem, et lucem tenebras* ²⁰. Jussit autem sanctus componi ejus corpus et tradi sepulture, misertus humanæ naturæ: erat enim summe clemens et misericors.

XCI. Quicumque vero audiverunt id quod factum fuerat, valde sunt admirati: non solum qui erant nostræ fidei, sed etiam alienigenæ. Qui autem cum ea erant, duo viri et mulieres, et quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt ad pedes beatissimi episcopi, dicentes: Erravimus; et petebant pœnitentiam. Beatus vero fecit omnes subjicere anathemati Manetem, auctorem eorum hæresis: ex quo etiam appellati fuerunt Manichæi; et cum plurimos dies eos instituisset catechesi, adduxit ad sanctam catholicam ecclesiam. Occasione autem illorum, alii quoque ex aliis gentibus pœnitentia ducti, fuerunt illuminati.

XCII. Post tempus autem quinque annorum, perfectum fuit opus sanctæ magnæ ecclesiæ. Appellata vero fuit Eudoxiana, ex nomine in primis piæ imperatricis Eudoxiæ. Peregit autem dedicationem sanctissimus episcopus Porphyrius die resurrectionis sancti Paschatis splendide ac magnifice, non parcens sumptui; sed congregatis omnibus monachis qui erant circiter mille, cum aliis piis clericis et laicis et episcopis, hilariter transegit omnes dies sancti Paschatis: et licebat videre choros angelicos, non solum in ecclesiastica consequentia, sed etiam in horis, quando fiebant. Non solum enim erat mensa sensilis, sed etiam spiritalis. Nam post obsonium dicebatur psalmus, et post potum hymnus. Idolorum autem cultores videntes quæ fiebant, corde

A tabescebant. Undequaque enim veniebant hospites ad videndam pulchritudinem et magnitudinem dictæ sanctæ ecclesiæ. Dicebatur enim major omnibus ecclesiis, quæ erant illo tempore.

XCIII. Ea de causa quando jecit ab initio fundamenta, reprehendebatur a quibusdam fidelibus, quod eam magnam descripsisset, cum essent pauci Christiani in civitate. Respondens autem sanctissimus Porphyrius, dixit: Ne sit vestra fides parva. Spero enim in Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei, quod sit multiplicaturus gregem suum, et ampliorem faciet hanc domum; ex eo quod non possit capere multitudinem Christianorum. Non est enim humanum dogma Christianorum, ut aspi-ciatur ad tempus et dissolvatur, sed divinum, et quod accipit incrementum. Hæc et talia semper disserebat beatus Porphyrius fidelibus, non solum in ecclesia, sed etiam in unoquoque loco, illuminans et juvans populum Christi amantem. Post dies autem festi populos dimisit in pace, unumquemque ad suos.

XCIV. Postquam vero condidit et sanctificavit dictam sanctam ecclesiam, constituit, ut daretur unicuique hospiti qui erat in civitate, sumptus unius diei. Suppediabat autem unicuique mendico, tam peregrino quam civi, quotidie ad sex obolos, præter ea quæ ipse per se præbebat iis qui ad ipsum accedebant, in veste, argento et auro: unicuique præbens convenienter suæ dignitati; neque ullus ex iis qui indigebant, erat expertus suorum donorum. In diebus autem jejuniorum sancti festi paschalis, suppediabat unicuique pauperi ad decem obolos quadraginta diebus. Jussit autem in pio suo testamento, omnino dari dictos decem obolos quadraginta diebus: et assignato reddito ex quo volebat eos dari, in dicto testamento statuit, ut, nisi hæc quotannis suppediarentur, dictus redditus veniret ad sanctam Cæsareæ ecclesiam. Hæc vero postea facta sunt.

CAPUT XII.

Persecutio gentilium in Christianos et sanctum Porphyrium. Conversio ac vita sanctæ Salaphthæ virginis. Sanctus Porphyrius moritur.

XCIV. Idolorum autem cultores quo magis aspiciabant proficere Christianos, eo magis furebant et studebant malis afficere Christianos, et ante omnes, sanctum eorum pastorem Porphyrium. Nam cum aliquando orta esset de prædiis controversia inter œconomum sanctæ ecclesiæ et Sampsychem qui erat primus inter idololatrias, videns pius Barochas œconomum affici injuria, eum defendit, et cœpit contumeliis afficere dictum Sampsychem. Cum id autem audivissent reliqui curiales, congregati invaserunt œconomum et piæm Barocham. Simul vero cum curialibus ascenderunt etiam multi ex civibus inventa occasione male afflicti fideles; et ex parva, ut dixerit quispiam, scintilla tantus est ignis accensus, ut omnes Christiani in periculum venirent, ne perirent. Tanto enim furore per

²⁰ Isa. v, 20.

citi fuerunt idololatræ, ut ipsi gladios et clavas acceperint, et septem homines occiderint, et alios multos sanciverint.

XCVI. Deinde his non contenti, in ipsum pastorem irruerunt. Quidam autem qui bono latabantur, præcurrentes, renuntiarunt sanctissimo episcopo incursionem multitudinis. Cum vero audisset beatus, me accersito, dixit: Fugiamus, frater, et parum occutemur, donec transeat ira Domini: et; ascensis muris, fugimus per tecta. Idololatræ autem, fractis portis domus episcopalis, ingressi sunt: et cum non invenissent sanctum Porphyrium, diripuerunt omnia quæ illic sunt inventa.

XCVII. Ego autem et beatus Porphyrius per tecta fugientes, invenimus puellam circa quatuordecim annos natam: quæ cum sanctum agnovisset episcopum, procidit ad ejus pedes. Beatus autem rogavit eam, quænam esset, et quibus nata parentibus. Puella vero respondens dixit se esse orbam patre et matre, et aviam habere aviam, corpore imbecillam: seque operari, et se alere et suam aviam. Rogavit vero eam an esset Christiana. Illa autem rursus dixit se non esse; sed jam diu ab hinc esse cupere, si sit digna. Clemens autem Porphyrius cum audisset quod dixerat puella, et compunctus esset, lacrymatus est, dicens: Quam propensum est ad bonum genus Gazæorum! sed adversarius studet impedire bonum eorum animum: quem Dominus percutit verbo oris sui²¹. Dixit autem puellæ: Affer ad nos huc stoream in hoc tectum, ut hic maneamus, donec sedetur tumultus civitatis: et ne renunties alicui nos hic esse. Illa vero jurejurando affirmavit se ne aviæ quidem suæ indicaturam.

XCVIII. Cum autem per quoddam tectum ascendisset in domum suam, attulit stoream, et eam stravit; et procidens ad beati viri pedes, rogavit eum, ut vesceretur modicis suis cibis, et ne suam dedignaretur paupertatem: erat enim circa vesperam. Sanctus autem volens fieri imitator magni prophetæ Eliæ²², dixit puellæ: Festina, filia, et affer, ut Dominus det tibi per me alimentum spiritale et carnale. Illa vero prope descendit, emitte panem et olivas et caseum, et legumen madefactum. Attulit autem omnia, et apposuit nobis, dicens: Accipite, domini mei, et benedicite paupertati meæ. Beatus vero rursus compunctus, flevit, cum prævidisset, quod habitura erat fidem in Christum. Cumque surrexissemus, et preces fudissemus solitas, et sedissemus, comedimus. Ego quidem comedi caseum et bibi vinum; sanctus autem comedit panem et madefactum legumen, et bibit aquam: et cum dimissemus puellam ad suam aviam, nos in tecto dormivimus; erat enim tempus aestatis. Porro autem puellæ quoque nomen interrogavimus. Dixit vero, Salaphtha; quod interpretatur Græce Irene, id est, pax. Diem quoque se-

quentem transegimus in illo tecto, bona Irene nostri curam gerente prompto et alacri animo.

XCIX. Postquam autem cognovimus esse sedatum tumultum civitatis, noctu ambulavimus ad sanctam ecclesiam. Cumque ascendissemus in ædes episcopales, in iis nihil invenimus, nisi pium Barocham jacentem et adductum in extremum periculum ex plagis ei illatis ab impiis idolorum cultoribus. Post paucos vero dies cum cognovisset proconsul quæ facta fuerant in civitate, vocabatur autem Clarus, mittit commentariensem cum magno auxilio, et conjicit in custodiam eos quos ostenderunt ii qui gerebant res publicas, et adducit Cæsaream: et de aliis quidem sumpsit supplicium, alios vero dimisit cæcos nervis boum; et non parvo incusso timore, sic sedavit civitatem.

C. Paucis vero post diebus recordatus est sanctus Porphyrius bonæ illius puellæ quæ nos accepit, et eam per me accersit. Illa autem venit currens, habens etiam aliam mulierem quam dicebat esse amitam. Ingressæ vero ad beatum episcopum, prociderunt ad ejus pedes: qui eas benigne accepit, tanquam pater benevolus. Dixit autem puellæ: Re vera, o filia, cupis fieri Christiana? Illa respondit: Jam tibi dixi, o domine, me jam diu abhinc hoc teneri desiderio, et nunc adduxi testem meam amitam, quæ ipsa quoque tenetur eodem desiderio. Ille autem lætus, ei et ejus aviæ jussit dari quotidie argenti quatuor nummos: eas autem amitæ dedit unum nummum; et cum eas signasset signo crucis, dimisit, eis jubens ut vacarent precibus, et per catechesim institutioni catechumenorum. Misit autem ad ejus quoque domum pium Timotheum presbyterum et per catechesim institutorem, et ei jussit signare aviam puellæ. Nam, sicut prius dixi, corpus habebat imbecillum et solutum. Tres autem illæ per catechesim institutæ, paulo post dignatæ sunt venerando baptismo.

CI. Postquam vero sanctus deposuisset habitum sanctus, accersita puella, dixit ei: Vis te viri jungamus legitimo matrimonio? est enim tibi tempus nubendi. Neque enim nostra Scriptura²³ prohibet honorabiles nuptias. Puella autem cum audisset, quod vir sanctus dixerat, cœpit flere et dicere: Bone Pater, postquam me conjunxisti viro magno, vis me ab illo disjungere, et dare viro humilli et nihili? Nequaquam hoc feceris, domine mi. Admiratus autem sanctus, dixit ei: Et quis est is, quem tibi conjunxi? Illa vero respondit: Jesus Christus Servator nostrarum animarum, verus meus sponsus, a quo non separabor in æternum. Cum audisset sanctus et compunctus fuisset, est lacrymatus; adeo ut præ magna compunctione puellam sit complexus, et ejus caput deosculatus. Erat enim re vera plane impatibilis, et præ magna ad misericordiam propensione promptus ad effundendas lacrymas. Porro autem nos quoque qui

²¹ II Thess. II, 8. ²² III Reg. XVII, 13. ²³ Hebr. XIII, 4.

eramus apud ipsum, cum vidissemus gratiam sancti Spiritus datam piæ puellæ, glorificavimus Deum qui dat electis suis sapientiam et gratiam. Dimisit vero illo die puellam.

CII. Contigit autem in ipsis diebus animum requiescere, et migrare ad Dominum. Tunc advocata puella, accersivit beatus piam Manaridem diaconissam, quæ interpretatur ipsa quoque Græca lingua φωτεινή, id est, *lucida*. Et commisit Salaphtham, ipso dato habitu regulari. Et cum eas Deo commendasset, dimisit in pace. Ea vero suscepit talem vivendi rationem, qualem non habuit alia illo tempore; quotidie jejunans, et post jejunium modico panis vescens cum sale et madefacto legumine, aut subtiliter comminuto olere et aqua sola: vinum enim non sumebat omnino. Diebus autem festis utebatur oleo, et vescabatur olivis: nihil autem aliud gustabat, quod fuisset igne coctum. In jejuniis vero Quadragesimæ, secundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut comminuta olera sine pane. Totam autem sanctam paschalem hebdomadam transigebat nihil sumens, præterquam quinta sancta feria, post communionem sanctam, aquam calidam: et corpus suum usque adeo ma-

ceraverat, ut qui videbant, putarent se umbram aspicere. Fuit autem aliis quoque multis exemplum. Sunt enim æmulati vitam sanctæ puellæ Salaphthæ: quæ in hodiernum usque diem videtur vivere. Est enim mundo morte affecta; vivit autem Christo, et est cum ipso perpetuo: cujus sanctorum precum simus nos participes. Et hæc quidem dicta sint de sancta puella Salaphtha.

CIII. Beatissimus autem episcopus Porphyrius, cum regulam constituisset ecclesiasticam et omnem consequentiam, et alios paucos annos fuisset superstes, postquam sanctificasset ecclesiam, in morbum incidens, pius fecit testamentum: in quo cum multis legasset, et omnes Christum amantis populi Deo commendasset, in pace dormiit cum sanctis, secundo mensis Dystri (52), anno, ut est Gazæorum computatio, quadringentesimo octogesimo: episcopatus ab eo gesti vicesimo quarto, mense undecimo, et præclaro peracto certamine adversus idololatræ usque ad diem suæ dormitionis. Et nunc est in paradiso deliciarum, intercedens pro nobis cum omnibus sanctis: quorum precibus nostri miseretur Pater et Deus cum Filio et sancto Spiritu: cui gloria et potentia in sæcula sæculorum, Amen.

(52) Die 26 Februarii anno 421.

IN PRÆCEDENTEM VITAM

ANIMADVERSIONES ALEXII SYMMACHI MAZUCHI V. C.

Col. 1219 B, § XVI. *Rapientes* (Gazæi, beatum Porphyrium, ordinaverunt eum episcopum Gaza. Ordinandum verbum apud prisci ævi scriptores est eligere, creare; et de dignitatibus usurpat. Id Græcis est χειροτονεῖν, quod verbum hic Græce erat. Tam χειροτονεῖν verò, quam ordinare ministros sacros, olim populo et clero tribuebatur: at manus imponere et χειροθετεῖν, episcopi consecrantis erat. De his plura accurate, et præter vulgi opinionem, annotavimus in nostris Biblicis observationibus ad Novum Testamentum, Deo dante, evulgandis.

Col. 1220 B, § XIX. *Congregati autem idololatræ* (Gazæi) in Marnio, multa sacrificia et multas preces faciebant ea de causa (ad impetrandas pluvias scilicet); dicebant enim Marnam esse dominum imbrium: Marnam vero dicunt esse Jovem. D. Marna Gazæorum peculiari numine videatur Josephus, historiæ eccles. scriptores, Stephanus ethnicographus in Gaza, Hieronymus, alii. Omnes autem consentiunt eundem fuisse ac Jovem. Sed de etymologia non una est opinio. Stephanus loco cit. putat Marnam Græce significare Κρηταγενῆ, id est Jovem cognomento Cretagenem sive in Creta genitum. Etsi autem ex nomine Marnas ea significatio nullo modo excuspi potest; fatendum est tamen Gazæos Marnam cum Jove Cretagene confudisse: quod testatur Vita hæc § LXIV. *Marnion, quod dicebant esse Crite generis Jovis*: ubi Græce certe erat Κρηταγενεὺς Δεῖον, id est Cretagenis Jovis; quod et Henschenius vidit. Altera nominis hujus interpretatio ab auctore Bockarto profecta ea est, ut sicuti ברנש barnas est filius hominis, sic ברנש Marnas sit dominus homi-

num: notum est enim מר Mar apud Syros dominum notare. Tertiam demum interpretationem hic Vita Porphyrii locus suppeditat, ubi ad eliciendas pluvias Gazæi suo Marnæ supplicat; cujus facti hæc ratio traditur. *Dicebant enim Marnam esse dominum imbrium*: esse scilicet Jovem Δεῖον, pluvium. Et ea quidem verba (fateor) minime cogunt, Gazæos Syros in Marna agnovisse pluviarum significantiam, sed tantum Marnam eundem ac Jovem fuisse, quem tamen deum aliunde scimus habitum esse dominum imbrium. Verum quid, si populares sic existimant, Marnam significare non tantum dominum, sed etiam pluvium? Ac Marnas quidem Syris Gazæis non ברנש Marnas, sed מרנא Marana opinor dicebatur (sine sibilo, quod videtur ad Græcam terminationem pertinere) quæ vox proxime quidem venit a מרן maran, dominus: at ipsum Maran mihi videtur ab Heb. מורה moreh (id est doctor) factum, verso ex Chaldaica dialecto O in A, et ascito N terminali. Quod vero Maran a Moreh veniat, inde intelligitur, quod מר Mar (quod est Muran decurtatum) Babylonii, teste Elia, pronuntiabant Mor, quasi cum vocali Cholem: de quo vide Buxtorf. *Lex, Chald.* in מר Mar. Ac plura equidem afferre possim, quare Maran (ex quo fit Marana) ex Heb. Moreh sit arcessendum: maxime cum significatio conveniat, quia Moreh Hebræis est doctor, et Maran apud Judæos est doctorum illustrium titulus. At vero Hebræis מורה Moreh non tantum doctorem significat, verum etiam pluvium ex Joel, ii. 23. Quare hinc factum puto, ut מר Marna (sive etiam Marnas cum Samech non radicali, sed terminali) putariet

Syri notare deum *pluvium*, seu *dominum imbrium*, A ut eum hæc Vita nuncupat.

Ibid. Paucis interjectis, narrantur iidem Gazæi in eadem calamitate *egredientes extra civitatem in locum, qui vocatur Orationis*. Id Græce procul dubio erat εἰς τὸν λεγόμενον τῆς Προσευχῆς τόπον. Quod debuisse Hervetus (qui in hac interpretatione amat τεχνικά vocabula potius intacta relinquere, quam Latina veste donare) reddere *in eum qui dicitur Proseucha locum*. Nam et Juvenalis de Judæorum *proseuchis* loquens, id vocabulum non immutavit: eisi Vulgatus Novi Testamenti interpret *Orationem* vocaverit. De Judæorum *proseuchis* quædam haud prorita scripsimus in nostris ad Novum Testamentum adnotatis, atque inter cætera *proseuchas* extra urbium mœnia constitui consuevisse, quod et ex Act. xvi, 13 constat. Id vero hic salivam movet, cur idololatræ (nam de his sermo est) in Judaicam *proseucham* convenerint, quibus cæteroque scimus Judæorum genus ludibrio fuisse. Et tamen haud semel in meis ad Novum Testamentum observatis ex variis poetarum locis ostensum fuit, gentiles valde se pronos ad Judaicas cæremonias præbuisse. In Judæorum conventus ethnici religiosiores perreptare satagebant apud Hor. extrema *Sat.* lib. 4. Et Juvenalis:

Ede ubi consistas? in qua te quero proseucha?

Verum quid si *proseucha* ista in quam Gazæi gentiles coibant, non Judaica (nec enim Marcus diligentissimus scriptor id dissimulasset), sed paganica fuerit? Id videtur verisimilius. Scio Julianum Apostatam plurima Christianorum et Judæorum instituta (ac præsertim quæ ad precesiones et ἀρχῶν spectant) ad gentiles transfudisse, quo moratiores viderentur. Itaque Gazæi sive jam antea *proseucharum* usum ab Judæis vicinis edidicerant, sive saltem sub Juliano. Ut ut est: illud pro certo habuerim, istam *proseucham* fuisse non Judaicam sed idololatricam, verum ex Judæorum imitatione constitutam: quæ si Judaica fuisset, id Marcus pro sua consueta λεπτολογία (cujus illustre specimen infra ad § LXI edam) minime siluisset. Quid si vero et poetæ Juvenalis *proseucha* ethnica fuerit? Vetus quidem ejus scholastes dubitat, an non fuerit locus, ubi mendici stipem efflagitabant, potius quam Judæorum *proseucha*. At hic Marci biographi locus (in quo *proseucha* gentilium sacris precectionibus inserviebat) et Juvenalis versiculus mutuam sibi lucem abundant.

Col. 1222 A, § XII. Narratur Barrochas Porphyrii discipulus (de quo multus in hac Vita sermo est) *visse aliquando in vicum propter canonem ecclesiasticum*. Canon est præstatio, quam qui exigebant, vocantur in legibus *Canonici*. At hinc discimus quanto sæculo Palestinae ecclesias prædiis fuisse dotatas, pro quibus *canonem* dictum *ecclesiasticum* [quæ vox sedulo est notanda] a conductoribus aut potius emphyteutis exigebant. Quas non ecclesias Constantinus dotavit? Vides præterea agricolam illum a quo exigebatur canon, fuisse idololatram; qui et Barocham verberibus usque adeo contusum reliquit, ut mortuus haberetur.

Col. 1236 B, § LIV. Egimus autem (loquitur Marcus de se ac B. Porphyrio, et Joan. Casariensi) *in civitate (C. Poli) tres dies, donec accipimus legationem quadraginta librarum*, ex imperiali largitione scilicet in usus ecclesiasticos, uti constat ex præcedentibus liberalitatibus. At quid proprie hic sit *legatio*, obscurum cum sit; tamen tum Henaschenius in adnotatis ad Vitam, tum Tillemontius securi prætervehuntur hunc locum. At Castellanus id ita vertit: *une ordonnance pour quarante livres*: quod nimis vagum est. Verum quid moror? In Græco Hervetus repererat Ἀγγατιῶνα, aut Λεγχιῶνα, sed fidus interpret pro suo more vocem τεχνικὴν immutare supersedit; quam Latine non *legationem* (id enim hic nihil est), sed *delegationem*, reddere

dehisset. Nam millies in libris juris *Delegare* aut *delegare debitorem* est vice sua alium rem creditori dare. Notum est illud juris effatum: *Delegatio vicem solutionis continet*, lib. 37, § 4. *De op. libert.* Et *delegatio nominum* ubi non in jure nostro legitur? Itaque vult dicere Marcus principali rescripto delegatum fuisse debitorem, qui in Palestina Porphyrio libras xl persolveret. Hinc, credo, aliquis collegerit in Græco textu defuisse primam hujus vocabuli syllabam. Verum nihil prorsus in Græco deest. Nam Græcos juris Romani scriptores primam ejus nominis syllabam omisisse ex Glossis Nomicis colligo, quas Car. Labbæus ad calcem vet. Glossar. edidit, in quibus scribitur: Ἀεγατιῶν, ἢ ἐκ προσώπου μετατιθεῖσα τὸ χρέος εἰς πρόσωπον, id est *Legatio* (quæ Latinis est *delegatio*) *est quæ transfert debitum de persona in personam*. Porro *libras non argenti sed auri* hic intelligere par est, quorum singulari olim ævo Constantinianno quatuor et octoginta solidorum sive aureorum erant: at eadem libra postea ad duos et septuaginta solidos redacta a Valentiniano Seniore fuit; unde et *Libræ occidua* (nam *occiduum* apud sequiores ævi scriptores idem est quod *minutum*) nomen invenit in Actis S. Marcellini papæ, et in synodo Sinuessana, uti copiose docuit Jac. Gothofredus ad l. un. *De oblat. vot.*

Col. 1238 C, § LXI. *Et corruens Veneris status unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum et brachiale*. Repererat enim in Græco interpres βραχιάλιον. In Glossis Cyrilli βραχιάλιον est *Variola*, quod Itali vocant *braccialetto*. Ac vide de hoc vocabulo utrumque Gangii Glossarium. Illud autem scire refert, cur istam brachialis comminutionem dignam existimavit scriptor, cujus mentionem commentario suo intexeret. An ut effeminali istius molliem ostenderet, qui ad Veneris adorationem cum cultu muliebris accesserit: quam dissolutionem Deus discripto eo ipso ornatu aperte improbaverit? Nisi; tale quiddam Marco scribenti observatum fuit, videbatur minutioribus istis notandis supersedere debuisse. Sed ut ut est: hinc certe et ex aliis sexcentis hujus λεπτολογία (*rerum minutissimarum narratio*) cognoscitur: quæ tamen non minimus veracitatis ac simplicitatis character est.

Col. 1239 C, § LXIV. In urbe religionibus supra quam dici potest delitissima, octo non amplius numerantur *simulacrorum templa publica*: quibus numeratis additur. *Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus* (privatorum scilicet quibus opponantur illa publica templa) *et pagis, quæ nemo posset numero subjicere*. At octo illa *simulacrorum publica templa* sic numerantur: *Solis et Veneris et Apollinis et Proserpinæ et Hecates, et quod dicebant Hierion seu sacerdotum* (videtur Marcus tantum τὸ καλούμενον Ἱερεῖον scripsisse, deinde forte ab sciolo additum ἢ τὸν ἱερέων) putavit enim sicuti *Tychion* sit a Τύχη, sive *Hieron* dictum fuisse ab ἱερός: quod si e Marci manu illud sive *sacerdotum* prodiit, aliquid ibi certe retrusioris antiquitatis (latet); et *Fortuna civitatis* (quod Latine dicendum erat *Genii civitatis*); nam qui Latinis *Genius*, in Græcis Τύχη nuncupabatur, quod vocabant *Tychion*; et *Marnion* quod dicebant esse *Critæ generis Jovis* (sive potius *Cretagenis Jovis*, ut supra innuimus), quod existimabant esse *gloriosius omnium templis quæ sunt ubique*. Jam vero sicuti hæc tantum publica templa erant, sic eorum numina publica dicebantur, quia publico civitatis decreto publicum cultum consecuta erant: cum contra in Larariis plura alia privata religione colerentur. Inscriptio Capuæ in foro dimidiata visitur, in qua quædam (sive *Laberia* sive *Faberia*: nam tantum *aberia* superest) fuisse dicitur SACERDOS PVBLICI NVMINIS CAPVÆ (nisi mavis τὸ Publ. interpretari *sacerdos publica*, ut alibi *sacerdos publicus electus* et

splendidissimo ordine *Decurionum*. Dianæ Tifatinae templum omni ævo Capuæ celebratissimum fuit; cujus ista sacerdotioungebatur.

Col. 1240 B, § LXVI. Deliberantibus, quid Marnio fieret, puer Christi Spiritu afflatus edicit, cremandum esse solo tenuis, illitis prius foribus pice, sulphure et sevo porcino in unum commistis. *Afferite, inquit, picem humidam, sulphur et sevom porcinum...* In Græco erat *πίσσα τὴν ὑγρὰν*, quod reddere debuisset *picem liquidam*, ut eam Plinius appellat; nam in ea nomenclatione *ὑγρὸς* non pro *humidus*, sed pro *hydrōs, fluidus*, sumitur, teste Nicandri scholiaste, ubi ait cantharidum odorem similem esse *πίσση χυτῆ*, ὃ ἐστὶ ἐπὶ ὑγροπίσσῳ, *pici fluidæ, sive hygroπίσσο*. Apud Dioscoridem lib. 1, c. 95, *πίσσα ὑγρὰ (piz liquida)* ex picea et pinu colligitur: cui cap. 98 opponitur *piz arida (ξηρὰ πίσσα)*, quæ quia coquendo spissatur, *palimpissam (παλμπισσῶν)* vocari ait. Plinius xxiv, 7, *picem duum generum esse vult, spissam et liquidam*.

Col. 1245 B, § LXXIX. Lapides ad ædificandam ecclesiam convehuntur ex tumulo Castellanus reddidit *tombeau*; cum tamen hic collem modice assurgentem notet qui dicitur *Aldioma*. Vox *Aldioma* formam habet Græcanicam, tanquam sit ab *ἀλδίω*, quod verbum Musquam exstat: nec tamen ea vox ex alia radice hodie nota deduci ἀναλογικῶς potest: nam ex *ἀλδαίω* oriri analogia vetat. Hinc de origine Syriaca merito mihi suspicio subit. Cuius opinionis certum me tandem reddidit Magni Etymologici auctor (etsi ipse in etymologia falsus) in *Ἀλδήμιος*, ubi sic scripsit: *Ἀλδήμιος ἢ Ἄλδος, ὃ Ζεὺς, ὃς ἐν Γάζῃ τῆς Συρίας τιμάται, παρὰ τὸ ἀλδαίω, τὸ αὐξάνω, ὃ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως τῶν καρπῶν. Μεθόδιος*: hoc est, *Aldemios sive Aldos est Jupiter qui Gazæ (ea est urbs Syriæ) colitur, a verbo ἀλδαίω, quod est crescendi verbum deque fructibus usurpatur. Auctor Methodius*. Hæc Etymologus. Nunc illud dubitari potest, utrum ab Jove *Aldo* tumulus ille diceretur *Aldioma*, quod in eo deus *Aldus* coleretur; an contra ab *Aldioma* colle deus *Aldus* nomen sibi pepererit. Prius si sequimur, Jupiter *Aldus* ab *ἄλδι holad*, id est *genitus aut in lucem editus* proficiscetur, ita ut sub hoc nomine Jovis natiuitas de qua Cretenses gloriabantur, colatur; sitque *Aldus* idem plane qui *Κρηταγενής* (id est in *Creta natus*), sub qua appellatione intelligebatur *Gazæorum Marnas*, sive Jupiter, ut diximus ad n. 19. Est et apud Isaiam lx, 6, *Holad* loci nomen lisdem litteris scriptum. Ex *Holad* autem (mutato O in A pro more Chald.) iebat *ἡλδα Halda*, unde cum Græca terminatione *Aldos*. Verum quid si potius id nomen, uti supra attigimus, primario tumuli fuerit, et ab eo ad numen quod ibi honorabatur, transfusum? Certe enim ex hoc diaconi Marci loco discimus, in eo tumulo latomias fuisse, ex quibus Porphyrius lapides ad ecclesiæ constructionem convecari fecit. Erit igitur ea vox a Syriaco et Chaldæo verbo *ἡλδα halad*, quod est *perforare, suffodere, perforare*; quod de fodinarum cuniculis usurpatur: ut et vox *hulda*, quæ *talpam, mustelam* et cæteras animantes quæ cuniculis suffodiunt, significat. Ab his igitur lapidinarum cuniculis *Aldioma* sibi nomen quæsiuit; unde et Jupiter ibi cultus *Aldus* et *Aldemius* vocatus fuit. At Græculorum ingenium est ejusmodi, ut peregrina omnia vocabula ad suas origines qua jure, qua injuria referre adnitantur. In *Aldi* autem et *Aldiomaticis* vocabulis diutius me versatum, nondum sane pœnitet: quippe quæ monumenti hujus cum Etymologico Magno consentientis sinceritatem mire demonstrant. Confer et quæ nomina propria infra exponuntur ad § cii.

Ibid. C, § LXXX. Cum pueri tres in puteum decidissent, Porphyrius jussit aliquem descendere per funes cadorum et scrutari pueros. Recte. Nam in tympano seu machina ad hauriendas aquas con-

A parata funes, quibus *modioli* (uti vocat Vitruvius: at Hervetus appellavit *cados*, secutus Marcum qui τῶν κάδων scripserit oportet) ex intervallo inseruntur, ita sunt dispositi, ut non male scararum vicem præbere possint.

Col. 1247 A, § LXXXIV. Inter columnas ab Eudoxia Aug. in ecclesiæ ornatu missas, *duæ* inquit *vocantur Carystia: quæ quidem sunt in sancta ecclesia lucentes tanquam smaragdi*. Carystium marmor cum in crustis commendabatur, tum maxime in columnis. *Carystiarum* columnarum meminit Strabo lib. x, scribens, apud Carystum in loco qui *Μαρμαρίον* dicitur, esse *λατμίον τῶν Καρυστίων κίωνων, Carystiarum columnarum lapidinarum*. Eisdem verbis utitur Stephanus. Meminit et Carystiarum Plinius xxxvi, 6, et alter Plinius x, 6; Tibullus iii, 3, et alii plures. Atque equidem jam olim alicubi ex non obscuris indicibus deprehendisse memineram, non aliquid fuisse hoc genus minoris quam viride illud lucidissimum marmor, quod Itali

B appellant *Verde antico*. Verum hic Marci locus id jam diserte docet: eo enim spectat illa *smaragdi* comparatio, ad cujus colorem lucemque marmor Carystium, si sit optime notæ, proxime accedit. Cuius marmoris fodinas hodie ignoriari vulgo expostulant. Sed eæ in Eubœa, uti dixi, qua parte urbs Carystus erat, quærendæ erunt. Eas latomias quanti olim Romani imperatores fecerint, ostendit Romanus lapis apud Aldum in *Orth.* p. 479, sic inscriptus: *Hymeneus Cæsaris ser. Thamyrianus a lapidicinis Carystii sec. sibi et Thamyro nutritico*.

